

CORNELII TACITI
HISTORLARUM

LIBER PRIMUS

AD FIDEM CODICIS MEDICEI

DENUO A SE COLLATI

RECENSUIT

ATQUE INTERPRETATUS EST

CAROLUS MEISER.



BEROLINI

APUD S. CALVARY EIUSQUE SOCIUM.

MDCCCLXXXIV.



CORNELII TACITI HISTORIARUM

LIBER PRIMUS.

BREVIARIUM LIBRI.

Cap. 1. Praefatio. auctoris dignitas, aetas, institutum. 2. 3. praesentis historiae summa capita. 4. 5. status urbis, mens exercituum, habitus provinciarum occiso Nerone. Nymphidius imperium affectans oppressus. 6. 7. Galbam crudelitas sua, aetas, corporis forma et amicorum vitia reddunt invisum. 8. 9. status Hispaniae, Galliae, Germanicorum exercituum, Britanniae, Illyrici. 10. in Syria Muciani virtutes et vitia. Flavii Vespasiani, Iudaicum bellum administrantis, animus in Galbam. 11. Aegypti, Africae, Mauretaniae, Raetiae, Norici, Thraciae, Italiae status coss. Galba et Vinio.

12. Deficiente superioris Germaniae milite Galba de adoptando Caesare cogitat. 13. Vinius Othoni favet, non ita Laco et Icelus. 14. Galba transactis imperii comitiis Pisonem eligit, hominem antiqui moris et severum, cui 15. 16. adoptionis causas et imperii administrandi consilium aperit. 17. Pisonis inter haec moderatio. 18. adoptio in castris nuncupata, 19. tum in senatu; legati ad defectores missi. 20. Neronis prodigae donationes rescissae.

21. Othoni spe lapsa consilium in turbido, 22. instigantibus libertis, servis, mathematicis, 23. 24. paratis iam ante militum studiis per blanditias et largitiones, oscitante ad id praefecto. 25. 26. ergo iam legiones et auxilia pro Othone. 27. mox consalutatus imperator 28. castris praetorianis infertur.

29. 30. Piso cohortem, quae in Palatio stationem agit, hortatur ad fidem. 31. illa rapit signa, reliquis copiis deficientibus. 32. 33. plebis adulatio et levitas. fluctuat Galba cum amicis an occurrendum. 34. praemittitur in castra Piso. falsus de occiso Othone rumor. 35. populus et senatus Galbae, 36. castra Othoni favent. 37. 38. hic militum animos oratione sibi conciliat, Galbae et Pisoni reddit infensos. arma militi dividit. 39. agitat Laco de caede Vinii. 40. Galba fluctuat, plebs nutat. Othoniani forum irrumpunt. 41. Galba desertus, occisus; 42. sic et Vinius. 43. Sempronii Densi fides. Piso caesus, 44. magna Othonis laetitia. caedium praemia poscentes iussu Vitellii postea interfecti. 45. adulantur senatus et populus victorem Othonem, qui coercendo militum furori impar. 46. hi vacationes sibi remitti petunt. Laco et Icelus caesi. 47. Pisonis et T. Vinii sepultura, 48. elogia, testamenta. 49. Galbae sepultura, aetas, nobilitas, mores, honores.

50. Trepidam urbem novus de Vitellio nuntius exterret. Vespasianum nonnulli augurantur. 51. Initia Vitelliani motus ex bello Iulii Vindicis et secutis inde discordiis inter legiones et Gallos. 52. 53. Vitellius suo ingenio ignavus ad res novas stimulatur a Valente et Caecina legatis. 54. 55. legiones utriusque Germaniae fidem in Galbam exeunt, 56. segni spectatore Hordeonio Flacco legato. 57. Valens Vitellium imperatorem consalutat magno militum studio: 58. quibus poscentibus multi caesi. 59. Iulius Civilis periculum evadit. Undique viribus auctus, 60. inter foedas legatorum discordias, 61. duos exercitus in Italiam mittit. 62. torpet Vitellius; ardor et vis militum ultro ducis munia implet. 63. subito furore correptus miles ab excidio Divoduri aegre temperat. Gallias terror invadit. 64. Vitellio adhaerent. 65. Lugdunenses ex vetere odio milites in eversionem Viennensium impellunt; 66. illi tamen donis placantur et precibus. Valentis avaritia et libido. 67. 68. Helvetios Vitellii imperium abnuentes Caecina belli avidus caedit. 69. Aventicum aegre impunitatem salutemque impetrat. 70. In Vitellii partes transgressa Italiae parte Caecina Alpes superat.

71. Otho prudenter se gerit; Mario Celso ignoscit. 72. Tigellinus infamem vitam exitu inhonesto foedat. 73. Calvia Crispinilla cum mala Othonis fama periculo exempta. 74. principes mutuo sibi condiciones offerunt; mox rixantes flagitia invicem obiectant, et 75. insidiatores inmittunt. 76. distractis inter utrumque exercitibus ac provinciis bello opus. 77. Otho imperatorem agit; honores, 78. civitatem, iura dilargitur; de celebranda Neronis memoria agitat. 79. Sarmatae Rhoxolani Moesiam inrumpentes caesi. 80—82. seditio gravis in ipsa urbe temere orta cum magno metu atque discrimine primorum civitatis, precibus et lacrimis Othonis componitur, qui 83. 84. milites ad concordiam et modestiam hortatur. 85. Istitis compositis omnia suspicionum et formidinis plena, praecipuo patrum metu. 86. prodigia Othonis cladem praesagientia. 87. in lustrata urbe Narbonensem Galliam adgredi statuit, et 88. cum multis nobilibus L. Vitellium aemuli fratrem secum ducit. 89. inde varii animorum motus. 90. commendata patribus re publica Otho festinat ad bellum. Trachali eloquentia usus Otho, in quem studia et voces vulgi.

Gesta haec paucis mensibus, imp. Ser. Galba et T. Vinio coss.

(1) Initium mihi operis Servius Galba iterum Titus Vinus consules erunt. nam post conditam urbem octingentos et viginti prioris aevi annos multi auctores rettulerunt, dum res populi Romani memorabantur, pari eloquentia ac libertate: postquam bellatum apud Actium atque

Praeter scripturam codicis Medicei, quam sine nota infra adposui, quibusdam locis lectiones duorum codicum Florentinorum *a* et *b*, ex quibus quae in Mediceo desunt supplementur (cf. ad 1, 69), adnotavi, alios codices voc. *deteriores* vel *alii* significavi, praetera primam et secundam manum (= 1m et 2m) distinxi, adposita lineola recta (|) finem versus indicavi.

Nullus praepositur titulus in codice Mediceo. 1 michi Galba Iunius dett. hic et ceteris locis 3 rettuler

1. *Initium*] Omnia quae inter truncum Annalium librum XVI. et Historiarum initium gesta sunt, repetat lector ex Suetonii Nerone et Galba, ex Plutarchi Galba, ex Dione 63, 22. seqq., Zonara 11, 13. Tum consulat Tillemont *Histoire des empereurs*. Paris 1720. Vol. I. p. 321 seqq., curam, quod ad facta ipsa spectat, egregiam necdum facile superatam, etsi iudicium in ea haud raro desideratur, et librum, quem nuperrime edidit Hermann Schiller: *Geschichte der römischen Kaiserzeit*. Gotha, Perthes 1883. Ac ne cui mirum videatur, cur Tacitus Historias non inceperit ab imperii Galbae initio, Annalium, quos iam tunc post Historias scribere statuerat, formam legemque immutabilem recordetur. — *Galba iterum*] Galba cos. I fuit a. u. 786 p. Ch. 33. Ann. 6, 15. — *Titus Vinus*] idem nomen habet Plutarchus in vita Galbae; de monumentis, quae ne ipsa quidem in hoc nomine sibi constant, cf. *Ios. Klein*: *Fasti consulares inde a Caesaris nece etc.* Lipsiae 1881 p. 41. — *octingentos et viginti*] Ut Hist. 4, 58 (cf. 4, 74). posuit numerum rotundum pro a. u. 822. Hoc igitur dicit: „Res Romanas usque ad Ser. Galbam II. T. Vinium coss. multi

scriptores rettulerunt, quamquam diverso modo; nam usque ad bellum Actiacum (IV. Non. Sept. a. u. 723 a. Ch. 31) integra libertate scriptores pro suo quisque ingenio sincere usi sunt, postea sub Caesarum dominatione usque ad Galbam aequae magna ingenia haud exstiterunt ac simul adulatione vel odio historiae veritas contaminata et corrupta est.“ Mirum mihi persaepe accidit, cur non saltem Fabium Rusticum (Agr. 10). et Plinium maiorem (H. 3, 28.) vel uno verbo exceperit vel distinctius significarit, quid in his quoque reprehendum iudicavit. (Qui hunc locum non satis intellexerant, Beroaldo auctore dederunt *DCC. et XX.*) — *res populi Romani*] Explicat ex Ann. 1, 1: *veteris* (liberi) *populi Romani prospera vel adversa* et 4, 32: *veteres populi Romani res*; quibus statim opponuntur res sub Caesaribus gestae. — *patri eloquentia ac libertate*] Haec v. iunge cum v. *rettulerunt*, non cum v. *memorabantur*. — *libertate*] Excipit tamen Salustius Iug. 95. L. Cornelium Sisennam, de quo scribit: *L. Sisenna optime et diligentissime omnium qui eas res dixere persecutus parum mihi libero ore locutus videtur.* — *post-*

omnem potentiam ad unum conferri pacis interfuit, magna illa ingenia cessere; simul veritas pluribus modis infracta, primum incertitia rei publicae ut alienae, mox libidine adstanti aut rursus odio adversus dominantes: ita neutris cura posteritatis inter infensos vel obnoxios. sed ambitionem scriptoris facile averseris, obtrectatio et livor pronis auribus accipiuntur: quippe adulationi foedum crimen servitutis, malignitati falsa species libertatis inest. mihi Galba Otho Vitellius nec beneficio nec iniuria cogniti. dignitatem nostram a Vespasiano inchoatam, a Tito auctam, a Domitiano longius provectam non abnuerim: sed incorruptam

1 potestatem dett. 4 Int infensos 5 averseris *Pichena*: aduerseris libor 6 fēdū 7 michi

quam bellatum] sc. est cf. *A. Draeger*: *Syntax u. Stil des Tacitus*, Leipzig 1882, § 36, a. — *potentiam*] de Taciti usu v. *potentia* et *potestas* cf. Ann. 3, 69: *satis onerum principibus, satis etiam potentiae. minui iura, quotiens gliscat potestas.* Dial. 5: *velut quadam perpetua potentia ac potestate munitus.* Ann. 1, 1: *Pompei Crassique potentia cito in Caesarem, Lepidi atque Antonii arma in Augustum cessere.* — *ut alienae*] Cum homines suam rem publicam non aliter aut melius nossent quam alienam (ad ipsos haud pertinentem), propterea quod eius incuriosi essent, cum ad eam propius accedere non iam liceeret, sed unius omnia nutu arbitrioque gererentur. ERN. *Res publica* autem ea cum sit, quae cunctorum civium aequae communis est atque semper esse debet, recte sane opponitur *alienae*, id est, ei, quam nemo ut suam curat. Cf. 4, 38: *vulgus* — —, *cui una ex re publica annonae cura.* Vide etiam Dio 53, 19. ad a. u. 727., quo Augusti cognomen Octaviano tributum est: Ἡ μὲν οὖν πολιτεία οὕτω τότε πρὸς τε τὸ βέλτιον καὶ πρὸς τὸ σωτηριωδέστερον μετεκοσμήθη· καὶ γὰρ που καὶ παντάπασι ἀδύνατον ἦν δημοκρατοῦμενους αὐτοῦς σωθῆναι. οὐ μὲντοι καὶ ὁμοίως τοῖς πρόσθεν τὰ μετὰ ταῦτα πραχθέντα λεχθῆναι δύναται· πρότερον μὲν γὰρ ἕξ τε τῆν βουλήν καὶ ἐς τὸν δῆμον πάντα, καὶ εἰ πόρρω που συμβαλή, ἐσεφέρετο· καὶ διὰ τοῦτο πάντες τε αὐτὰ ἐμάνθανον καὶ πολλοὶ συνέγραψον, καὶ τούτου καὶ ἡ ἀλήθεια αὐτῶν, εἰ καὶ τὰ μάλιστα καὶ φόβῳ τινὰ καὶ χάριτι φιλικῶς τε καὶ ἔχθρῳ τισὶν ἐρρήθη, παρὰ γοῦν τοῖς ἄλλοις τοῖς τὰ

αὐτὰ γράψασιν τοῖς τε ὑπομνήμασι τοῖς δημοσίοις τρόπον τινὰ εὕρισκετο· ἐκ δὲ δὴ τοῦ χρόνου ἐκείνου τὰ μὲν πλείω κρύφα καὶ δι' ἀπορρήτων γίνεσθαι ἤρξατο. — *inter infensos vel obnoxios*] h. e. alteris odio, alteris adulatione corruptis. de hoc usu praepositionis *inter* cf. *Naegelsbach*: *Lateinische Stilistik* § 124. 6. *Draeger Syntax etc.* § 85; locos ab *Heraeo* collectos. — *ambitionem*] „*Gunstbuhlerei*, nimium placendi principibus studium facile cum despicientia reicias.“ — *averseris*] ut 3, 25 *neve se ut parricidam aversarentur.* item confusa videmus *aversari* et *adversari* infra 1, 38. 4, 84. cf. *Gerber et Greef*: *Lexicon Taciteum.* — *obtrectatio et livor*] Cic. Brutus § 156 *tantum abest ab obtrectatione et invidia.* — *pronis auribus accipiuntur*] c. 54 *pronis militum auribus accipiebantur.* similis est sententia dial. 40: *ipsa inimicitiarum gloria, cum . . . ad incessendos principes viros, ut est natura invidiae, populi . . . auribus uterentur.* — *a Vespasiano inchoatam*] de magistratibus, quos Tacitus ante praetoriam gessit, nihil certi constat. ceterum recte *Lipsius* intellegere videtur dignitatem eius inchoatam a Vespasiano, quod ab eo quaestor senatorque factus esset. cf. quae de hac re disputarunt *Frid. Haase* et *Car. Nipperdey* in commentationibus, quas editionibus suis praemisissent et *L. Ulrichs*: de vita et honoribus Taciti. Wireburgi 1879. — *a Tito auctam*] ad tribunatum plebis vel aedilitatem pertinere videtur. — *a Domitiano longius provectam*] hoc ipse apertius dicit Ann. 11, 11: *nam is quoque* (sc. Domitianus) *edidit ludos saeculares hisque intentius affui sacerdotio quindecimvirali*

fidem professis neque amore quisquam et sine odio dicendus est. quod si vita suppeditet, principatum divi Nervae et imperium Traiani, uberiori securioremque materiam, senectuti seposui, rara temporum felicitate, ubi sentire quae velis et quae sentias dicere licet.

5 (2) Opus adgredior opimum casibus, atrox praeliis, discors seditionibus, ipsa etiam pace saevom. quattuor principes ferro interempti: trina bella civilia, plura externa ac plerumque permixta: prosperae in Oriente, adversae in Occidente res: turbatum Illyricum, Galliae nutantes,

1 nec cum *Muretus* 5 opimum a b, alii: opib; (*recentissima manus plenū superscripsit.*)
6 seuom (2m super o posuit u, sed rursus deletū) 7 prospere Inorientē (= em) 8 In occidentes. returbatū nutates 1m.

praeditus ac tunc praetor (a. u. 841, p. Ch. 88.). — neque amore quisquam et sine odio] „Debebat esse nec amore q. nec odio, sed Tacitus, ut solet, voluit variare orationem. In posteriore membro intellige quisque.“ ERN. cf. 2, 52 *nemo privatam expedito consilio, inter multos societate culpae tutior.* Hor. Sat. I 1, 1—3. eundem veritatis amorem proficitur Ann. 1, 1: *sine ira et studio, quorum causas procul habeo.* — quod si vita suppeditet — seposui] idem iam cum Agricolaē vitam scriberet, promiserat: Agr. 3: *non tamen pigebit vel incondita ac rudi voce memoriam prioris servitutis ac testimonium praesentium bonorum composuisse.* Augusti quoque principatum narrare eum in animo habuisse apparet ex Ann. 3, 24: *sed aliorum exitus, simul cetera illius aetatis memorabo, si effectis in quae tetendi plures ad curas vitam produxero.* quae consilia quominus perficeret, morte videtur impeditus esse. — uberiorem] propter magnificas Traiani res gestas. — securioremque] quatenus sub Nerva et Traiano nulla tam dira facinora commissa erant quam sub Domitiano. „Noli cogitare de periculis ob priorem historiam scriptori timendis (nam talia tunc erant nulla), sed de rebus, quae hilari animo et sine cura aut aerumna e publicis malis oriunda poterant enarrari. Nam materia *secura* est libera a curis, aerumnis. Eodem sensu *securum* merum Tibull. 2, 1, 46. Relege Ann. 4, 32.“ WALTHER. Verum id potius significat, quod in tradendis Galbae, Vitellii, Domitiani rebus timendum semper erat, ne minimum facinorosorum posteros laederet, ut ait ipse Ann. 4, 33: *multorum, qui Tiberio*

regente poenam vel infamias subiere, posteri manent etc. Erat hoc quoque *periculosae plenum opus aleae*, ut Asinio Pollioni, bellorum civilium scriptori, acclamat Horatius (Od. II 1, 6). cf. dial. 3.

2. *opimum casibus*] Antiqua hac emendatione corrupti v. Med. *opibus* nihil adhuc praestantius excogitatum est; Ernesti *horridum*, Madvig *rapidum* coniecit. cf. Cic. Verr. I § 132 *opimum praeda.* Liv. 3, 7, 3: *agrum opimum copiis.* — *ipsa etiam pace saevom*] Ad Domitiani principatum spectat delatoribus fecundum. DUEBN. Adde ipsius Domitiani immanem saevitiam. Ablativum autem absolutum (*αὐτῆς τῆς εἰρήνης οὐσης*) praetulit vulgari *in ipsa pace.* — *quattuor principes*] Ne erres cum vulgo, neu Pisonem inter istos censeas. Intelligit enim Galbam, Othonem, Vitellium, Domitianum. Nam et ad huius exitum Historiam perduxit. Piso autem dumtaxat Caesar, non princeps. LIPS. — *trina bella*] Othonis in Vitellium, huius in Vespasianum, et L. Antonii in Domitianum, de quo Suet. Dom. 6. et Dio 67, 11. ad a. 844, p. Ch. 91. LIPS. *trina*, ubi *tria* exspectes, ut 3, 82 *trinis . . praesidiis.* cf. *Sirker*: *Taciteische Formenlehre* § 49. — *permixta*] eodem tempore gesta, ut cum Flaviani bellum gererent adversus Vitellium, Titus adversus Iudaeos. — *turbatum Illyricum*] Cf. C. 9 et 76. 2, 85., ubi Illyrici nomine comprehendit Dalmatiam, Pannoniam, Moesiam. Ioseph. B. Iud. 2, 16. p. 184 Bekk. οἱ δὲ ἀπὸ τούτων (τῶν Θρακῶν) Ἰλλυριοὶ τὴν μέχρι Δαλματίας ἀποτεμονομένην Ἰστρῶ κατοικοῦντες οὐ δυσὶ μόνοις τάγμασιν ὑπέκλυσαι, μετ' ὧν

perdomita Britannia et statim missa, coortae in nos Sarmatarum ac Sueborum gentes, nobilitatus cladibus mutuis Dacus, mota prope etiam Parthorum arma falsi Neronis ludibrio. iam vero Italia novis cladibus vel post longam saeculorum seriem repetitis afflicta: haustae aut obru-

1 britannijs (*corr. 2m*) omissa *Lipsius* coortae *Lipsius*: cohorte 2 etiam prope etiam (*prius etiam 2m leviter induxit, ut videtur*); etiam prope b.

αὐτοὶ τὰς Δακῶν ἀνακόπτουσι δρμάς; V. 4, 3. — *Galliae nutantes*] 4, 49. — *perdomita Britannia*] Agr. 10: *tum primum perdomita est.* Domitiani autem ultimis temporibus *missam*, id est, omissam, (ut Ann. 6, 36: *omissa Armenia*) neglectam esse censet Lipsius. Per mihi mirum accidit nec Lingard *Gesch. von England* I. p. 39. neque Lappenberg *Gesch. von England* I. p. 38. ullam gravissimorum horum verborum *Britannia statim missa* rationem habuisse. Prorsus relicta nunquam pro certo est Britannia, etsi etiam post Taciti aetatem atroces in ea clades perpessi sunt Romani. Fronto de bello Parthico (ed. Naber p. 218): *Hadriano imperium optinente quantum militum — ab Britannis caesum! Spartian.* in Hadr. 5: *Britanni teneri sub Romana ditione non poterant.* Ergo eo devenimus, ut paullo aliter atque Lipsius interpretemur vv. obscuriora: „statim post Agricolaē victorias nullas iam in expeditiones ierunt adversus Britannos Romani neque eos debellarunt nec totam insulam in provinciae formam redigere perseverarunt, sed iis, quae per Agricolaē virtutem sibi pepererant, contenti manserunt.“ (Camdenus Brit. p. 43: *Imperante Domitiano, ulteriore Britanniae parte, ut aspera et sterili, barbaris relicta, haec ceterior plane et plene in provinciam est redacta; sed ne ipse quidem huius loci meminit.*) — *Sarmatarum ac Sueborum*] De Sarmatis etiam apud alios legas (ut apud Tac. H. 1, 79. 3, 5. 24. 4, 54.), de Suebis vix puto. Chat-tos tantum nominant, in Domitiani quidem rebus. Sed tu scito hos Suebos non illos esse, qui in ipsa Germania et qui vulgo noti, sed qui trans Istrum, assiti Sarmatis: illi, inquam, ipsi, quibus Vannius a Druso rex datus, quique inter Marum et Cusum fluvios locati et hinc militia plerumque sociati cum illis, ut etiam tunc bello hoc in Domitianum. Cf. Ann. 12, 29. Suet. Dom. 6. et imprimis Dio 67, 5: *ἐν τῇ Μυσία Δύοι Σουήβοις*

τιοὶ πολεμῶντες πρέσβεις ἐπεμψαν, αἰτοῦν-τες συμμαχίαν παρὰ Δομιτιανοῦ, καὶ ἔλαβον οὐ τῷ πλήθει ἰσχυράν, ἀλλὰ τῷ ἀξιώματι. ἕκατόν γὰρ ἱππεῖς μόνον αὐτοῖς ἐδόθησαν· ἀγανακτῆσαντες δ' ἐπὶ τούτῳ οἱ Σουήβοι προσπαρέλαβον Ἰάζυγας καὶ προπαρσκευάζοντο, ὡς καὶ μετ' αὐτῶν τὸν Ἰστρὸν διαβη-σόμενοι. LIPS. — *Dacus*] H. 3, 46. 4, 54. Agr. 41: *Tot exercitus in Moesia Daciaque et Germania et Pannonia temeritate aut per ignaviam ducum amissi.* Suet. Dom. 6. Stat. Silv. 1, 1, 27: *Dasi Cattis Dacisque fidem.* 3, 3, 168: *Haec est quae victis parcentia foedera Cattis, Quaeque suum Dacis donat clementia montem.* Theb. 1, 20: *et coniurato deiectos vertice Dacos.* — *falsi Neronis*] Suet. Nero 57: *denique cum post viginti annos adulescente me exitisset condicionis incertae qui se Neronem esse iactaret, tam favorabile nomen eius apud Parthos fuit, ut vehementer aditus et via redditus sit.* de alio falso Nerone cf. 2, 8. — *haustae — urbes*] Eiectamentis Vesuvii Herculaneum et Pompeii cum multis pagis obruta sunt a. u. 832, p. Ch. 79, primo Titi anno, quo casu etiam perit Plinius maior. Cf. Plin. Epp. 6, 16. et 20. Dio 66, 21. Suet. Tit. 8. Stat. Silv. 4, 4, 81. Plutarch. de sera num. vind. 42. (*Les ruines de ces villes pavées de laves prouvent que cette éruption n'était pas la première; ce qui explique „post longam saeculorum seriem repetitis.“* BURNOUF.) Post *urbes* interpungendum, ut iam Bekker distinxit, et *fecundissima* — *ora* nominativum esse recte vidit Ioh. Müller: *Beiträge zur Kritik u. Erklärung des Cornelius Tacitus*, Innsbruck 1865. 1. Heft. p. 5. *Wölflin* (Philol. 27 p. 121—124) eiecto vocabulo *urbes* sic scribere voluit: *hausta aut obruta fecundissima Campaniae ora.* quae ratio minime potest probari. nam deletio v. *urbes*, quod maximum et gravissimum erat, interitum urbium, e textu sustulit. quod si Tacitus scripsit *urbes* — et *urbs*, cum *urbs*

tae urbes, fecundissima Campaniae ora; et urbs incendiis vastata, consumptis antiquissimis delubris, ipso Capitolio civium manibus incenso. pollutae caerimoniae, magna adulteria. plenum exiliis mare, infecti caedibus scopuli. atrocius in urbe saevitum: nobilitas, opes, omissi gestique honores pro crimine, et ob virtutes certissimum exitium. nec minus praemia delatorum invisae quam scelera, cum alii sacerdotia et consulatus ut spolia adepti, procurationes alii et interiorem potentiam, age-

2 antiquissimis ut videtur (cf. 3, 71 antiquitus) de|bris (lu in fine versus 2m add.)
3 infecta cedibus

idem valeat ac Roma, Romanis certe auribus nihil habet offensivum. et quis tam artis legibus adstringat scriptorem, ut oppida, non urbes ei scribendum fuisse contendat? nec Livius dubitavit Cerceios urbem dicere et paulo post simpliciter urbem h. e. Romam (2, 39: Cerceios profectus primum colonos inde Romanos expulit liberamque eam urbem Volscis tradidit — postremum ad urbem a Peto ducit.) cf. quae Joh. Müller: Beiträge etc. 4. Heft. 1875. p. 16 s. contra Wölfflinum disputavit et locum ab eodem ex ipso Tacito (Ann. 16, 13 amissa urbi — urbis casibus) aptissime allatum. — incendiis] praeter id, quod narratur 3, 71., vehementiore alio sub Tito imperatore a. u. 833, p. Ch. 80. Dio 66, 24. Suet. Tit. 8. — pollutae caerimoniae] incestis Vestalium, de quarum condemnatione v. Suet. Dom. 8. Plin. Epp. 4, 11, 6. Dio 67, 3. Stat. Silv. 1, 1, 35., qui prospectantem Domitianum facit: an tacita vigilet face Troicus ignis Atque exploratas iam laudet Vesta ministras. Iuven. 2, 29. 4, 9. — magna adulteria] virorum feminarumque illustrium, ut C. 4. magnae domus 4, 42 caede nobili. Nügelbach: Lat. Stil. § 70, 2 et Joh. Müller: Beiträge etc. p. 13 s. magna interpretantur insignia: auffallende, skandalöse Ehebrüche. prae ceteris intellegit, ut monet Ritter, adulterium a Domitiano cum Iulia fratris filia commissum; v. Suet. Dom. 22. Iuvenal 2, 29—33. Plin. ep. 4, 11, 6. — plenum exiliis mare] plenae exulibus insulae maris praecipue Aegaei, desertae plerumque et scopulosae (ut Seriphus et Gyarus), unde infecti caedibus exulum ibi saepe trucidatorum scopuli. RUP. — omissi — honores] Sic teste Dione 67, 13. Domitianus ἀπέκτεινεν . . . Ἐρένιον Σενακίωνα, ὅτι οὐδέμιν ἀρχὴν ἐν πολλῷ βίῳ

μετὰ τὴν ταμίαν ἤτήκει. — sacerdotia et consulatus ut spolia adepti] cf. 4, 42 de Aquilio Regulo: libidine sanguinis et victu praemiorum ignotum adhuc ingenium et nullis defensionibus expertum caede nobili inbuiti, cum ex funere rei publicae raptis consularibus spoliis, septuagies sestertio saginatus et sacerdotio fulgens innoxios pueros, illustres senes . . . prosterneres. — procurationes] Cf. Ann. 4, 15. Procuratores principis fisci redditus exigebant per provincias, quarum nonnullis, ut Iudaea, erant pro praesidibus. DUEBN. Hae autem procurationes continuam praebant occasionem illicitis exactionibus atque omnis generis fraudibus provinciales exspoliandi, semet dandi. — interiorem potentiam] in Palatio pene principem. DUEBN. — agerent verterent] Manifestum est Tacitum hac iunctura alibi vix obvia atque, ut videtur, ipsius propria imitatum esse frequentem illam apud Livium (3, 37. 10, 34. 33, 13. 38, 15. 18.) formulam agere ferre, agi ferri, respondentem notae illi Graecorum ἀγειν καὶ φέρειν, unde Rhenanus cupidius quam consultius verterent mutavit in ferrent, ut simili loco legitur in dialogo 8: principes in Caesaris amicitia agunt feruntque cuncta nec tamen illa lectio adeo certa est, ut in suspicionem vocari nequeat. nostri loci sensum hunc statuo: miscebant cuncta odio et terrore (cf. 3, 73 cuncta sanguine ferro flammisque miscent; 4, 29 misceri cuncta tenebris et armis iubet; 4, 49 gaudio clamoribusque cuncta miscabant.), sed pro uno verbo duo similis significationis posuit agere vertere. et agere quidem est agitare, vertere idem valet quod turbare, ut Cicero ait Cluent. § 138: mare, quod natura sua tranquillum sit, ventorum vi agitari atque turbari. de asyndeti vi cf. Drüger: Syntax etc. § 134,

rent verterent cuncta odio et terrore. corrupti in dominos servi, in patronos liberti; et quibus deerat inimicus, per amicos oppressi. (3) non tamen adeo virtutum sterile saeculum, ut non et bona exempla prodiderit. comitatae profugos liberos matres, secutae maritos in exilia coniuges; propinqui audentes, constantes generi; contumax etiam adversus tormenta servorum fides; supremae clarorum virorum necessitates, ipsa necis necessitas fortiter tolerata et laudatis antiquorum mortibus pares exitus. praeter multiplices rerum humanarum casus caelo terraque prodigia et fulminum monitus et futurorum praesagia, laeta tristia, ambigua manifesta. nec enim unquam atrocioribus populi Romani cladibus magisve iustis iudiciis adprobaturum est non esse curae deis securitatem nostram, esse ultionem.

3 steriles (corr. 2m) 4 comitate 5 audientes sed littera i erasa vel evanida, super au 2m scr. obe constates 7 ipsa necessitas om. b necis add. Meiser toleratae (om. et) b 8 pare super lin. add. s 2m humanū (corr. 2m) 10 tristitia 11 magisve iustis Rhenanus: magis vetustis vindictis Meiser de his (corr. 2m).

exempla ab Heraco collecta ad 2, 70 intueri mirari. — odio et terrore] cf. 2, 31: addiderat huic terrorem atque odium caedes Galbae. — corrupti — oppressi] cf. 4, 1: nec deerat egentissimus quisque e plebe et pessimi servitorum prodere ultro dutes dominos; alii ab amicis monstrabantur. 2, 63 refert de Dolabella per amicum oppresso.

3. secutae maritos in exilia coniuges] ut Fannia, Helvidi Prisci coniux, Thraseae filia, de qua Plinius ep. 7, 19, 4: bis maritum secuta in exilium est, tertio ipsa propter maritum relegata. — constantes generi] qualem 4, 5 Helvidium, Thraseae generum describit. — servorum fides] cf. 4, 50 servi fidelis exemplum. — supremae — tolerata] quae in Mediceo leguntur ferri nequeunt, nisi ad v. necessitas aut necis addas (2, 6 servitū necessitas, Ann. 11, 4, 13, 1 causa necis) aut corrigas ipsa necis (Halm) vel ipsae neces (Heraeus). — principes civitatum, vastabantur ipsae civitates; 2, 87 nec coloniae modo — sed ipsi cultores arvaque — vastabantur. ad supremae d. v. nec. ex sequenti membro suppl. fortiter toleratae; et vv. supremae nec. ad ea referenda sunt, quae ultimo vitae tempore ante mortem patienter erant, ut Ann. 11, 37 florenti filiae haud concors, supremis eius necessitatibus ad miserationem evicta erat, (cf. II. 1, 72 ac-

cepto — supremae necessitatis nuntio; Ann. 15, 61 qui necessitatem ultimam demuntiare) ipsa necis nec. de morte ipsa sunt intelligenda. necessitas — tolerata dixit, ut 2, 4 ad tolerandas necessitates. egregia quidem, sed nimis violenta est huius loci emendatio, quae exstat in codice b; minus placet quod olim Joh. Samuel Müller (1766), postea Luperti, nuper Madvig proposuit: supremae clarorum virorum necessitates ipsa necessitate fortiter toleratae. — antiquorum] ut Socratis, Phocionis, Demosthenis, Catonis. — caelo terraque] Ann. 6, 37 terra caelove. Sall. Jug. 17, 5 caelo terraque. Curtius 4, 7, 6 terra caeloque. Cic. de fin. 5 § 9 caelo, mari, terra, ut poetice loquar. — laeta tristia, ambigua manifesta] de asyndeto cf. Nügelbach lat. Stil. § 173, 1; Joh. Müller Beiträge etc. 1 p. 11 s.; Drüger Syntax etc. § 137. — magisve iustis iudiciis] iusta iudicia sunt iudicia, qualia debent esse, certa, manifesta. 4, 21 iusti iam exercitus ductor. 4, 46 iusta stipendia. Ann. 2, 5 iusti locis. 14, 32 sine iustis armis. ceterum ex Lucani loco infra laudato admodum probabile est pro iudiciis scribendum esse vindictis, quod in textum recepissem, nisi iudiciis aliquatenus sequenti verbo adprobaturum est stabiliri videretur. cf. 4, 40, ubi eiusdem vocabuli corruptelam statuo. — securitatem] „vitam li-

(4) Ceterum antequam destinata componam, repetendum videtur, qualis status urbis, quae mens exercituum, quis habitus provinciarum, quid in toto terrarum orbe validum, quid aegrum fuerit, ut non modo casus eventusque rerum, qui plerumque fortuiti sunt, sed ratio etiam 5 causaeque noscantur. finis Neronis ut laetus primo gaudentium impetu fuerat, ita varios motus animorum non modo in urbe apud patres aut populum aut urbanum militem, sed omnes legiones ducesque conciverat, evulgato imperii arcano, posse principem alibi quam Romae fieri. sed

4 plerisque L. Spengel.

beram a curis et discrimibus ideoque beatam. Quantopere autem haec sententia, cui similes reperies Ann. 6, 22. et 16, 33, sane acerbius, excruciarit nostros philologos Christianos, vide iam apud Lipsium et nostra aetate apud Hoffmeister *die Weltanschauung des Tacitus*. Essen 1831. p. 110. Ceterum hic v. *securitatem* minus recte vertit *der Römer Sicherheit*; melius Louandre: *les dieux ne s'occupent pas du bonheur de l'homme, mais du soin de le punir*. Neque vero comprobare possum Duebneri interpretationem: „*securitatem* per quam patienter ferimus tam indigna fieri.“ — *ultionem*] Cf. Lucanus 4, 807: *Felix Roma quidem civesque habitura beatos, Si libertatis superis tam cura placeret, Quam vindicta placet*, quem locum animo Taciti obversatum esse recte Lipsius arbitrari videtur. Ceterum v. *securitas* refertur ad omnium civium vitam imperturbatam, *ultio* cum ad singulorum, ut Caligulae, Neronis, Domitiani, iustissimas poenas, tum vero ad calamitates supra significatas, quibus poenas tot scelerum velut universum populum Romanum luisse dicit. Noli autem oblivisci per totam hanc Historiarum curam libentius etiam Tacitum rhetoricis coloribus uti quam in Annalibus provectiore iam aetate compositis.

4. in toto terrarum orbe] de praepositione addita v. Wölfflin Philol. 27 p. 125 s. 4, 58 toto terrarum orbe. — aegrum] 2, 86 *quidquid usquam aegrum foret*. cf. Gerber et Greef Lexicon Tac. — casus eventusque rerum] cf. Cic. pro Balbo § 9 (de Pompeio): *quid enim abest huic homini? — an ingenium? cum etiam ipsi casus eventusque rerum non duces, sed comites eius consiliorum fuerint?* pro Marcello § 23

ad humanos casus incertosque eventus valetudinibus. — plerumque fortuiti] Lipsium philosophia Stoicocristiana, quam sectabatur, eo abripuit, ut proponeret *plerumque haud fortuiti*. Recte refutarunt inanem hanc sententiam Pichena et Walther. Nimirum hoc dicit: „Singuli quidem casus, ut victoriae, clades, mortes, successiones principum, plerumque fortuiti sunt neque ulla eorum certa causa afferri potest: at vero totus rerum progressus atque universus vicissitudinum imperii tenor ad certam rationem causasque revocari potest, id quod veri historici summum est officium.“ — *causaeque noscantur*] cf. notum illud Verg. Georg. II 490 *Felix, qui potuit rerum cognoscere causas*. — sed omnes] de praepositione non repetita v. Dräger Syntax § 103. — *evulgato imperii arcano*] Etenim inde ab Augusti temporibus pro certo crediderant homines nusquam alibi quam Romae, et primum quidem specie senatus, deinde, ut factum erat in Claudio et Nerone, saltem per urbanum militem, id est, per praetorianos, quempiam ad imperium evehi posse: iam vero Galba in Hispania ab legionibus principe creato (5, 16 *principem Galbam sextae legionis auctoritate factum*), apparuit fore, ut postea alii quoque duces idem sequerentur exemplum. (Iam olim in vetere republica iudicabant *mali exempli esse imperatores legi ab exercitibus et sollemne auspicatorum comitiorum in castra et provincias procul ab legibus magistratibusque ad militarem temeritatem transferri*. Liv. 26, 2. Gronov.) *imperii arcanum* intellegit imperii adipiscendi arcanum; contra Ann. 2, 36 *arcana imperii* et 59 *dominationis arcana* vocat artes imperii certae familiae certove principi servandi, hominum vulgo ignotas atque occultas.

patres laeti, usurpata statim libertate licentius ut erga principem novum et absentem; primores equitum proximi gaudio patrum; pars populi integra et magnis domibus adnexa, clientes libertique damnatorum et exulum in spem erecti: plebs sordida et circo ac theatris sueta, simul deterrimi servorum, aut qui adesis bonis per dedecus Neronis alebantur, 5 maesti et rumorum avidi. (5) miles urbanus longo Caesarum sacramento inbutus et ad destituendum Neronem arte magis et impulsu quam suo ingenio traductus, postquam neque dari donativum sub nomine Galbae promissum neque magnis meritis ac praemiis eundem in pace quem in bello locum praeventamque gratiam intellegit apud principem a legioni- 10 bus factum, pronus ad novas res scelere insuper Nymphidii Sabini

1 laetius usurpatā statim libertatē 3 integrā 4 suetas sed litt. s erasa 6 mesti

tatas. — ut erga principem] de hoc usu conjunctionis ut (= ut fieri solet) v. Dräger Syntax § 178. — *primores equitum*] sunt equites censu senatorio (qui erat decies sestertium Ann. 1, 75), lato clavo insignes; iidem vocantur Ann. 16, 17 *equites Romani dignitate senatoria*; 2, 59 *equites R. illustres*; 11, 5 *insignis eques R.* — *pars populi integra*] Suet. Nero 12 *quadringentos senatores sescentosque equites Romanos et quosdam fortunae atque existimationis integrae*. Sall. Or. Cottae 5 *fama et fortunis integer*. Cic. pro Murena § 50 *integrorum et fortunatorum promissis saucios et miseros credere non oportere*. Lipsius interpretatur: „sincera et lascivia temporum non corrupta.“ — *magnis domibus adnexa*] varias per necessitudines, ut puta, per clientelas, per procuraciones reddituum ac latifundiorum, per rem etiam fenebrem; hi autem opponuntur *plebi sordidae*. — in spem erecti] quippe qui, patronis damnatis vel in exilium pulsus, sportulis reliquisque clientelae commodis adhuc caruissent; hi tunc spem conceperunt fore, ut exulibus atque necatorum heredibus bona olim publicata restituerentur, quapropter ipsi quoque priores clientelarum fructus recuperarent. — *plebs sordida*] 3, 74 *sordida pars plebis*. — *adesis bonis*] Ann. 13, 21 *adesis omnibus fortunis*.

5. arte magis et impulsu] ἐν διὰ δυνάμει pro artificioso impulsu, quod Tacitus dicere noluit nec potuit. Roth. Secus mihi videtur. Ars spectat ad dolum, quo decipiebantur, impulsus ad vim, qua per exemplum ceterorum subito

abrepti sunt. WALTH. — *donativum*] Plut. Galba 2: *Νυμφίδιος δωρεάν ὑπέσχετο κατ' ἄνδρα τοῖς αὐλικοῖς καὶ στρατηγικοῖς προσ- ἀγορευομένοις δραχμὰς ἑπτακισχίλιας πεντακοσίας, τοῖς δὲ ἔκτος στρατευομένοις πενήκοντα καὶ διακοσίας ἐπὶ χίλιας*. — *praeventamque gratiam*] occupatam iam ab iis militibus, qui Galbam in Hispania imperatorem crearent. *praeveniri* hic posuit de re, aliis locis de hominibus 1, 53 *in eo ipso sacramento — praeventus erat*. Ann. 14, 7 *nisi praeveniretur Agrippina*. cf. Sall. Iug. 71, 5 *dicit, quae ipse paravisset facere, perfidia clientis sui praeventa*. — *Nymphidii S. praefecti*] praetorio cum Tigellino. Hic primum commertus erat Neronem meditari fugam in Aegyptum et praetorianos grandi donativo sub nomine Galbae promisso perpulerat, ut eum imperatorem salutarent. Deinde imperium ipse sibi molitus, sed a militibus obtruncatus est. Suet. Galb. 11. Ibid. 16: *cum in verba eius absentis astantibus donativum grandis subito praepositi pronuntiassent* cet. Dio 64, 2. Plutarch. Galb. 8., qui lepida nonnulla de homine perverso narrat, velut C. 9: *οὐκ ἔρρυγε Γαῖου Καίσαρος υἱὸς λέγεσθαι τοῦ μετὰ Τιβερίων ἄρξαντος. — ἔργον μὲν αὐτοῦ μόνου τὴν Νέρωνος ἐποίητο κατάλυσιν, ἀλλὰ δὲ αὐτῆς οὐ νομίζων ἰκανὰ καρποῦσθαι τὰς τιμὰς καὶ τὰ χρήματα καὶ τὸ Σπύρω τοῦ Νέρωνος συγκαθεύδειν, ὃν εὐθύς ἀπὸ τῆς πυρᾶς ἔτι καιομένου τοῦ νεκροῦ μεταπεψάμενος ἔκεινος ἐν γαμητῆς εἶχε τάξει καὶ Ποππαῖαν προσηγόρευεν, ἐπὶ τὴν δια-*

praefecti imperium sibi molientis agitur. et Nymphidius quidem in ipso conatu oppressus: set quamvis capite defectionis ablato manebat plerisque militum conscientia, nec deerant sermones senium atque avaritiam Galbae increpantium. laudata olim et militari fama celebrata severitas eius angebat aspernantes veterem disciplinam atque ita quattuordecim annis a Nerone adsuefactos, ut haud minus vitia principum amarent quam olim virtutes verebantur. accessit Galbae vox pro re publica honesta, ipsi anceps, legi a se militem, non emi. nec enim ad hanc formam cetera erant. (6) invalidum senem Titus Vinus et Cornelius Laco, alter deterrimus mortalium, alter ignavissimus, odio flagitiorum oneratum contemptu inertiae destruebant. tardum Galbae iter et cruentum interfectis Cingonio Varrone consule designato et Petronio Turpiliano consulari:

2 set *Rhenanus*: et 3 conscientia 5 aⁿ aspernantes 8 hac *Im* 10 ater 12 ciconio barrone

δοχὴν παρεδύετο τῆς ἡγεμονίας. — *agitatur*] „Malim *agatus*; non enim cum maxime fiebat illud, sed iam ante adventum Galbae factum erat.“ I. FR. GRONOV. „Factum erat; sed etiam tunc miles urbanus ex illo motu agitabatur (*war noch in unruhiger Bewegung davon*) et supererant Nymphidii socii. Cf. C. seq.“ WALTH. — *senium*] Plut. Galb. 8: ἦν γὰρ ἐτῶν τριῶν καὶ ἐβδομήκοντα. — *avaritiam*] Dio 64, 2: χρήματά τε ἀπλήστως, ἅτε καὶ πολλῶν δεόμενος, ἤξροίε καὶ ἀπ' αὐτῶν ἐλάχιστα ἀνήλισκεν, ὥστε μηδὲ δραχμὰς ἔστιν οἷς ἀλλ' ὀβολοὺς χαρίζεσθαι. Suet. G. 6. 12. — *verebantur*] simplex pro composito *reverebantur*, quod sine causa substituendum censebant Pichena et Acidalius. (Doederlein Syn. II p. 185: „ita venerabantur, ut timerent.“ — *pro re publica*] „quae e re publica esset et populi Romani principem valde deceret.“ Optime explicat Plutarchus l. 1. Non est, ut vertit Louandre *pour la république*, pro veteri re publica Romana, quo sensu is accepisse videtur. praepositionem *pro* cum adiectivo *honestus* iunxit, ut 3, 7 *decorum pro causa*. de hoc usu praepositionis *pro* v. Dräger Syntax § 90. — *legi a se*] Plutarch. G. 18: ἀφῆκε φωνὴν ἡγεμόνα μεγάλον πρόπουσαν εἰπὼν εἰωδῆναι καταλέγειν στρατιώτας, οὐκ ἀγοράζειν. Suet. G. 16. Dio 64, 3. — *cetera*] ceteri Galbae mores eiusque senium, immo et

tempora ipsa et militum animus non congruebant cum severitate prodita illa tam magna voce. cf. infra 18 *noctū antiquus rigor et nimia severitas, cui iam pares non sumus*.

6. T. Vinus] Vide imprimis Cap. 48. Plut. Galba 12: ἦν δὲ Οὐίνιος ἀργυρίου μὲν ἐσχάτως καὶ παρ' ὄντινον ἦττων, ἔνοςος δὲ καὶ τοῖς περὶ γυναῖκας ἀμαρτήμασιν. Suet. G. 14: Vinus — cupiditatis immensae. — Cornelius Laco] Cap. 24. 46. Suet. l. 1.: Laco — arrogantia socordiaque intolerabilis. — oneratum — destruebant] his vitiiis populari fama ex amicis in ipsum ut consentientem translatis perverterant. DUEBN. cf. Ann. 4, 68 *audentius iam onerat Seianum*; 2, 63 *suave in destruendo eo (se. hoste) consilia extulit*. — Galbae iter] ex Hispania Tarraconensi sive citeriore post octavum administrationis annum. Plut. G. 4. Galba videtur iter ingressus, ut Savilius computat, circa mensis Iulii initium et Romam circa Septembrem pervenisse, tardo itinere via longa et impedimentis gravi. — Cingonio Varrone] qui Nymphidio imperium sibi molienti orationem ad praetorianos composuerat. Plut. G. 14 et 15. cf. infra c. 37. Ann. 14, 45. — Petronio Turpiliano] consule a. 814, p. Ch. 61. Cf. Ann. 14, 29. 39. 15, 72. Agr. 16. Plut. G. 15. eum vocat γέροντα γυμνὸν καὶ ἄνοπλον. —

ille ut Nymphidi socius, hic ut dux Neronis, inauditi atque indefensi tanquam innocentes perierant. introitus in urbem trucidatis tot milibus inermium militum infaustus omine atque ipsis etiam qui occiderant formidolosus. inducta legione Hispana, remanente ea, quam e classe Nero conscripserat, plena urbs exercitu insolito; multi ad hoc numeri e Germania ac Britannia et Illyrico, quos idem Nero electos praemissosque ad claustra Caspiarum et bellum, quod in Albanos parabat, opprimendis

1 nimphydi 3 homine 4 legiones sed *litt. s. crasa* 6 brittannia illirico

dux Neronis] in Britannia. Cf. Ann. 14, 39 et 15, 72: *triumphale decus Petronio Turpiliano — tribuit. — inauditi atque indefensi* 2, 10 *indefensum et inauditum*; Ann. 2, 77 et Dial. 16 *inauditum et indefensum. — tanquam innocentes*] quia non a iudicibus damnati neque culpae convicti erant, id quod Galbae invidiam concitavit. Cf. etiam locum Plinii Epp. 4, 11, 8 de Cornelia vestali: *Dixit, donec ad supplicium, nescio an innocens, certe tamquam innocens ducta est*. Ac Turpilianus quidem teste Plut. G. 17. occisus est, ὅτι μὴ προεδίδου μηδὲ ἐμίσει τὸν ἡγεμόνα (Neronem) τοιοῦτον ὄντα μισούμενος, ἄλλο δὲ μηδὲ ἐν μέγα συναδικήσας. — *trucidatis tot milibus*] Cf. C. 31. 37. 87. Suet. G. 12: *ut primum urbem introit — classiarios — non modo inmisso equite disiecit, sed decimavit etiam*. Plut. G. 15: Ἐπεὶ δὲ προσιῶν ἀπέιχε τῆς πόλεως περὶ πέντε καὶ εἴκοσι σταδίου, ἐνετύγγανεν ἀκοσμία καὶ δορυβῶ τῶν ἐρετῶν τὴν ὁδὸν προκατεχόντων καὶ περικεχυμένων πανταχόθεν. Οὗτοι δὲ ἦσαν, οὓς εἰς ἓν τάγμα ὁ Νέρων συλλογίσας ἀπέφηνε στρατιώτας· καὶ τότε παρόντες ἐκβεβαίωσασθαι τὴν στρατείαν οὐτ' ὀφῆναι τοῖς ἀπαντῶσαν οὐτ' ἀκουσθῆναι παρέσαν τὸν αὐτοκράτορα, ἀλλ' ἐδορυβουν βοῆ σημεῖα τῷ τάγματι καὶ χώραν αἰτοῦντες. — ἐνίων δὲ καὶ τὰς μαχαίρας σπασαμένων ἐκέλευσε τοὺς ἵππεῖς ἐμβαλεῖν αὐτοῖς ὁ Γάλβας· ὑπέστη δὲ οὐδεὶς ἐκείνων, ἀλλ' οἱ μὲν εὐθὺς ἀνατραπέντες, οἱ δὲ φεύγοντες διεφάρησαν οὐ χρηστὸν οὐδὲ αἰσιον ποιοῦντες τῷ Γάλβῳ τὸν οἰωνὸν εἰσιόντι διὰ πολλοῦ φόνου καὶ νεκρῶν τοσούτων εἰς τὴν πόλιν. Dio 64. 3: ἀπήνησαν αὐτῷ οἱ δορυφόροι (deberet esse οἱ ἐρέται· vide Reimarum:) τοῦ Νέρωνος — ἐφῆκε σφισι τὸ στρατεύμα. καὶ οἱ μὲν παραρηῆμα ἐς ἐπτακισχιλίους ἀπέθανον, οἱ δὲ καὶ μετὰ τοῦτο δεκατευθέντες. —

legione Hispana] VII Galbiana cf. 2, 11. 86. 3, 7. 10. 21. 22. 25. Suet. Galba 10: *e plebe quidem provinciae legiones* [immo legionem] *et auxilia conscripsit*. v. W. Pfitzner: Geschichte der römischen Kaiserlegionen von Augustus bis Hadrianus. Leipzig 1881. p. 46. 104. 243 s. — *e classe*] c. 31 *legio classica*, 36 *classicorum l.*, 2, 11. 23. 24 *prima l.*, 2, 67 *prima classicorum l.*, 2, 43. 3, 44 *prima Adriaticae*. Nihil autem haec habuit commune cum ἐρέταις supra memoratis, quos trucidari iussit Galba. Horum qui caedem evaserant, postea demum Otho in *numeros legionis composuit*. C. 87. De tota hac re accurate disseruit Pfitzner in *Bergk und Caesar Zeitschrift* 1846. I. p. 14., cuius expositionem dabimus in Excursu ad h. l. — *numeri*] Hoc est, cohortes, manipuli, vexilla, turmae; quicunque non conscripti in iustam legionem. DUEBN. cf. c. 87 in *numeros legionis*. Agr. 18: *sparsi per provinciam numeri*. Suet. Vesp. 6. — *Caspium*] Suet. Ner. 19., ubi ut vulgo vocantur *Caspiae portae*, αἱ Κάσπιαι πύλαι, unica via, quae ex Asiae occidentalis parte Septentrionem versus sita ducebat in Persidem orientalem et Indiam; hinc Dionysio Perieg. 1064: *κληῖδες γαίης Ἀσιήτιδος*. Forbiger Geographie II. p. 47. cf. Ann. 6, 33 *Caspia via*. contra Plinius h. n. VI. 11, 30 *portae Caspiae*, magno errore multis *Caspiae dictae*, 13, 40 *corrigenendum est hoc loco error multorum, etiam qui in Armenia res proxime cum Corbulone gessere. namque hi Caspiae appellaverunt portas Hiberiae, quas Caucasias discimus vocari, situsque depicti et inde missi hoc nomen inscriptum habent. et Neronis principis comminatio ad Caspiae portas tendere dicebatur, cum peteret illas, quae per Hiberiam in Sarmatas tendunt. — in Albanos*] Suet. l. 1.: *Parabat et ad Caspiae portas expeditionem,*

Vindicis coeptis revocaverat: ingens novis rebus materia, ut non in unum aliquem prono favore, ita audenti parata. (7) forte congruerat ut Clodii Macri et Fonteii Capitonis caedes nuntiarentur. Macrum in Africa haud dubie turbantem Trebonius Garutianus procurator iussu Galbae, Capitonem in Germania, cum similia coeptaret, Cornelius Aquinus et Fabius Valens legati legionum interfecerant, antequam iuberentur. fuere qui crederent Capitonem ut avaritia et libidine foedum ac maculosum, ita cogitatione rerum novarum abstinuisse; sed a legatis bellum suadentibus postquam impellere nequiverint, crimen ac dolum ultro compositum; et Galbam mobilitate ingenii, an ne altius scrutaretur, quoquo modo acta, quia mutari non poterant, comprobasse. ceterum utraque caedes sinistre accepta, et invisio semel principi seu bene seu male facta perniciem

1 cepti 2 audenti 5 ceptaret 7 foedum 10 mobilitate sed mo a 2m 11 sinistrae
12 perniciem Meiser: p̄minuit iā (parem invidiam Bezzenberger).

conscripta ex Italicis senum pedum tironibus nova legione, quam magni Alexandri phalanga appellabat. — Vindicis] C. Iulius Vindex, qui Galliam pro praetore obtinebat, proximo superiore anno a Nerone desciverat, non sibi sed Galbae principatum paraturus. Plut. G. 4: ὁ Οὐίνδικῆς ἔγραψε τῷ Γάλλῳ παρακαλῶν ἀναδέξασθαι τὴν ἡγεμονίαν. Facile superatus ad Vesontionem (Besançon) a Verginio Rufo, qui Germaniae superiori praeerat, manum sibi intulit. Dio 63, 22. Suet. Ner. 40. Plut. G. 4 et 6.

7. Clodii Macri] qui legatus in Africa naves frumentarias retinebat, ut annonae inopia urbem in suam potestatem redigeret, cuius culpae certe insimulabatur a Nymphidione. cf. c. 73. Suet. Galba 11. Plut. G. 13. collato item c. 6: ὁ Κλώδιος ἐν ἀρπαγαῖς πραγμάτων γεγωνῶς καὶ φόνοις ἀνδρῶν δι' ὀμότητα καὶ πλεονεξίαν δηλὸς ἦν ἐν τῷ μήτε κατέχειν μήτε ἀφίεναί τὴν ἀρχὴν δύνασθαι περιφερόμενος. — Capitonis] qui consul fuerat a. 820, p. Chr. 67. Cf. de eo C. 58. 3, 62. Plut. G. 15. Dio 64, 2. — foedum ac maculosum] Cf. infra c. 52: sordes et avaritiam Fonteii Capitonis. „Nomina adiectiva h. l. non ita separanda sunt, ut prius ad avaritiam, alterum ad libidinem pertineat, sed utrumque eodem iure de avaro et libidinoso dicitur. Maculosus Tacito est Graecum στυγματίας translata significatione, designatque eum, qui flagitiis manifestis ac praecipue infami libidini

obnoxius tenetur. Igitur Caecina Valentem Hist. 2, 30. inridet ut foedum ac maculosum, et idem Valens 1, 66. stupra et adulteria sectatus dicitur. Cf. 3, 41. L. Vitellius 3, 38: omni dedecore maculosus, 3. 77. autem infamis sive libidine pessumdatus appellatur. Quamobrem eum Cilices Cossutianum Capitonem deferunt Ann. 13, 33: maculosum foedumque et idem ius audaciae in provincia ratum, quod in urbe exercebat, postremis verbis indicatur eundem aliis quoque flagitiis cooptum fuisse.“ RITTER. — dolum] quem eius caedes secuta est. cf. c. 58 tanquam crimen ac mox insidias Fonteio Capitoni struxisset. — an ne — scrutaretur] de hoc usu particulae an cf. Dräger Syntax § 153, 1. — perniciem adferebant] cf. c. 6 Invalidum senem — destruebant. 3, 39 ne dilata Blaesi mors maturam perniciem — ferret. Ann. 1, 79 ipsi perniciem adferret. 11, 4 ipsi fratrique perniciem allatam. vitium in codice ortum est ex varia scriptura vocabuli perniciis (2, 70 in codice est perniciem) et ex prava vocabuli divisione (perniciem). Bezzenbergeri emendatio magis speciosa est quam vera. neque enim verum est dicere invisio — invidiam adferebant: nam qui invisus est, summam iam sibi invidiam contraxit; neque dicere debebat parem invidiam adferebant, sed aut simpliciter invidiam adferebant aut certe perinde invidiam adferebant, ut 4, 36 sed miles secundis adversisque perinde in exitum ducum accende-

adferebant. venalia cuncta, praepotentes liberti; servorum manus subitis avidae et tanquam apud senem festinantes; eademque novae aulae mala, aequae gravia, non aequae excusata. ipsa aetas Galbae inrisui ac fastidio erat adsuetis iuventae Neronis et imperatores forma ac decore corporis, ut est mos volgi, comparantibus. (8) et hic quidem Romae, tanquam in tanta multitudine, habitus animorum fuit. e provinciis Hispaniae praeerat Cluvius Rufus, vir facundus et pacis artibus, bellis inexpertus. Galliae super memoriam Vindicis obligatae recenti dono Romanae civitatis et in posterum tributi levamento. proximae tamen Germanicis exercitibus Galliarum civitates non eodem honore habitae, quaedam etiam finibus 10 adeptis pari dolore commoda aliena ac suas iniurias metiebantur.

4 iuente 6 fit 7 artib; in fine versus, artibus clarus Agricola 8 domino sic in rasura a 2m 9 proxime Germanicis Agricola: germanis 11 sua sed corr. 2m.

batur. Ann. 2, 2 perinde odium pravis et honestis. — subitis] subita fortunae mutatione; c. 69 ut est mos vulgo, mutabilem subitis. — forma ac decore] re vera Neronem pulcherrimum fuisse monstrant eius effigies et nummi. v. Mongez Icon. rom. II. p. 219.

8. tanquam in tanta multitudine] „quem admodum aliter fieri nequibat, quam ut in urbe innumerabili hominum multitudine referta multi semper sermones variaque iudicia de Galba eiusque familiaribus fierent.“ Dictum est, ut illud Horatii Sat. 1, 6, 79: In magno ut populo. Ac prorsus similiter Plut. G. 26. in describenda varietate affectuum multitudinis urbanae erga Galbam vel adversus eundem: οἱ δὲ ἐν πλήθει τοσοῦτω. (Aliter quidem Walther et Bachius: „quatenus in tanta multitudine animorum habitus intellegi poterat.“ Sed hoc potius significare voluit: „imensi ponderis fuisse ad Galbae interitum accelerandum tantae multitudinis fastidium odiumque adversus eum.“) — Cluvius Rufus] scriptor historicus facundus, qui res Neronis, Galbae, Othonis, Vitellii tradidit. Cf. Ann. 13, 20. 14, 2. Hist. 1, 76. 2, 58. 65. 3, 65. 4, 39. 43. Plin. Epp. 9, 19. consul fuit ante annum 41 p. Ch. v. Ios. ant. 19, 1, 13. cf. de eo Th. Mommsen Hermes IV. 318. — pacis artibus] Est ablativus qualitatis, ad quos olim supplebant ὄν, praeditus, instructus,

abundans et pacis artibus idem valet quod civilibus artibus (Agr. 39 studia fori et civilium artium decus). cf. Dräger Syntax § 61, sed nullum simile exemplum adfertur et aliquid deesse verisimile est. Alii per zeugma sane durius ex v. inexpertus elici iubent expertus. — bellis] Male alii belli. „Bellis inexpertus est, qui nullas res bello gessit, quibus scientia militaris cognosceretur; belli inexpertus, qui bellum nunquam vidit.“ ERN. et OBERL. Sic H. 2, 75: legiones civili bello inexpertas. Ann. 16, 5 lasciviam inexperti. — memoriam Vindicis] cuius illustris sui popularis interitum lugebant. Is autem Galbae imperium obtulerat (Dio 63, 23.); quocirca, qui eius partes amplexi erant, ipsi quoque illi, cum principatum adeptus erat, favebant. („Les Gaulois qui avaient combattu sous Vindex avaient en quelque sorte donné des gages à la cause de Galba, et ce souvenir semblait lui répondre de leur fidélité.“ BURNOUF.) — Romanae civitatis] Plut. G. 18: Ἐκ δὲ τοῦτου καὶ τὰ μετρίως πραττόμενα διαβολὴν εἶχεν, ὡς τὰ πρὸς τοὺς Γαλάτας Οὐίνδικι συναραμένους: ἐδόκουν γὰρ οὐ φιλανθρωπία τοῦ αὐτοκράτορος, ἀλλ' ὠνούμενοι παρὰ Οὐίνδίου τυγγάνειν ἀνεσεῶς τε δασμῶν καὶ πολιτείας. Primores Galliae prius id ius acceperant. Cf. Ann. 11, 23. Iam promiscue datum est. WALTH. — tributi] quartae eius

Germanici exercitus, quod periculosissimum in tantis viribus, solliciti et irati, superbia recentis victoriae et metu tanquam alias partes fovissent. tarde a Nerone desciverant; nec statim pro Galba Verginius: an imperare noluisset dubium: delatum ei a milite imperium conveniebat. Fonteium
 5 Capitonem occisum etiam qui queri non poterant, tamen indignabantur. dux deerat, abducto Verginio per simulationem amicitiae; quem non remitti atque etiam reum esse tanquam suum crimen accipiebant. (9) superior exercitus legatum Hordeonium Flaccum spernebat, senecta ac debilitate pedum invalidum, sine constantia, sine auctoritate, ne
 10 quieto quidem milite regimen: adeo furentes infirmitate retinentis ultro accendebantur. inferioris Germaniae legiones diutius sine consulari fuere, donec missu Galbae A. Vitellius aderat, censoris Vitellii ac ter consulis filius: id satis videbatur. in Britannico exercitu nihil irarum: non sane aliae legiones per omnes civilium bellorum motus innocentius egerunt,
 15 seu quia procul et Oceano divisae, seu crebris expeditionibus doctae hostem potius odisse. quies et Illyrico, quanquam excitae a Nerone

1 germani 2 metus 3 uergenius 6 uergenio 11 consulari // (litt. s. erasa videtur)
 13 britannico sanq̄ 14 omne (s. add. 2m) 16 excite

partis. Cf. C. 51. — *Germanicis exerc.*] His proximas Galliarum civitates, nominatim Treveros ac Lingones, damno finium perculerat (C. 53.) Galba, id est, partem finium vicinis attribuerat, unde accisi earum civitatum erant reditus publici. Sed cur ita multatae sunt? Propterea quod *pars Galliarum, quae Rhenum accolūt*, Verginii Rufi et legionum Germanicarum partes secuta erat. Cf. C. 51. — *solliciti et irati*] Suet. Galb. 16: *sed maxime fremebat superioris Germaniae exercitus fraudari se praemiis navatae adversus Gallos et Vindicem operae*. Plut. G. 22. Dio 64, 4. — *alias partes*] Verginii, de quo praestantissimo viro lege Plin. Epp. 2, 1: (*Verginius*) *laudatus est a consule Cornelio Tacito; nam hic supremus felicitati eius cumulus accessit, laudator eloquentissimus*. 6, 10: *Mandaverat caveratque, ut divinum illud et immortale factum versibus inscriberetur: Hic situs est Rufus, pulso qui Vindice quondam Imperium adseruit non sibi, sed patriae*. Cf. Hist. 2, 68. Dio 64, 4: 'Ο Ροῦφος πρὸς Γάββαν ἤλθε· καὶ παρὰ μὲν ἐκείνου οὐδὲν ὅ τι ἄξιον εἶπεν εὔρατο, εἰ μὴ τις αὐτὸ τοῦτ' ἐκλογίσαιτο, ὅτι κολλάκις αὐτο-

κράτωρ ὀνομασθεὶς ἔζησε. Plut. G. 10: (ὁ Οὐεργίνιος) παραδοὺς ἐκείνῳ τὴν δύναμιν αὐτὸς ἀπήντησε τῷ Γάββα πρὸσω χωροῦντι καὶ συνανέστρεφεν οὔτε ὀργῆς οὔτε τιμῆς ἐπιδήλου τυγχάνων. *Reum* autem eum factum esse suspicio videtur fuisse militum, quippe qui saltem scirent Galbam ei non fidere, vel, ut ait Plut. G. 22., indignabantur, quod esset ἀπεβήμιμμένος ἀτίμως.

9. *debilitate pedum invalidum*] podagricum Plut. Galba 18: τὸν Φλάκκον ὑπὸ συντόνου ποδάγρας ἀδύνατον ὄντα τῷ σώματι καὶ πραγμάτων ἄπειρον ἐν οὐδενὶ λόγῳ τὸ παράπαν ἐποιοῦντο. — *adeo*] *adeo* dicitur pro *multo magis*, ut 3, 64. 4, 39. 80; *adeo non pro multo minus*, ut 3, 39. Ann. 3, 34. 6, 15. cf. *Hand* Turs. 1, 154. *Dräger* Synt. § 24. *Gerber* et *Greef* Lex. Tac. — *sine consulari*] post occisum Fonteium Capitonem. — *censoris Vitellii*] Lucii. — *id satis videbatur*] „si consularis filius pro consulari mitteretur, id huic exercitui sufficere debere iudicabat Galba,“ qui si voluisset, facile tot e consularibus quempiam mittere potuisset; scilicet maiorem honorem militibus ab se alienatis tribuere nolebat. (Lipsius et Burnouf praecedente qui-

legiones, dum in Italia cunctantur, Verginium legationibus adissent. sed longis spatiis discreti exercitus, quod saluberrimum est ad continendam militarem fidem, nec vitis nec viribus miscebantur. (10) Oriens adhuc innotus. Syriam et quattuor legiones obtinebat Licinius Mucianus, vir secundis adversisque iuxta famosus. insignes amicitias iuvenis ambitiose
 5 coluerat; mox attritis opibus, lubrico statu, suspecta etiam Claudii iracundia, in secretum Asiae sepositus tam prope ab exule fuit quam postea a principe. luxuria industria, comitate adrogantia, malis bonisque artibus mixtus. nimiae voluptates, cum vacaret: quotiens expedierat, magnae virtutes. palam laudares: secreta male audiebant. sed apud
 10 subiectos, apud proximos, apud collegas variis illecebris potens, et cui expeditus fuerit tradere imperium quam obtinere. bellum Iudaicum Flavius Vespasianus (ducem eum Nero delegerat) tribus legionibus administrabat. nec Vespasiano adversus Galbam votum aut animus: quippe Titum filium ad venerationem cultumque eius miserat, ut suo loco
 15 memorabimus. occulta fati et ostentis ac responsis destinatum Vespa-

1 cunctatur *Classen* 6 attritis *sed litt. e erasa* 7 asyae sepositus *Acidalius*: repositus 9 se expedierat *Ritter* 10 malq̄ 11 set *Madvig* 12 Iudqi cum (*corr. 2m*) 13 administrabat 16 lege fati *dett.*, fati vi *Madvig*.

dem Dione 64, 4. explicant: satis id visum esse militibus: sed imperfectum magis favet priori interpretationi.) — *dum — cunctantur*] *Classeni* emendationem ut nimis incertam recipere dubitavi: nam nihil impedire videtur, quominus statuumus legiones Illyricas venisse quidem in Italiam, sed a Galba statim esse remissas, priusquam vitia ac vires miscerent. cf. *Pfizner*: Geschichte der röm. Kaiserlegionen p. 47, 142, 151, 154. neque Tacitus, si de Nerone sermo esset, in Italia addidisset, sed dixisset *dum is cunctatur*. — *nec vitis*] Nec vitia sua inter se velut per contagionem communicare nec se coniungere et vires suas mutuo augere poterant. ERN.

10. *Licinius Mucianus*] De C. Licinio Muciano scripsit *L. Brunn*, Lipsiae 1870. ter consul fuit: I a. inc. ante a. 67, II a. 70, III a. 72 (*Ios. Klein*: Fasti consulares etc. Lipsiae 1881.) Plinius n. h. 12, 1, 9: *Licinius Mucianus ter consul et nuper provinciae eius (Lycaiae) legatus*. — *suspecta*] quam, etsi haud proruperat, tamen timebat Mucianus ideoque libentissime in Asiam secessit. — *secretum Asiae*] 3, 63 *secreta Campaniae*; Ann. 4, 57 *Rhodi secreto*. — *sepositus*] c. 13 *suspectum* —

in provinciam Lusitaniam specie legationis seposuit. c. 46 *Laoco praefectus, tanquam in insulam seponeretur*. c. 88 *sepositus per eos dies Cornelius Dolabella in coloniam Aquinatam*. 2, 63 in *col. Aqu. sepositum*. cf. *Boetticher* Lex. Tac. — *postea a principe*] De qua re multis in libro secundo. DUEBN. — *expedierat*] *Expedire* hic significat in expeditionem sive ad bellum proficisci, ut infra C. 88. ERN. Hanc autem veram esse interpretationem demonstrat oppositum *vacaret*, pleno ubi otio frueretur. Alii minus recte illud exponunt, „quoties ei conduxerat, profuerat,“ ut Louandre: *mais il avait, au besoin, de grandes vertus*. — *palam*] quasi τὰ ἀφανδόν, in iis, quae palam agebat. DUEBN. — *laudares*] ἐπήνευς ἄν, tunc cum vivebat. — *collegas*] Intellige Iudaeae, Cappadociae, Aegypti, omnino finitimarum provinciarum praesides, ut Agr. 9. BACH. — *votum*] ut oppresso Galba ipse principatu potiretur; nec alioquin ab eo alienatus erat. — *suo loco*] 2, 1. — *occulta fati*] „τὰ κρυπτά τῆς εὐμαρμένης, arcanam quandam fuisse fati necessitatem.“ Arbitrarium est supplementum *lege fati*. — *ostentis*] 2, 78. 4, 81. Dio 66, 1. Suet. Vesp. 5.

siano liberisque eius imperium post fortunam credidimus. (11) Aegyptum copiasque, quibus coereretur, iam inde a divo Augusto equites Romani obtinent loco regum: ita visum expedire, provinciam aditu difficilem, annonae fecundam, superstitione ac lascivia discordem et mobilem, insciam legum, ignaram magistratum, domi retinere. regebat tum Tiberius Alexander, eiusdem nationis. Africa ac legiones in ea interfecto Clodio

1 egyptum 3 difficile 4 superstitionem 5 ignara domni Ricklefs 6 legio Lipsius.

11. *coereretur*] Ernestius malebat *coeretur*, sed illud est: quibus coereri debebat. — *a divo Augusto*] Ann. 2, 59: Augustus inter alia dominationis arcana vetitis nisi permisso ingredi senatoribus aut equitibus Romanis illustribus seposuit Aegyptum. (Equites igitur inferioris gradus negotiandi causa in Aegyptum proficisci poterant.) — *loco regum*] est: „iique tantum dignitatis habent, ut nihil prope nisi nomen regum desit.“ ERN. Optimum interpres est Strabo 17, 12. p. 797: Ἐπαρχία δὲ νῦν ἐστὶ, φόρους μὲν τελοῦσα ἀξιολόγους, ὑπὸ σωφρόνων δὲ ἀνδρῶν διοικουμένη τῶν πεμπομένων ἐπαρχῶν ἀεί. Ὁ μὲν οὖν πεμφθεὶς τὴν τοῦ βασιλέως ἔχει τὰ ζῆν' id est, eam arbitratu suo aequae regit, ac si rex esset, nulli nisi principi actorum suorum rationem redditurus. Ac propter hoc ipsum repetendarum rei ex Aegypto nusquam memorantur inter tot reos ex provinciis senatus. (Ruperti vv. loco regum simpliciter exponit „pro regibus, qui olim ibi regnarant.“) cf. Nipperdey ad Ann. 12, 60. — *fecundam*] Quoniam Italia iam incolis nimium referta erat atque propter locupletium villas immensas agriculturam negligens frumentis ex Aegypto praesertim importandis indigebat, ante omnia hoc administrationis genere cavendum erat, ne unquam commentus ex Aegypto a seditioso praeside intercluderetur. Iustinus 2, 1: solum (Aegypti) ita fecundum, ut alimentorum in usum hominum nulla terra feracior fuerit. — *lascivia*] Iuven. 15, 45: luxuria, quantum ipse notavi, Barbara famoso non cedit turba Canopo. — *mobilem*] Curtius 4, 1, 30: Aegyptii, vana gens et novandis quam gerendis aptior rebus. Plinius Paneg. 31: percubuerat antiquitas urbem nostram nisi opibus Aegypti ali sustentarique non posse. superbiebat ventosa et insolens natio etc. bell. Alex. 24: fallacem gentem semperque alia co-

gitantem alia simulantem bene cognitam habebat. Vopisc. in Saturnino 8: Aegyptum — totam didici levem, pendulam et ad omnia famae momenta volitantem. — *ignaram magistratum*] „quae non facile proconsulibus obedisset eam ex veteris rei publicae more et Romanis ex legibus, quas incolae haud norant, administrantibus.“ — *domi retinere*] per Caesaris procuratores administrare. (Sibi et principibus successoribus pecularem servare. DUEBN.) Minus recte Brotierius vv. *domi retinere* interpretatur: „ut nihil externum cogitaret nullaque esset novarum rerum cupiditas.“ — *Tiberius Alexander*] Ego hunc illum puto, qui in castris et gratia Corbulonis A. 15, 28, qui et Iudaeae procurator apud Iosephum ant. 20, 5. Pater eius item Tiberius Alexander, qui alabarches Alexandriae et frater Philonis Iudaei, cuius nunc scripta habemus. LIPS. Dicitur *eiusdem nationis*, quia in Aegypto natus erat ex familia Iudaica illa quidem, sed quae Alexandriae sedes fortunarum haberet, ceterum dudum civitate Romana donata et equestrem gradum adeptam. ERN. Cf. Hist. 2, 74. 79. — *ac legiones in ea*] Haec vv. secundum suspicionem ab Ernestio motam, quia una dumtaxat tunc fuerit in Africa legio III. Aug., seclusa a Rittero ac Duebnero recte ita defendit Pfizner in Bergk u. Caesar Zeitschrift 1846 I p. 18: „Clodius Macer veranstaltete zu eigenem Vortheil Aushebungen (Hist. 2, 97: in Africa legio cohortesque delectae a Clodio Macro, mox a Galba dimissae). Als Vitellius die von Galba entlassene Legion des Clodius Macer wieder zum Kriegsdienste einberief, bildete er nur Cohorten aus derselben. Daher kann zu der Zeit, von welcher Tacitus spricht, immerhin eine zweite Legion in Afrika bestanden haben.“ cf. Pfizner: Gesch. d. röm. Kaiserlegionen. Leipzig 1881, p. 47 s., 199. Atque rem conficiunt Clodii Macri nummi, in

Macro contenta qualicumque principe post experimentum domini minoris. duae Mauritaniae, Raetia, Noricum, Thracia et quae aliae procuratoribus cohibentur, ut cuique exercitui vicinae, ita in favorem aut odium contactu valentiorum agebantur. inermes provinciae atque ipsa in primis Italia, cuicumque servitio exposita, in pretium belli cessurae erant. 5 hic fuit rerum Romanarum status, cum Servius Galba iterum Titus Vinus consules inchoavere annum sibi ultimum, rei publicae prope supremum.

(12) Paucis post kalendas Ianuarias diebus Pompei Propinqui procuratoris e Belgica litterae adferuntur, superioris Germaniae legiones 10 rupta sacramenti reverentia imperatorem alium flagitare et senatui ac populo Romano arbitrium eligendi permittere, quo seditio mollius acciperetur. maturavit ea res consilium Galbae iam pridem de adoptione secum et cum proximis agitantis. non sane crebrior tota civitate sermo per illos menses fuerat, primum licentia ac libidine talia loquendi, dein 15

2 retia 3 faborem 5 cessura 6 romanorum 9 kl cum lin. transversa in litt. 1 12 arbitriō (corr. 2m) 14 sanq

quorum uno: L. CLODI. MACRI. S. C. (Victoriae effigies.) in parte aversa: LIB. AVG. LEG. III. (Aquila legionis inter duo signa militaria.); in alio (sunt omnes decem diversi, sed similes): L. CLOD. MACRI. LIBERATRIX. S. C. (Africae caput.), in p. av.: MACRIANA. LIB. LEG. LEG. I. (signa militaria tria.) Cf. Akerman I. p. 167. Erant igitur pro certo in Africa tunc duae legiones, legio III. Aug. et legio Macriana liberatrix. — *contenta*] Numero singulari utitur, quia primaria notio hic est Africa. — *domini minoris*] Macri tantummodo praesidis; opponitur *domino maiori*, Caesari. Illius tyrannidem testatur Plut. G. 6. Ceterum Ritter: „quod vv. *contenta* — *minoris* enarratur, id non nisi de provincialibus apte dici potest; illi enim crudelitatem Clodii Macri senserant, milites crudelitatis eius instrumenta non item.“ At facile haec ad legiones illas referri possunt, hoc modo: „legiones quoque sentiebant neque Clodium parem futurum fuisse ad certamen cum reliquo imperio Romano ineundum; iam vero post eius necem nihil ipsis remanere, nisi ut una cum provincialibus qualicumque principe contenti forent.“ — *duae Mauritaniae*] Tingitana et Caesariensis. Tacitus. II.

Hanc divisionem Plinius acceptam fert Caesari Caligulae. 5, 1: Principio terrarum Mauritaniae appellantur, usque ad C. Caesarem Germanici F. regna, saevitia eius (occiso Ptolemaeo rege) in duas divisae provinciae. At Dio palam adversus Claudio attribuit 60, 9: παραθέντων δὲ τούτων ὁ Κλαύδιος διχῆ τούς Μάυρους τούς ὑπηκόους ἔνευεν ἐς τὰ περὶ Τέγγιν καὶ ἐς τὰ περὶ Καισάρειαν, ἀφ' ὧν περ καὶ ὀνομάζονται, καὶ δύο ἄρχουσιν ἰππεῦσι προσέταξεν. LIPS. — *in favorem aut odium*] Galbae eorumque, qui imperium affectarent, agebantur contactu valentiorum, communiōne et exemplo eorum incitati. RUP. — *inermes*] in quibus nullae legiones Romanae tendebant, ut Achaia, Sicilia cet. — *in pretium*] c. 70: Noricos in certa victoriae praemia cessuros. Ann. 11, 35: in pretium probri cessisse. cf. Nipperdey ad Ann. 15, 45. — *Ser. Galba*] a. u. 822, p. Ch. 69. Primus eius consulatus incidit in a. u. 786, p. Ch. 33.

12. Belgica] scil. Gallia. Sic iam Plinius 15, 25, (30), 103. — *licentia ac libidine*] Haec inter synonyma habet Roth, alii pro ἐν δὲ δὲ οὐκ. Verum *licentia* est, quod nemo vetabatur talia loqui; *libido* est studium talia

fessa iam aetate Galbae. paucis iudicium aut rei publicae amor: multi stulta spe, prout quis amicus vel cliens, hunc vel illum ambitiosis rumoribus destinabant, etiam in Titi Vini odium, qui in dies quanto potentior, eodem auctu invisior erat. quippe hiantes in magna fortuna amicorum cupiditates ipsa Galbae facilitas intendebat, cum apud infirmum et credulum minore metu et maiore praemio peccaretur. (13) potentia principatus divisa in Titum Vinium consulem, Cornelium Laconem praetorii praefectum; nec minor gratia Icelo Galbae liberto, quem anulis donatum equestri nomine Marcianum vocitabant. hi discordes et rebus minoribus sibi quisque tendentes circa consilium eligendi successoris in duas factiones scindebantur. Vinus pro M. Othone: Laco atque Icelus consensu non tam unum aliquem fovebant quam alium. neque erat Galbae ignota Othonis ac Titi Vini amicitia; et rumoribus nihil silentio transmittentium, quia Vinio vidua filia, caelebs Otho, gener ac socer destinabantur. credo

1 rei p. militis tulta 2 ambitiosis *Agricola*: ambitionis 3 et Iam In titi unio diū 4 auctu *Lectius*: actu 7 et Cornelium *deti*. 8 Icelo 11 consensū 12 Ignotā 13 nichil 14 cēlēps

loquendi, quod oriebatur e licentia. WALTH. — fessa iam aetate] 3, 67 fessa aetate patrens et saepius in Ann. cf. Gerber et Greef Lex. Tac. — stulta spe] quippe temere concepta et vana amicorum et clientium adulatione exorta. WALTH. Stultitia praesertim in eo cernebatur, quod tales illi destinabant, quos Galba nunquam adoptaturus erat, tales, qui, si forte successorem haud designasset repentina morte exstinctus, tamen ad principatum nunquam pervenire potuissent. — ambitiosus] Ambitiosi rumores erant, quibus suo quisque amico favorem Galbae acquirere conabantur. — in T. Vini odium] „ut odium suum in T. Vinium explerent et satiant.“ WALTH. Monendum erat propter Wissowae suspicionem in T. Vinium odio. cf. Nipperdey ad Ann. 2, 13 et 14, 63; Dräger Synt. § 80 In consecutivum. — eodem auctu] 1, 86 immenso auctu, 4, 28 immensis auctibus, 4, 63 opulencia auctuque. — hiantes — cupiditates] Sic Cicero Verr. 2, 54 § 134 avaritia semper hiantes atque imminentes.

13. potentia — divisa] Suet. Galba 14: Regebatur trium arbitrio, quos una et intra Palatium habitantis nec unquam non adhaerentis paedagogos vulgo vocabant. Ti erant

T. Vinus legatus eius in Hispania, cupiditatis immensae; Cornelius Laco ex assessore praefectus praetorii, arrogantia socordiaque intolerabilis; libertus Icelus, paulo ante anulis aureis et Marciani cognomine ornatus ac iam summae equestris gradus candidatus. — Cornelium] de asyndeto cf. Nipperdey ad Ann. 6, 7. Joh. Müller Beiträge etc. I, 9. Dräger Syntax § 134. — Icelo] Plut. Galba 7: τῷ δ' ἀπελευθέρῳ δακτυλοῦς τε χρυσοῦς ἔδωκε καὶ Μαρκιανὸς ὁ Ἴκελος ἤδη καλούμενος εἶχε τὴν πρώτην ἐν τοῖς ἀπελευθέροις δύναμιν. — anulis] „Tac. gebraucht anulus im Singular Germ. 31. Ann. 2, 2. 16, 19, den Plural wie es scheint nur von dem aureus anulus, wenn er das Zeichen der Ritterwürde ist: ebenso Hist. 2, 57. 4, 3.“ Wölfflin Philolog. 27, 128. — circa consilium] id est, „quod spectat ad consilium.“ Hic usus praepositionis ab aurea aetate alienus, Tacito tamen familiaris, ut A. 11, 15. 29. 16, 8. Germ. 28. Dial. 3. 22. Cicero autem nisi circumscribit sententiam, utitur praepositione de aut in, quibus eandem fere tribuit vim, quam h. l. obtinet circa. Cf. Hand Tur. II. p. 66 sqq. BACH. — vidua] ut Liv. 1, 46, 7 et se rectius viduam et illum caelidem futurum

et rei publicae curam subisse frustra a Nerone translatae, si apud Othonem relinqueretur. namque Otho pueritiam incuriose, adulescentiam petulanter egerat, gratus Neroni aemulatione luxus. eoque Poppaeam Sabinam, principale scortum, ut apud consciam libidinum, deposuerat, donec Octaviam uxorem amoliretur. mox suspectum in eadem Poppaea in provinciam Lusitaniam specie legationis seposuit. Otho comiter administrata provincia primus in partes transgressus nec segnis et, donec bellum fuit, inter praesentes splendidissimum spem adoptionis statim conceptam acrius in dies rapiebat, faventibus plerisque militum, prona in eum aula Neronis ut similem. (14) sed Galba post nuntios Germanicae seditionis, quanquam nihil adhuc de Vitellio certum, anxius quoniam exercituum vis erumperet, ne urbano quidem militi confisus, quod remedium unicum rebatur, comitia imperii transigit; adhibitoque super Vinium ac Laconem Mario Celso consule designato ac Ducenio Gemino praefecto urbis pauca praefatus de sua senectute Pisonem Licinianum accersiri iubet, seu propria electione sive, ut quidam crediderunt, Lacone instante, cui apud Rubellium Plautum exercita cum Pisone amicitia: sed callide ut ignotum fovebat et prospera de Pisone fama consilio eius fidem addiderat. Piso M. Crasso et Scribonia genitus, nobilis utrimque, voltu

1 rei p. 3 petulanter sed r in ras. a 2m ex s, ut videtur Poppaeam *Acidalius*: Iam poppe sup. e add. ā 2m 4 principālē (corr. 1m) 5 poppea 6 prouincia se posuit 7 nec segnis, donec bellum fuit, et *Acidalius* (nec, donec bellum fuit, segnis et *Heracles*) 9 In die sup. e add. m 2m 11 nichil qnā nota litt. m a 2m 13 transsigit 15 accersiri *Muretus*, arcessi I. Fr. Gronovius.

fuisse. — subisse] scil. mentem Galbae. DUEBN. — frustra — translatae] quia Romanorum sors aequae miseranda fuisset futura ac sub Nerone fuerat. — Poppaeam] Res verius, ut credi par est, narratur in Annalibus posterioribus scriptis 13, 45 sqq. DUEBN. — seposuit] Totidem verbis Suet. Oth. 3: sepositus est per causam legationis in Lusitaniam. LIPS. Cf. Plut. G. 20. — rapiebat] Ab Hor. Epod. 13, 3: rapere occasionem similiter dicitur de homine omnis morae impatiēte ac metuente, ne occasio elabatur. Cf. Suet. Oth. 5: Speraverat autem fore, ut adoptaretur a Galba; idque in dies expectabat. RUP. Cur autem hanc spem Otho concipere poterit, explicat Plut. G. 20: Ἀποστάντος δὲ Γάλβα πρώτος αὐτὸς προσεχώρησε τῶν ἡγεμόνων. . . καὶ βαδίζοντι τὴν ὁδὸν ἄπασαν ἐφ' ἡμέρας πολλὰς συνοχούμενος διετέλεσεν.

14. comitia imperii] Locutio a veteri re publica petita, qua v. c. comitia consularia habebantur ad creandos consules. — Mario Celso] qui legatus XV. legionis ex Pannonia ad Corbulonem missae. A. 15, 25. — Ducenio Gemino] qui consularis et vectigalibus publicis praepositus. A. 15, 18. RYCK. — accersiri] incertum est, utrum haec forma ferri possit necne, cf. Liv. 3, 45, 3 placere itaque patrem arcessiri. Sirkker Tac. Formenlehre p. 55 s. fortasse scribendum est acciri iubet, ut 1, 71 consulem — acciri — iubet, 1, 80 cohortem — acciri Otho iusserat. Ann. 15, 55 accirique reum iussit. forma accersiri posteriore aetate in usu fuisse videtur cf. Dares Phryg. c. 35 ad pugnam accersiri; 43 Antenorem accersiri iubet. — Rubellium Plautum] de quo Ann. 13, 19. 14, 22 et 57 sqq. — M. Crasso] Puto illo M. Crasso Frugi,

habituque moris antiqui et aestimatione recta severus, deterius interpretantibus tristior habebatur. ea pars morum eius quo suspectior sollicitis, adoptanti placebat. (15) igitur Galba adprehensa Pisonis manu in hunc modum locutus fertur: „si te privatus lege curiata apud pontifices, 5 ut moris est, adoptarem, et mihi egregium erat Cn. Pompei et M. Crassi subolem in penates meos adsciscere et tibi insigne Sulpiciae ac Lutatiae decora nobilitati tuae adiecissem. nunc me deorum hominumque consensu ad imperium vocatum praeclara indoles tua et amor patriae impulit, ut principatum, de quo maiores nostri armis certabant, bello adeptus quiescenti offeram, exemplo divi Augusti, qui sororis filium Marcellum, dein 10 generum Agrippam, mox nepotes suos, postremo Tiberium Neronem

1 et] ex *Wurm* aestimatione *Beroaldus*: extimatione 5 michi *Cn. Freinsheim*: nunc

qui consul fuit cum C. Laecanio Basso a. 817 sub Nerone, qui ipse e Calpurniis Frugi in Liciniam gentem adoptione transit, ut ex cognomine apparet; sicut hic noster iterum e Liciniis ad Calpurnios ivit. *LIPS.* Ruperus ad Reines. p. 429 et 679 atque Ryckius rectius, ut videtur, intelligunt Crassum, qui a. 780 cum Pisone consul fuit; fratrem autem Pisonis putant, quem Lipsius patrem credebatur. cf. *Nipperdey* ad Ann. 4, 62. 15, 33. *Klein* Fasti consulares ad a. 780, 27 p. Ch. — *Scribonia*] nepte Sex. Pompeii filii Cn. Pompeii Magni. Seneca in Ludo 11: *Caius Caesar Crassi filium vetuit Magnum vocari; hic (Claudius) nomen illi reddidit, caput tulit. Occidit in una domo Crassum Magnum, Scriboniam* cet. Contra, sed vix verius *Plut.* Galba 23: ἄφρων μὴδὲν προσιπῶν μετεπέμψατο Πεισωνα, Κράσσου καὶ Σκριβωνίας ἔκγονον, οὗς Νέρων ἀνήρρηκε. — *moris antiqui*] 2, 64 *Sextilia, antiqui moris.* — *aestimatione recta*] *Curtius* 4, 7, 29 *vera et salubri aestimatione.* — *quo*] Ut saepe hic ante v. adoptanti cogitatione suppleo *eo magis*. Qui hunc Taciti usum ignorabat, scripsit *quae*. cf. *Nipperdey* ad Ann. 1, 68. *Dräger* Synt. § 181.

15. *privatus lege curiata apud pontifices*] Antiquo tempore si quis in aliam familiam vel gentem transiret, id lege a XXX. curiis accipienda sanciebatur, eaque lex *curiata* appellabatur vel *populi rogatio*. Sed cum dignitas et munera curiarum post legem Maeniam latam a. u. 468. (qua sancitum, ut patres sive patricii in comitiis curiatis in incertum

comitiorum eventum auctores fierent) paulatim exolescerent, pontifices earum in adoptandis liberis munia exsequabantur, quorum adoptionis cuiusque approbatio etiam tunc *lex curiata* appellata est. Cf. *Gellius* 5, 19: *Adrogantur hi, qui cum sui iuris sunt (Piso talis erat, non filius familias), in alienam sese potestatem tradunt eiusque rei ipsi auctores fiunt. sed adrogationes non temere nec inexplorate committuntur. nam comitia arbitris pontificibus praebentur, quae curiata appellantur.* Princeps Galba pontifex maximus erat, itaque solus arrogare Pisonem imperique comitia transigere poterat. Contra Augustus tamquam privatus nepotem Agrippam Postumum privignumque Tiberium adoptavit in foro *lege curiata*, hoc est auctoribus pontificibus. Cf. *Sueton.* Oct. 65. *RITTER.* Adde simulacrum istud comitiorum curiatorum per triginta dumtaxat lictores *adumbratum* esse, ut ait *Cicero* Agr. 2, § 31. Aderant autem pontifices ad servanda domestica cuiusque gentis sacra. — *Sulpiciae ac Lutatiae*] Ex his gentibus erat Galba, ex Lutatiis per matrem. *DUEBN.* Scilicet matrem habuit *Mummiam Achaicam*, neptem Q. Lutatii Catuli Capitolini, pro-neptem L. Mummii, qui Corinthum exiit. *Suet.* G. 2 et 3. Ernestius credebatur excidisse v. *gentis*. *Freinsheimius* et *Heinsius* malebant *Sulpicia ac Lutatia decora.* — *maiores nostri armis*] Quatenus Ser. Sulpicius Galba, imperatoris pater, sub Caesare contra Pompeium dimicaverat, Pisonis abavum. — *nepotes suos*] C. et L. Caesares, ex Iulia

privignum in proximo sibi fastigio collocavit. sed Augustus in domo successorem quaesivit, ego in re publica, non quia propinquos aut socios belli non habeam: sed neque ipse imperium ambitione accepi, et iudicii mei documentum sit non meae tantum necessitudines, quas tibi postposui, sed et tuae. est tibi frater pari nobilitate, natu maior, dignus hac 5 fortuna, nisi tu potior esses. ea aetas tua, quae cupiditates adolescentiae iam effugerit; ea vita, in qua nihil praeteritum excusandum habeas. fortunam adhuc tantum adversam tulisti: secundae res acrioribus stimulis animos explorant, quia miseriae tolerantur, felicitate corrumpimur. fidem libertatem amicitiam, praecipua humani animi bona, tu quidem eadem 10 constantia retinebis, sed alii per obsequium imminuent. inrumpet adulatio blanditiae, pessimum veri affectus venenum, sua cuique etiam utilitas.

1 augs 2 rep. 4 sint *Lipsius* (*Rhenanus*: „malim sint“) 5 est] Et 7 nichil 10 praecipua notam del. 2m 11 irrumpent dett. 12 et pessimum *Freudenberg* etiam utilitas *Meiser*: utilitas. etiā (etenim *Agricola*, etiam si *Halm*).

Agrippae natos. — *in domo*] Ernestio non dubium erat Tacitum scripsisse *in domo sua* et v. *sua* absorptum esse per primam sequentis v. syllabam. Verum simplex vocabulum hic sufficit, quia opponitur rei publicae. *In domo sua* Tacitus scripsisset, si alia domus opposita esset. Cf. A. 1, 3: *integra etiam tum domo sua* (Augusti). *WALTH.* — *frater*] Crassus Scribonianus, de quo infra c. 47 s. 4, 39. — *excusandum habeas*] *excusandum habere* F. A. Wolfio iudice *Scriptt.* miscell. p. 160 genus loquendi est *Ciceronis* saeculo prope ignotum, at Tacito eiusque aequalibus valde admatum. Sic 4, 77: *aliud excusandum habeo.* Ann. 4, 40: *tolerandum haberet.* 14, 44: *si nunc primum statuendum haberemus.* Cf. *Dial.* 8. 19. 31. 36. 37. *BACH.* *Dräger* Synt. § 27 e. — *fortunam — adversam*] patre, matre, fratre a Claudio interfectis, fratre altero caeso a Nerone et ipse diu exul. *BROT.* cf. c. 21. 48. — *secundae res*] Hae cupiditatem ac libidines acrius irritando efficiunt, ut, qui virtutem sectatur, multo magis, ne vitiis obnoxius fiat, niti debeat. Explorant igitur hominem, utrum eius virtus sit vera, animosa atque fortis, an nimis facile illecebris cedat. Cf. *Sil.* 4, 603: *Explorant adversa viros.* *Plin.* Pan. 31: *cum secunda felices, adversa magnos probent.* — *felicitate corrumpimur*] sententia passim obvia, ut *Xenoph.* *Cyrop.* 8, 4, 14

δοκεῖ δέ μοι, ὦ Κύρῃ, χαλεπώτερον εἶναι εὐρεῖν ἄνδρα τάχα καλῶς φέροντα ἢ τὰ κακά· τὰ μὲν γὰρ ὕβριν τοῖς πολλοῖς, τὰ δὲ σωφροσύνην τοῖς πᾶσιν ἐμποιεῖ. *Corn.* *Nepos* *Conon* 5 *accidit huic, quod ceteris mortalibus, ut inconsideratior in secunda quam in adversa esset fortuna.* *Timoleon* 1, 2 *et, id quod difficilius putatur, multo sapientius tulit secundam quam adversam fortunam.* *Curtius* 3, 2, 17: *erat Dareo mite ac tractabile ingenium, nisi etiam naturam plerumque fortuna corrumperet.* — *imminent*] „per obedientiam prope servilem tuas virtutes debilitabunt.“ — *adulatio blanditiae — adsentatio*] Admodum artificiose h. l. cumulavit vv., quae synonymorum speciem habent, quamvis sint significationis satis diversae: *Schmeichelei, Liebkosungen* —, *unbedingtes Beistimmen; flatteries, caresses, servile approbation.* cf. *Cic.* *Lael.* § 91 *nullam in amicitia pestem esse maiorem quam adulationem blanditiam assentationem.* *Plin.* *Pan.* 85: *Iam et in privatorum animis exoleverat priscum mortalium bonum, amicitia, cuius in locum migraverant adsentationes, blanditiae et peior odio amoris simulatio.* — *pessimum veri affectus venenum*] maxima sinceri animi, sensus corruptela. *RUP.* — *sua cuique utilitas*] Haec vv. *Pichena* alique per appositionem cum vv. *pessimum v. a. venenum* iungunt: sed tali verborum sensu Tacitus ea his praeposuisse aut copula addita dixisset

ego ac tu simplicissime inter nos hodie loquimur: ceteri libentius cum fortuna nostra quam nobiscum. nam suadere principi, quod oporteat, multi laboris: adsentatio erga quemcumque principem sine affectu peragitur. (16) si immensum imperii corpus stare ac librari sine rectore 5 posset, dignus eram a quo res publica inciperet: nunc eo necessitatis iam pridem ventum est, ut nec mea senectus conferre plus populo Romano posset quam bonum successorem nec tua plus iuventa quam bonum principem. sub Tiberio et Gaio et Claudio unius familiae quasi hereditas fuimus: loco libertatis erit quod eligi coepimus, et finita Iuliorum Clau- 10 diorumque domo optimum quemque adoptio inveniet. nam generari et nasci a principibus fortuitum nec ultra aestimatur: adoptandi iudicium integrum; et si velis eligere, consensu monstratur. sit ante oculos Nero, quem longa Caesarum serie tumentem non Vindex cum inermi provincia aut ego cum una legione, sed sua immanitas, sua luxuria cervicibus 15 publicis depulerunt; neque erat adhuc damnati principis exemplum. nos bello et ab aestimantibus adsciti cum invidia, quamvis egregii, erimus.

1 ceteri 5 res.p. 7 possit *Ihenamus* 9 elegi cepimus Inuorum, corr. 1m
10 quenq; 11 aestimatur *Beroaldus*: extimatur 13 serię 15 depulery (depulerit ed.
princ. cf. 1, 84 depoposcerit).

pessimumque vel et pessimum. GUTMANN. ap-
positionem *pessimum* — *venenum* ad praecedentia pertinere satis aperte monstrare videntur quae sequuntur *adsentatio* — *sine affectu peragitur*. quod ne ambiguum esset et cum in sequenti voc. *etiam* vitium lateat, transposito hoc vocabulo scripsi *sua cuique etiam utilitas*. nam hoc dicit: „inrumpet adulatione blanditiae — inrumpet etiam sua cuique utilitas.“ — *cum fortuna nostra*] Ann. 2, 71 *stebunt Germanicum etiam ignoti: vindicabit vos, si me potius quam fortunam meam fovebatis. — sine affectu*] cf. 4, 31 *quis nec amor neque odium in partes, militia sine affectu.*

16. *inciperet*] „conveniens erat, ut a me libertas publica inciperet, voluntate Romanorum electo, non imposito.“ DUEBN. *res publica* ut c. 50 *mansuram fuisse sub Pompeio Brutoque rem publicam.* Ann. 1, 3 *quotus quisque reliquus, qui rem publicam vidisset? — posset*] ubi *posset* expectes, sed cf. Cic. in Verr. act. 1 § 2: *adduxi enim hominem, in quo — satisfacere ceteris nationibus possetis.* Q. Cic. de pet. cons. 4 *quoniam, quae subsidia novitatis haberes et habere posses, expo-*

sui etc. — *Claudio*] perverse Ritter, quem alii secuti sunt, addidit ac *Nerone*, quasi Nero quoque heredem imperii reliquisset. — *eligi coepimus*] *coepi* cum inf. pass. *Dräger* Synt. § 26 b. — *consensu monstratur*] sc. eligendus. — *cum una legione*] Una tantum? Atqui antea tres in illa parte Hispaniae, *τρία τάγματα*, collocaat sub Augusto Strabo 3. p. 156. Etiam sub Tiberio Tacitus A. 4, 5. *Hispaniae*, inquit, *recens perdomitae tribus habebantur*. Sed iis ipsis verbis adsignificat id mutatum et imminutas legiones animis eius gentis tempore imminutas et fractis. Itaque in Tarraconensi, cui Galba praefuit, una tunc legio. Suetonius in Galba 10. ostendit exercitum fuisse *legionis unius, alarum duarum, trium cohortium*. LIPS. Sextam legionem fuisse docemur H. 5, 16. ERN. — *cervicibus publicis*] id est cervicibus populi Romani, quibus Nero quasi onus sive moles insederat, quemadmodum boum cervicibus iugum solet imponi. Cic. Cat. 3 § 17: *non facile hanc tantam molem mali a vestris cervicibus depulsem*. BACH. Liv. 4, 12, 6 *regno prope — in cervices accepto*: atque omnino

ne tamen territus fueris, si duae legiones in hoc concussi orbis motu nondum quiescunt. ne ipse quidem ad securas res accessi; et audita adoptione desinam videri senex, quod nunc mihi unum obicitur. Nero a pessimo quoque semper desiderabitur: mihi ac tibi providendum est, ne etiam a bonis desideretur. monere diutius neque temporis huius et 5 impletum est omne consilium, si te bene elegi. utilissimus idem ac brevissimus bonarum malarumque rerum dilectus est cogitare, quid aut volueris sub alio principe aut nolueris. neque enim hic, ut gentibus quae regnantur, certa dominorum domus et ceteri servi, sed imperaturus es hominibus, qui nec totam servitutem pati possunt nec totam libertatem.“ 10 et Galba quidem haec ac talia, tanquam principem faceret, ceteri tanquam cum facto loquebantur. (17) Pisonem ferunt statim intuentibus et mox coniectis in eum omnium oculis nullum turbati aut exultantis animi motum prodidisse. sermo erga patrem imperatoremque reverens, de se moderatus; nihil in voltu habituque mutatum, quasi imperare posset 15 magis quam vellet. consultatum inde, pro rostris an in senatu an in castris adoptio nuncuparetur. iri in castra placuit: honorificum id militibus fore, quorum favorem ut largitione et ambitu male adquiri, ita per bonas artes haud spernendum. circumsteterat interim Palatium publica expectatio, magni secreti inpatiens; et male coercitam famam suppri- 20 mentes augebant. (18) quartum idus Ianuarias, foedum imbris diem, tonitrua et fulgura et caelestes minae ultra solitum turbaverant. ob-

4 michi 6 utilissimus bonarum idem ac breuissimus bonarum 7 a | aut (a del. 2m)
8 ut in ceteris gentibus ed. princ. 9 ceteri 21 Idum (corr. 1m) fedum 22 et post
fulgura del. L. Spengel.

frequens est imago. — *duae legiones*] superioris Germaniae IV. Macedonica et XXII. Primigenia c. 18. — *regnantur*] ut Germ. 25. 43. Ann. 13, 54. *Dräger* Synt. § 26 a. — *tanquam cum facto*] iamiam adulatione ac blanditiis erga eum utentes.

17. *nihil in voltu*] Plut. G. 23: Τοῦ δὲ Πείσωτος οἱ παρόντες ἐθαύμασαν τῆ τε φωνῆ τεκμαιρόμενοι καὶ τῷ προσώπῳ τὸ τηλικαύτην χάριν ἀνεμπλήκτως, οὐ μὴν ἀνασδήτως δεχόμενον. Prorsus enim imparatus ad hanc adoptionem arcessitus erat. — *in castris*] praetorianorum, ante portas urbis Viminalis et Collinae. — *circumsteterat — expectatio*] poetice pro: „populus magnum secretum impatienter expectans circumsteterat Palatium.“ BACH. *La curiosité publique assiégeait le palais* audere potuit etiam Louandre. —

augebant] id est, „rumorem subinde per quosdam garrulos aut suspicaces emanantem illi ipsi, qui refutando compecebant et inhibere conabantur, propagabant.“ RYCK.

18. *quartum idus Ian.*] die 10. Ianuarii. Illustre huius adoptionis superest monumentum in Actis Fr. Arv. *Guil. Hensen* p. XCI: *isdem* co(n)s(ulibus) III idus Ian(uarias) adoptio facta L. Li(ciniani) magisterio Ser. Galbae imp(eratoris) Caesaris Aug(usti), promagistro L. Salvio Othone Titiano, colleg(i)fratrum Arval(ium) nom(ine) immolatum in Capitolio ob adoptionem Ser. Sulpici Galbae Caesaris Iovi b(ovem) m(arem), Iunoni vacc(am), Minervae vacc(am), Saluti publicae p(opuli) R(omani) (?) vacc(am) . . . Providentiae vacc(am), . . . vac(c)am), Securitati vacc(am), . . . Genio ipsius taurum . . . — *caelestes minae*] Plut. G. 23:

servatum id antiquitus comitiis dirimendis non terruit Galbam, quo minus in castra pergeret, contemptorem talium ut fortuitorum, seu quae fato manent, quamvis significata, non vitantur. apud frequentem militum con-
 5 et more militari, quo vir virum legeret, pronuntiat. ac ne dissimulata
 seditio in maius crederetur, ultro adseverat quartam et duoetvicensimam legiones paucis seditionis auctoribus non ultra verba ac voces errasse
 et brevi in officio fore. nec ullum orationi aut lenocinium addit aut pre-
 tium. Tribuni tamen centurionesque et proximi militum grata auditu
 10 respondent: per ceteros maestitia ac silentium, tanquam usurpatam etiam
 in pace donativi necessitatem bello perdidissent. constat potuisse conciliari animos quantulacumque parci senis liberalitate: nocuit antiquus rigor et nimia severitas, cui iam pares non sumus. (19) inde apud senatum non comptior Galbae, non longior quam apud militem sermo:
 15 Pisonis comis oratio. et patrum favor aderat: multi voluntate, effusius qui noluerant, medii ac plurimi obvio obsequio, privatas spes agitantes sine publica cura. nec aliud sequenti quadriduo, quod medium inter ad-
 optionem et caedem fuit, dictum a Pisone in publico factumve. crebrioribus in dies Germanicae defectionis nuntiis et facili civitate ad accipienda
 20 credendaque omnia nova, cum tristia sunt, censuerant patres mittendos ad Germanicum exercitum legatos. agitatum secreto, num et Piso pro-

2 contemptore 3 signi facta 4 Imperatoriā notam del. 1m exemplo — more Ferretus: more — exemplo 6 duodevicesimā sed de in rasura a 2m, sup. syll. ces add. n 1m (duo et vicesimam Pichena) 8 addita ut 9 audito 10 mestitia et etiam, corr. 1m 15 labor (corr. 1m) 16 medii Freinshelm: medie 18 pisonē notam del. 1m 19 Indie

τοσαυτάκις ἐβρόντησε καὶ κατήστραψε καὶ τοσοῦτος ὄμβρος καὶ ζόφος ἐξεχύθη εἰς τὸ στρατόπεδον καὶ τὴν πόλιν. — *observatum*] neque neglectum. DUEBN. — *dirimendis*] Cic. de Divin. 2, 18 § 42: *in nostris commentariis scriptum habemus: IOVE TONANTE FVLGVRANTE COMPLA POPVLI HABERE NEFAS.* — *exemplo d. Augusti*] idem verbis utitur c. 15. — *more militari*] c. 38 *sine more et ordine militiae*, 68 *more militiae exercita*. Ann. 2, 52 et 12, 69 *more militiae*. Caes. b. c. 1, 66 et 3, 38 *militari more*. Sall. Iug. 44, 5 *more militari* item Liv. 5, 19, 4. 47, 9. — *vir virum*] Cum a duce militibus potestas fieret, ut singuli singulos, notos sibi quorumque virtute confiderent, legerent: atque id potissimum, cum periculum aliquod maius instaret atque ali-

quis gravior casus urgeret. Cf. Liv. 9, 39. 10, 38. VICTORIUS Var. Lectt. 18, 19. cf. *Weissenborn* ad Liv. 4, 26, 3. — *verba ac voces*] V. voces praesertim ad dissonum fremitum murmurque refertur. 3, 65 *verba vocesque*. — *usurpatam etiam in pace*] Cf. A. 12, 41. 69.

19. *multi voluntate*] scil. favebant Pisoni. — *effusius qui noluerant*] cf. c. 45 *quantoque magis falsa erant quae fiebant, tanto plura facere. effusius* ut Germ. 21 *effusius indulget*. Curt. 9, 3, 3 *contione effusius flente*. Plin. ep. 1, 20, 20 *qui effusius dicit*. — *medii*] 4, 8 *etiam mediis patrum adventibus*. Liv. 2, 27, 3 *medium se gerendo*. — *obvio obsequio*] ut Ann. 2, 2: *obvia comitas*. — *quadriduo*] III. Idus, pridie Idus, Idus, XIX. Kal. Febr. (14. d. Ian.) Occisus autem est XVIII.

ficisceretur, maiore praetexto, illi auctoritatem senatus, hic dignationem Caesaris laturus. placebat et Laconem praetorii praefectum simul mitti: is consilio intercessit. legati quoque (nam senatus electionem Galbae permiserat) foeda inconstantia nominati excusati substituti, ambitu remanendi aut eundi, ut quemque metus vel spes inpulerat. (20) proxima pecuniae
 5 cura; et cuncta scrutantibus iustissimum visum est inde repeti, ubi inopia causa erat. bis et vicies milies sestertium donationibus Nero effuderat. appellari singulos iussit, decuma parte liberalitatis apud quemque eorum relicta. at illis vix decumae super portiones erant, isdem erga
 10 aliena sumptibus, quibus sua prodegerant, cum rapacissimo cuique ac
 perditissimo non agri aut faenus, sed sola instrumenta vitiorum manerent. exactioni triginta equites Romani praepositi, novum officii genus et ambitu ac numero onerosum. ubique hasta et sector et inquieta urbs auctionibus. ac tamen grande gaudium, quod tam pauperes forent quibus donasset

1 praetexto *Wölflin*: praetextu (praetextū 2m) ille 3 his 4 foeda excusatis *sed corr.* 5 queng; 7 milies *Lipsius*: mille 8 queng; 9 illi 12 exactionis (*corr.* 2m) 13 auctionibus *Ethenanus*: actionibus 14 donassent *sed n del.* 2m.

Kal. Febr. (15 d. Ian.) — *maiore praetexto*] maioris dignitatis specie, ut πρόσημα. c. 76 *sed erat grande momentum in nomine urbis ac praetexto senatus*. Cf. Sen. Ep. 71, 9: *illud pulcherrimum rei publicae praetextum, optimates*, ubi vide Gronovium. Minus recte *Walther*: „agitatum est, num et Piso proficisceretur ad sedandam militum seditionem, ita tamen, ut non haec, sed alia quaedam gravior causa profectio praetenderetur.“ Quenam, quaeso, gravior causa tunc ipsum obtentui sumi poterat? Recte *Louandre*: *pour donner plus de solennité à l'ambassade*. — *laturus*] eo redit, quod nunc dicunt *repraesentaturus*. DUEBN. Ceterum audaciore constructione usus est, nam *illi* refertur ad *legati*, quod cogitatione supplendum est: *agitatum secreto, num et Piso proficisceretur* scil. non legati tantum. — *ambitu*] „Dum alii per gratiam consequuntur, ut liberentur a legatione, alii ire cupiant.“ ERN.

20. Res in hoc capite narrata multo prius incepta erat; etenim per quadriduum illud hanc exactionem exsequi nequaquam poterant triginta illi equites; et Dio 63, 14 clare testatur dona eiusmodi inde e Graecia repetita esse: (ὁ Νέρων) τῇ Πυθίᾳ δέκα μυριάδας ἔδωκεν, ὅτι τινὰ κατὰ γνώμην αὐτοῦ ἐπέ-

σπισεν, ἃς ὁ Γάλλος ἐκομισατο. Hic vero narratur ideo potissimum, quia hae ipsae exactiones in causa erant, cur tot cives propterea irati atque irritati eo promptius a Galba et Pisone desciscerent. Ceterum cf. *Plut. G. 16. Suet. G. 15*. — *super portiones erant*] per tmesin pro *supererant*. *Verg. Aen. 2, 567. Iamque adeo super unus eram. 7, 559 si qua super fortuna laborum est. Ecl. 6, 6 super tibi erunt. Ovid. Fast. 5, 600 nox erit una super. Corn. Nep. Alc. 8 praeter arma et navis nihil erat super. — prodegerant*] *Plut. l. l.*: ἀνηλώκεσαν γὰρ οἱ πλείστοι τῶν λαβόντων, ἐφήμεροι καὶ σατυρικοὶ τοῖς βίοις ἄνθρωποι. — *triginta*] *Suet. G. 15* habet *quinquaginta*; quam diversitatem *Casaubonus* ita componit, ut ob difficultatem negotii triginta prioribus viginti additis suscipitur. *WALTH.* — *ambitu ac numero onerosum*] „intellige civitati (id docent verba sqq. *ubique hasta* etc.), non equitibus ad id delectis. *ambitu* h. e. potestate latius patente (Umfang, ausgedehnter Wirkungskreis). *numero* sc. quod triginta tam onerosa potestate erant praediti, non duo vel tres.“ haec *WALTHERI* explicatio et simplicitate et veritate probatur, alii aliter locum interpretantur. ad *ambitum* cf. *Plut. G. 16*: τοῦ δὲ πράγματος ὄρον οὐκ ἔχοντος, ἀλλὰ

Nero quam quibus abstulisset. exauctorati per eos dies tribuni, e praetorio Antonius Taurus et Antonius Naso, ex urbanis cohortibus Aemilius Pacensis, e vigilibus Iulius Fronto. nec remedium in ceteros fuit, sed metus initium, tanquam per artem et formidinem singuli pellerentur omnibus suspectis.

(21) Interea Othonem, cui compositis rebus nulla spes, omne in turbido consilium, multa simul extimulabant, luxuria etiam principi onerosa, inopia vix privato toleranda, in Galbam ira, in Pisonem invidia. fingebat et metum, quo magis concupisceret. praegravem se Neroni fuisse nec Lusitaniam rursus et alterius exilii honorem expectandum. suspectum semper invisumque dominantibus qui proximus destinaretur. nocuisse id sibi apud senem principem, magis nociturum apud iuvenem ingenio trucem et longo exilio efferatum. occidi Othonem posse. proinde agendum audendumque, dum Galbae auctoritas fluxa, Pisonis nondum co-

15 huius. opportunos magnis conatibus transitus rerum, nec cunctatione opus, ubi perniciosior sit quies quam temeritas. mortem omnibus ex

2 taurus sed syll. rus incerta, videtur potius fuisse reus (ed. princ. Thaurius) emilius 3 e vigilibus Meiser: euigiliis (2m del. s), euigilius det. et ed. princ., e vigiliis Beroaldus 4 formidine Heraeus 8 galba 10 rursus notam del. 2m 11 nocuisset 14 audiendumque 15 oportunos

πόρρω νεμομένου καὶ προϊόντος ἐπὶ πολλούς, αὐτὸς μὲν ἡδόμενος etc. — Antonius Naso] Certe Antonius vitiosum. Dixisset enim Antonii, Taurus et Naso. ERN. Utique, si fratres fuissent; sed de hominibus familiae prorsus diversae, ea lex vix tam accurate sequenda erat. „Antonius Naso firmatur nummis apud Borghesium opp. L. 509.“ NIPPERDEY. — e vigilibus] sic scripsi pro Beroaldi vigiliis, quia Tac. nusquam cohortes vigilum vigiliis dicit. c. 46 vigilibus praepositum, c. 72 praefecturam vigilum, 3, 64 vigilum cohortes, 3, 69 vigiles. — per — formidinem] Ann. 1, 56 astu magis quam per formidinem cessit. — omnibus suspectis] ne a Galba ac Pisonem defecturi essent.

21. toleranda] De maximo eius aere alieno narrat Suet. Oth. 5. Plut. G. 21 eum vocat πεντασιχλίων μυριάδων ὀφλήμασι βεβαπτισμένον. — fingebat] coram intimis amicis; non enim ea, quae sequuntur, cum nonnullis pro μολογίᾳ habenda sunt. Cf. Suet. l. l.: neque enim dissimulabat nisi principem se stare non posse nihilque referre ab hoste in acie, an in foro sub creditoribus caderet. Et

quibuscum hominibus haec conquestus sit Otho, declarat Plutarchus G. 23: πλείστοι δὲ τῶν περὶ Τηγελλῶν καὶ Νυμφίδιον ἐν τιμῇ γεγονότων ἀπερριμμένοι τότε καὶ ταπεινὰ πράττοντες ἐφθεύοντο πρὸς αὐτὸν καὶ συνηγανάκτου καὶ παρώξινον. — occidi Othonem posse] Miro iudicio usi Antonius Augustinus, vir ceteroqui perquam ingeniosus, ac Groslostius substitutum volebant Pisonem. Est: „eo usque atrocitatis progredi posse Galbam et Pisonem, ut ipsum occiderent.“ Nuper Ritter et Urlichs haec verba spuria iudicaverunt, quae ferri non posse demonstrari nequit. — agendum audendumque] Sic Liv. 22, 14, 14: agendo atque agendo res Romana crevit. OBERL. cf. Wölflin: Die alliterierenden Verbindungen der lateinischen Sprache p. 47. — coaluisset] „confirmata esset, convaluisset.“ Sic A. 14, 1: vetustate imperii coalita audacia. Hist. 4, 55: coalita libertate. Male Ryekiis: „scilicet cum auctoritate Galbae.“ ERN. cf. Nipperdey ad Ann. 14, 1. — transitus] conversiones, commutationes imperii, cum ab uno ad alterum transit. Sic c. 29: res — translatae. ERN.

natura aequalem, oblivione apud posteros vel gloria distingui. ac si nocentem innocentemque idem exitus maneat, acrioris viri esse merito perire. (22) non erat Othonis mollis et corpori similis animus. et intimi libertorum servorumque corruptius quam in privata domo habiti aulam Neronis et luxus, adulteria matrimonia ceterasque regnorum libidines avido talium, si auderet, ut sua ostentantes, quiescenti ut aliena exprobrabant, urgentibus etiam mathematicis, dum novos motus et clarum Othoni annum observatione siderum adfirmant, genus hominum potenti-

bus infidum, sperantibus fallax, quod in civitate nostra et vetabitur semper et retinebitur. multos secreta Poppaeae mathematicos, pessimum principalis matrimonii instrumentum, habuerant; e quibus Ptolemaeus Othoni in Hispania comes, cum superfuturum eum Neroni promississet, postquam ex eventu fides, coniectura iam et rumore senium Galbae et iuventam Othonis computantium persuaserat fore ut in imperium ascisceretur. sed Otho tamquam peritia et monitu fatorum praedicta accipie-

15 bat, cupidine ingenii humani libentius obscura credendi. (23) nec deerat Ptolemaeus, iam et sceleris instinator, ad quod facillime ab eiusmodi voto transitur. sed sceleris cogitatio incertum an repens: studia militum

3 Othoni Pichena 8 syderum 9 spernantibus 10 poppeae ma | mathematicos (pr. ma del. 2m) 11 ptoloms 14 imperium 16 credendi Pichena: cre|di 17 ptoloms notam del. 2m ad] a, sed corr. 2m.

22. non erat Othonis mollis] Plut. G. 25: οὐ κατὰ τὴν τοῦ σώματος μαλακίαν καὶ ἡλύτητα τῇ ψυχῇ διατεθρομμένος, ἀλλ' ἰταμὸς ὢν πρὸς τὰ δεινὰ καὶ ἄτρεπτος. — adulteria matrimonia] Hoc significant liberti eum principem factum alienis uxoribus libere frui et, quodcumque moecha aliqua diutius placitura foret, priorem uxorem illico repudiare illamque in matrimonium ducere posse: sic progressu temporis Caligula quattuor, Claudius sex uxores duxerat. cf. Suet. Calig. 25: Matrimonio contraxerit turpius an dimiserit an tenuerit, non est facile discernere. ceterum Lipsius malebat adultera matrimonia, Ryekiis, cui suspecta vox matrimonia fuit, adulteria matronarum, Ritter et Urlichs voc. matrimonia spurium iudicaverunt. — libidines] Significantur praesertim stupra puerorum ingenuorum ac nobilium, in quae provolutus erat Tiberius. Ann. 6, 1. — ut aliena] ut quibus propter desidiam atque meram ignaviam ipse uti nequiret atque ea aliis relinquere coactus foret. — vetabitur semper] Cf. Ann. 2, 32. 12, 52. — instrumentum] „quibus, scelerum plerumque instinatoribus, et princeps ipse et aulici ad fines varios, sed semper perversos atque illicitos utuntur.“ Apte Burnouf: détestable ameublement d'un ménage impérial. — Ptolemaeus] Eum, qui hoc praedixerit, Seleucum vocat Suet. O. 4, quem ad locum Oudendorp: „Hunc Vespasiani mathematicum Tacito Hist. 2, 78 videtur auctor confundere cum Neronis mathematico Ptolemaeo, ut eum nominant Tacitus et Plutarchus G. 23, quibus hic tutius quam Suetonio censeo credi: nisi homo is duplex habuerit nomen:“ (id quod in Graeculo probabile non est.) — Othoni in Hispania comes] Otho a Nerone in provinciam Lusitaniam sepositus erat (c. 13); unde Acidalius in Hispaniam scribendum censuit, Ritter vv. in Hispania unciis inclusit, Urlichs scribi voluit in provincia pro vv. in Hisp., sed nihil certum de re incerta statuere licet.

23. repens] Cf. A. 6, 7. Sic hoc v., uti

iam pridem spe successionis aut paratu facinoris adfectaverat, in itinere, in agmine, in stationibus vetustissimum quemque militum nomine vocans ac memoria Neroniani comitatus contubernales appellando; alios agnoscere, quosdam requirere et pecunia aut gratia iuvare, inserendo saepius querellas et ambiguos de Galba sermones, quaeque alia turbamenta volgi. labores itinerum, inopia commeatum, duritia imperii atrocius accipiebantur, cum Campaniae lacus et Achaiae urbes classibus adire soliti Pyrenaeum et Alpes et immensa viarum spatia aegre sub armis enterentur. (24) flagrantibus iam militum animis velut faces addiderat Maevius Pudens, e proximis Tigellini. is mobilissimum quemque ingenio aut pecuniae indigum et in novas cupiditates praecipitem alliciendo eo paulatim progressus est, ut per speciem convivii, quotiens Galba apud Othonem epularetur, cohorti excubias agenti viritim centenos nummos divideret; quam velut publicam largitionem Otho secretioribus apud singulos praemiis intendebat, adeo animosus corruptor, ut Cocceio Proculo speculatore

2 queneque 6 inopiā 8 pyreneum 9 flagrantib; n superscr. 1m uelud 10 Tigellini queneque 12 contuii (corr. 2m) 14 uelud

videtur, utitur Tacitus solus. — *itinere*] ex Hispania in urbem; ut elucet ex tertio membro in stationibus, distinguendum est iter ab agmine ita, ut hoc sit „una cum cunctis Galbae copiis incedens“, illud „eas aliquando aut praecedens aut subsequens“, ita tamen, ut eum comitaretur militum praesidium, quos corrumpere posset.“ Non ergo cum Walthero habendum pro Ἐν δὲ τῷ δρομῷ, ut sane est A. 3, 9: in agmine atque itinere, ad cuius loci similitudinem hic scribendum censet Nipperdey in itinere et agmine. (Aliter Doederlein Synon. 4. p. 68: „Iter bezieht sich nur auf den Marsch, agmen auf jedes Zusammen-treten in Reihe und Glied, z. B. bei den Exercitirübungen. Liv. 32, 13: Ingens iter agminis, sed metus urgebat.“) His autem artibus perversis Otho, etsi fortasse iam tum sperabat se a Galba adoptatum iri (C. 13), nihilominus iamiam aggrediebatur animos militum, ut eorum favorem praeciperet, si forte Galba optatis illis haud satisfaceret. Eo autem tutius corruptorem agere poterat, quod senem Galbam plurima fellebant. Etenim is amicorum libertorumque —, si mali forent, usque ad culpam ignarus erat. C. 49. — soliti] Neronem olim comitantes. „Savilius hic Tacitum carpit, quod legionariis Galbae tri-

buat, quod praetorianis Neronis proprie competebat. Fortasse pars praetorianorum, Galbae obviam missa, respicitur, quod narraverat auctor in actis a. 821, quae periere.“ RYCK.

24. novas cupiditates] rerum novarum. ERN. — convivii] Sportularum titulo erogatio ea facta, nisi fallor. LIPS. Sportularum divisionis mentio fit in Inserr. m. Lat. 80. cf. Ioachim Marquardt: Das Privatleben der Römer, Leipzig 1879 p. 203. — animosus corruptor] id est, qui plurimum pecuniae per largitiones profundere audet, ut apud Suet. Iul. 47: animosissime comparare, cupidissime vel insanis pretiis emere. ERN. Fr. 29. fam. excisc. 10, 2: si obiciatur creditori, quod animose licitus est. Fr. 36 § 1. mand. 17, 1: quod animosiores eius rei emptorem esse quam tibi mandat est, cognoveris. — speculatore] Erant hi delecti ex praetoriis cohortibus satellites principis; arma iis clipeus et lancea. Ioseph. B. I. 3, 5, 5: φέρουσι δὲ οἱ μὲν περὶ τὸν στρατηγὸν ἐπιλεκτοὶ πεζοὶ λόγχοι καὶ ἄσπιδες. Ibid. 6, 2 eos vocat λογχοφόρους, Suidas δορυφόρους. Suet. Claud. 35: neque convivia inire ausus est nisi ut speculatores cum lanceis circumstarent. Frequenter memorantur in Inserr., ut Grut. 540, 10. Cf.

de parte finium cum vicino ambigenti universum vicini agrum sua pecunia emptum dono dederit, per socordiam praefecti, quem nota pariter et occulta fallebant. (25) sed tum e libertis Onomastum futuro sceleri praefecit, a quo Barbium Proculum tesserarium speculatore et Veturium optionem eorundem perductos, postquam vario sermone callidos audacesque cognovit, pretio et promissis onerat, data pecunia ad pertemptandos plurium animos. suscepere duo manipulares imperium populi Romani transferendum et transtulerunt. in conscientiam facinoris pauci adsciti. suspensos ceterorum animos diversis artibus stimulant, primores militum per beneficia Nymphidi ut suspectos, volgus et ceteros ira et desperatione dilati totiens donativi. erant quos memoria Neronis ac desiderium prioris licentiae accenderet: in commune omnes metu mutandae militiae terrebantur. (26) infecit ea tabes legionum quoque et auxiliorum motas iam mentes, postquam volgatum erat labare Germanici exercitus fidem. adeoque parata apud malos seditio, etiam apud integros dissimulatio fuit, 15

5 eorundē pr. notam del. 2m 8 transtuler 12 commune Rhenanus: communi 12/13 militi strebant (2m superscr. exterrebantur).

Eckhel D. N. VI. p. 53. Ex LIPS. et OBERL. Cf. H. 2, 11: ipsum Othonem comitabantur speculatore lecta corpora cum ceteris praetoriis cohortibus. Böttiger in Amalthea III. p. 335. — per socordiam praefecti] Laconis, ignavissimi mortalium, qui tamen tam manifestam corruptionem vetare debuisset.

25. tesserarium] eum inter speculatores qui tesseram (la parole vel iussum aliquod) in tabella scriptam ab imperatore (in legionibus a tribuno) accipiebat et per contubernia nuntiabat. DUEBN. Plut. G. 24: Ἐν δὲ τούτοις Ουετούριος καὶ Βάρβιος, ὁ μὲν ὀπίτων, ὁ δὲ τεσσαρῆριος (οὗτω γὰρ καλοῦνται οἱ διαγγέλων καὶ διοπτῆρων ὑπηρεσίας τελοῦντες) κτλ. — optionem] Festus p. 184. Muell.: „Optio in re militari appellatus is, quem decurio aut centurio optat (eligit) sibi rerum privatarum administrum, quo facilius obeat publica officia.“ Cf. idem p. 198 et Varro apud Nonium p. 68. Vegetius 2, 7: Optiones ab optando appellati, quod antecedentibus aegritudine praepeditis hi tamquam adoptati eorum atque vicarii solent universa curare. Comparant nostrum Adjutant. — manipulares] gregarii milites, quibus haud multum superiores erant optiones ac tesserarii.

Facinoris autem indignitatem hoc ipso v. delecto augere studuit. Ceterum differt Suet. Oth. 5: primo quinque speculatorebus commissa res est. — per beneficia Nymphidi] Id est, qui promoti essent per Nymphidium praefectum (C. 5), eos incitare et irritare, ut Galbae suspectos, quia Nymphidium invisum ipsi sustulerat. LIPS. — volgus et ceteros] cf. 3, 3 ut cautos quoque ac providos permoveret, volgus et ceteri unum virum duceque — laudibus ferrent. falso igitur Mart. Hertz nostro loco et ceteros deleri iussit. — mutandae militiae] ne per legiones dispersi in provincias transmitterentur, ubi militia multo adstrictior atque durior, minore etiam stipendio.

26. legionum] non opus est Ritteri correctione legionariorum: cf. W. Pfitzner: Gesch. d. röm. Kaiserlegionen p. 49: „Es blieb also in Rom nur die eine leg. class., und wenn Tacitus hist. 1, 26 noch von legiones spricht, so sind mit solchem Plural auch die Legionsoldaten der germanischen, britannischen und illyrischen vexilla einbegriffen, wie Tac. solche Bezeichnung öfter angewandt hat (hist. 1, 70, 2, 22).“ — postquam] de plusquamperfecto hanc particulam sequente v. Dräger Synt. § 166 b. — dissimulatio] taciturnitas

ut postero iduum die redeuntem a cena Othonem rapturi fuerint, ni incerta noctis et tota urbe sparsa militum castra nec facilem inter temulentos consensum timuissent, non rei publicae cura, quam foedare principis sui sanguine sobrii parabant, sed ne per tenebras, ut quisque 5 Pannonici vel Germanici exercitus militibus oblatus esset, ignorantibus plerisque, pro Othone destinaretur. multa erumpentis seditionis indicia per conscios oppressa: quaedam apud Galbae aures praefectus Laco elusit, ignarus militarium animorum consiliique quamvis egregii, quod non ipse afferret, inimicus et adversus peritos pervicax. (27) octavo 10 decimo kalendas Februarias sacrificanti pro aede Apollinis Galbae haruspex Umbricius tristitia exta et instantes insidias ac domesticum hostem praedicat, audiente Othone (nam proximus adstiterat) idque ut laetum e contrario et suis cogitationibus prosperum interpretante. nec multo post libertus Onomastus nuntiat expectari eum ab architecto et redemptoribus; 15 quae significatio coeuntium iam militum et paratae coniurationis convenerat. Otho causam digressus requirentibus cum emi sibi praedia vetustate suspecta eoque prius exploranda finxisset, innixus liberto per Tibe-

1 iduum die *dett*: Idū dierū, sed dierum incertum est, cum praeter litt. d et ū viz quādam dignosci possit, ceterum syll. rum aut totum voc. dierum lineola transversa inductum fuisse videtur (2m superscr. ydū dierū, sed litt. d incerta) iduum Ianuariarum Pichena 2 Int emulentos 3 fydare 6 erūpentib; sed s super b ser. 1m 7 galba 9 afferet 10 kl feb. cum lin. transversa in litt. l et b. 11 tristitia 12 adstiterat 13 Inptantes (s del. 2m) 15 parate

eorum qui ceteroquin insontes, tamen indicium deferre nolebant, quia Galbae partes aperte amplecti haud satis tutum iudicabant. — *postero iduum die*] iduum scil. Ianuariarum, quod ex c. 12 (*paucis post kalendas Ianuarias diebus*) et c. 18 (*quartum idus Ianuarias*) facile intellegitur. *postero autem iduum die* est die idus sequente, ut apud Ciceronem pro Sulla § 52 *nocte ea quae consecuta est posterum diem nonarum Novembrium* est nocte inter 6. et 7. d. Nov. nostra igitur ex ratione prius consilium omissum incidit in XIX. Kal. Febr., (14. Ian.) diem ante ipsam caedem patratam. Quod autem dicit: *multa erumpentis seditionis indicia per conscios oppressa*, refer ad omnes illos post adoptionem dies, inter IV. Id. Ian. et XIX. Kal. Febr., qui dies 14. Ian. prius ad rapiendum Othonem constitutus erat; scite enim Gutmannus interrogavit: „Quomodo tandem inter 14. et 15. Ian. multa eiusmodi indicia et oriri et opprimi potuissent?“ Ceterum Suet. Oth. 6, quem locum hic immiscent

interpretes, ad rem pro certo enucleandam nihil prorsus iuvat. — *rapturi fuerint*] scil. ut imperatorem renuntiarent. notanda est mira dicendi brevis. cf. c. 27 et 29. — *militum castra*] Cf. c. 6 atque de *Germanico exercitu*, id est, *Germanicis vexillis*, imprimis c. 31. — *nec facilem*] negatio tantum ad *facilem* pertinet (= *et non facilem*). Dräger Synt. § 120. — *elusit*] *Eludere* proprie dictum de pugnantis, flexu corporis adversarii ictum declinare. DUEBN. Hoc igitur loco Francogallis simili figura *déjour* vel proprius etiam *luder* (Burnouf), nobis *leichtthin ablenken, entkräften*. Persuasit enim Galbae omnia ista indicia inania esse atque falsissima, sua vanitate atque imperitia actus.

27. *Apollinis*] Palatini in regione urbis X. Cf. Canina *Indicazione di Roma antica. Terza ed. Roma. 1841. p. 253. — emi sibi*] Plut. G. 24: εἰπών, ὅτι παλαιὰν ἐωνημένους οἰκίαν βούλεται τὰ ὑποπτα δεῖξαι τοῖς πωληταῖς. Suet. O. 6: *quasi venalem domum inspecturus ab-*

rianam domum in Velabrum, inde ad miliarium aureum sub aedem Saturni pergat. ibi tres et viginti speculatores consalutatim imperatorem ac paucitate salutantium trepidum et sellae festinanter impositum strictis mucronibus rapiunt. totidem ferme milites in itinere adgregantur, alii conscientia, plerique miraculo, pars clamore et gaudiis, pars silentio, animum ex eventu sumpturi. (28) stationem in castris agebat Iulius Martialis

1 sub eadē (a punctis del. 2m) 3 selle 5 gaudiis *Faernus*: gladiis (gaudio *Pichena*) *Urlichs* et gladiis *post mucronibus* (c. 4) *ponit*; [et gladiis] *Ritter*.

accessit. — Tiberianam domum] pone Palatium ad radices Palatini montis. *L'aggiunta fatta da Tiberio alla casa di Augusto, allorchè fu stabilita ivi la sede imperiale.* Canina *Indicazione* p. 255. Consulto autem Otho usque ad Velabrum viam aversam a castris praetorianis primum ingreditur, ne quo tendat statim animadvertatur, deinde flectit iter ad miliarium aureum, a quo recta in castra illa pervenire poterat. — *Velabrum*] vicus inter Forum, Tiberim et Aventinum montem. — *miliarium aureum*] Plut. l. 1.: διὰ τῆς Τιβηρίου καλουμένης οἰκίας καταβάς ἐβάδιζεν εἰς ἀγοράν, οὗ χρυσοῦς εἰσθήκει κίων, εἰς ὃν αἱ τετραμήναι τῆς Ἰταλίας ὁδοὶ πᾶσαι τελευτῶσιν. Dio 54, 8 de Augusto: αὐτός τε προστάτης τῶν περὶ τὴν Ῥώμην ὁδῶν αἰρέσεις καὶ τὸ χρυσοῦν μέλιον κεκλημένον ἔστησε. Plin. H. N. 3, 9, 66: (*Urbis spatium, mensura currente a miliario in capite Romani Fori statuto ad singulas portas, quae sunt hodie numero XXXVII., — efficit passuum per directum XXM, DCCLXV.* Erat columna aurea in capite Fori sub aede Saturni. Suet. O. 6: *ut se in Foro sub aede Saturni ad miliarium aureum opperirentur.* Cf. *Bunsen*: Rom's Forum p. 102. Canina *Indicazione* p. 160. *Lo stesso Descrizione del foro romano. Ivi, 1834. p. 110: Se da questa colonna miliaria avessero principio tutte le vie consolari d'Italia, o se sulla medesima stessero soltanto registrate le misure delle stesse vie, ora non bene si può conoscere.* (Ceterum admodum controversus est locus Macri in Dig. 50, 16, 154, ubi Mommsen in Ed. sua Beroolini 1866—1870 dedit: *MILLE PASSUS non a miliario urbis, sed a continentibus aedificiis numerandi sunt*; sed vulgo: *non a muro urbis* cet. et Dion. Gothofredus inverso ordine proposuit *non a continentibus aedificiis,*

sed a miliario urbis.) — *sellae — impositum*] Sueton. l. 1.: *abditus prope muliebri sella. — miraculo*] quia mirabilis illius spectaculi cupidus erant nondum scientes, quo tota res abitura foret. Sic 4, 49: *subitae rei miraculo.* duas rationes affert Tacitus, cur sese adgregarint; alii id fecere propter facinoris conscientiam, alii propter meram mirationem et curiositatem. — *clamore et gaudiis*] *Med. gladiis* defendit Duebner ex Plut. G. 25: ἀνακαλούμενοι Καίσαρα καὶ γυμνὰ τὰ ἔξω προῖσχομενοι, item de posteriore adiutorum caetera; de prima idem narrat τοῖς ἔξωσει γυμνοῖς περιούτους αὐτοῦ τὸ φορεῖον. Sed Tacitum idem repetisse post vv. *strictis mucronibus* et quidem tam inconcinna iunctura *clamore et gladiis* vix credibile. Displicet etiam affectata ista variatio *gladiis post strictos* illos *mucrones*, etsi pernotum mihi est, quantopere summus scriptor eam figuram adamavit, verum ubi scita est ac naturalis, non fucata. Quid multa? *Med. clamore et gladiis* nihil aliud est, quam quod Itali vocant *un seicentismo*: neque satis hoc excusaveris interpretando cum Doederleinio *gladiis non strictis, sed concussis*, quod si volebat Tacitus, necessario addere debebat, quia per se mos, qui barbarorum potius erat, Romanis sic tacite tribui nequibat. Pluralem autem, qui significat gaudium varias ob causas in singulis ortum, ut est Ann. 14, 4: *facili feminarum credulitate ad gaudia*, praetuli Pichena *gaudio* (ut 2, 70: *clamore et gaudio*), quia minus a *Med. abit. Numerum et ordinem inversum* habes 4, 49: *gaudio clamoribusque.*

28. *Iulius Martialis*] Plut. G. 25: τῶν δὲ χιλιάρχων ὁ τὴν φυλακὴν ἔχων τοῦ στρατοπέδου Μαρτιάλης, ὡς φασι, μὴ συνειδώς, ἐκπλαγὲς δὲ τῷ ἀπροσδοκῆτῳ καὶ φοβηθεῖς

tribunus. is magnitudine subiti sceleris, an corrupta latius castra et, si contra tenderet, exitium metuens praebuit plerisque suspicionem conscientiae. anteposuerunt ceteri quoque tribuni centurionesque praesentia dubiis et honestis, isque habitus animorum fuit, ut pessimum facinus 5 auderent pauci, plures vellent, omnes paterentur.

(29) Ignarus interim Galba et sacris intentus fatigabat alieni iam imperii deos, cum adfertur rumor rapi in castra incertum quem senatorem, mox Othonem esse qui raperetur; simul ex tota urbe, ut quisque obuius fuerat, alii formidine augentes, quidam minora vero, ne tum 10 quidem obliiti adulationis. igitur consultantibus placuit pertemptari animum cohortis, quae in Palatio stationem agebat, nec per ipsum Galbam, cuius integra auctoritas maioribus remediis servabatur. Piso pro gradibus domus vocatos in hunc modum adlocutus est: „sexus dies agitur, commilitones, ex quo ignarus futuri, et sive optandum hoc nomen sive timen- 15 dum erat, Caesar adscitus sum. quo domus nostrae aut rei publicae fato, in vestra manu positum est, non quia meo nomine tristiores casum paveam, ut qui adversas res expertus cum maxime discam ne secundas quidem minus discriminis habere: patris et senatus et ipsius imperii vicem

1 his 4 hisque 7 dōs incertūq; senatorem 15 re p. fatū nota a 2m 17 rem sed in s mut. 2m discam Freinsheim: dicam

ἐφῆκεν εἰσελθεῖν. — magnitudine subiti sceleris] βραχυλογία. nam ex v. metuens facile lector supplet „exterritus, percussus.“ — praesentia dubiis et honestis] malim praesentia et turpia, ut Ann. 1, 2 tuta et praesentia quam vetera et periculosa mallent. Ann. 4, 3 ut pro honestis et praesentibus flagitiosa et incerta expectaret. Ann. 1, 58 vetera novis et quieti turbidis antehabeo. contra Heraeus comparat Ann. 15, 29 omissis praecipitibus tuta et salutaria capessentem.

29. fatigabat — deos] scilicet dum aliam super aliam victimam caedi iubet, si tandem litare posset. ERN. Plut. l. l.: παρόντος ἔτι τοῦ θύτου καὶ τῶν ἱερῶν ἐν χερσὶν ὄντων. Dicitur etiam de impensis precibus. Lucr. 4, 1231: Nequiquam divom numen sortisque fatigant. Prop. 3, 20, 3: Quidve mea de fraude deos, insana, fatigas? — incertum] Neutro genere; quem, τίνα. Structura accommodata est ad notissimam illam formulae nescio quis. — simul ex tota urbe] scil. adferunt, nuntiant, quod ex praecedentibus adfertur rumor facile intellegitur, ne cum Rittero nuntii ex-

cidisse putes. — pro gradibus] de gradibus domus, ut Ann. 2, 81: pro muris, „stans in muris“, non „ante muros“; ex his gradibus imperatores in urbe contionari solebant. Suet. Ner. 8. Vit. 15. Dio 68, 5: Πλωτῖνα — ὅτε πρῶτον ἐς τὸ παλάτιον ἐσῆει, ἐπὶ τοὺς ἀναβαθμοὺς καὶ πρὸς τὸ πλῆθος μεταστραφεῖσα εἶπε κτλ. — sextus dies] ex Romanorum dies computandi more, ubi nos uno minus numeramus. Ceterum mirum est Plutarchum nullam prorsus orationis huius mentionem fecisse. — Caesar adscitus sum] c. 19 Piso — dignationem Caesaris laturus. c. 30 me Galba — Caesarem dixit. c. 48 Piso — quadriduo Caesar. — quo — fato] scil. Caesar adscitus sim, in vestra manu positum est; cf. 2, 76 quam salutare — in tua manu positum est. Sall. Iug. 31, 5 verum id frustra an ob rem faciam, in vestra manu situm est. — non quia] cogitatione supplendum est: quod dico, non quia — paveam. — cum maxime] ut nunc ipsum temporis praesentis significationem habere hodie pervulgatum est. ERN. — vicem doleo] Cf. me ad Horat. Epod. 17, 42. —

doleo, si nobis aut perire hodie necesse est aut, quod aequae apud bonos miserum est, occidere. solacium proximi motus habebamus incruentam urbem et res sine discordia translatas. provisum adoptione videbatur, ut ne post Galbam quidem bello locus esset. (30) nihil adrogabo mihi nobilitatis aut modestiae: neque enim relatu virtutum in comparatione Othonis 5 opus est. vitia, quibus solis gloriatur, evertere imperium, etiam cum amicis imperatoris ageret. habitum et incessu an illo muliebri ornatu mereretur imperium? falluntur quibus luxuria specie liberalitatis inponit. perdere iste sciet, donare nesciet. stupra nunc et comissiones et feminarum coetus volvit animo: haec principatus praemia putat, quorum libido 10 ac voluptas penes ipsum sit, rubor ac dedecus penes omnes. nemo enim umquam imperium flagitio quaesitum bonis artibus exercuit. Galbam consensus generis humani, me Galba consentientibus vobis Caesarem dixit. si res publica et senatus et populus vacua nomina sunt, vestra, commilitones, interest ne imperatorem pessimi faciant. legionum seditio adversus 15 duces suos audita est aliquando: vestra fides famaue inlaesa ad hunc diem mansit. et Nero quoque vos destituit, non vos Neronem. minus triginta transfugae et desertores, quos centurionem aut tribunum sibi eligentes nemo ferret, imperium adsignabunt? admittitis exemplum et quiescendo commune crimen facitis? transcendet haec licentia in provin- 20

2 incruenta notam add. 2m 3 re (s superser. 2m) translata (as in fine versus add. 1m) 4 nichil 8 meretur Acidalius specie Rhenamus: specie 9 comissiones 11 dec; (corr. 2m) 14 res.p. vana dett. 18 fide 20 transcendet

proximi motus] per quem Neroni delecto substitutus Galba. DUEBN. — incruentam urbem] Classiariorum VII. milia Galba urbem intrante occisa non computans hoc dicit nullam inter togatos caedem perpetrata esse. — ne post Galbam quidem] „de cuius successione, nisi me adoptasset, sine dubio bellum civile ortum foret.“ Germanicam seditionem facile oppressum iri opinatus huius nullam omnino mentionem inicit; etenim vv. legionum seditio — aliquando generalem continent sententiam.

30. relatu] Germ. 3 carmina, quorum relatu. vocabulum est, quod ante Tacitum non reperitur et a poetis posterioris demum aetatis usurpatur, ut Auson. Eph. ult. 33 variorumque trahant eventa relatu. — amicum imperatoris ageret] „velut histrio amicum se Neronis

simularet.“ — mereretur] si scriptura integra est, intellege deliberativum vel dubitativum praeteriti temporis: Sollte er verdient haben? — falluntur, quibus — inponit] egregie concordat, notante Walthero, Plin. Epp. 2, 6: Ne tibi, optima indolis iuveni, quorundam in mensa luxuria specie frugalitatis inponat. — vacua nomina] Hoc sane rarius quam vana, quod e gloss. substitutum est, et inania H. 4, 14. Sensus: „Si senatus et populus iam impedire nequeunt, quominus vel pessimus quisque principatu potiatur, vestra interest, praetoriani, malo huic obistere, quod in vos ipsos potissimum redundaturum esset.“ — transcendet haec licentia] His verbis praetorianorum desipientiam in legiones per provincias collocatas excitat. Subit tamen mirari, cur memor non fuerit, istam ipsam licentiam haud diu ante a Galbae exercitu

cias et ad nos scelerum exitus, bellorum ad vos pertinebunt. nec est plus quod pro caede principis quam quod innocentibus datur, sed proinde a nobis donativom ob fidem quam ab aliis pro facinore accipietis.“ (31) dilapsis speculatoribus cetera cohors non aspernata contionantem, ut turbidis rebus evenit, forte magis et nullo adhuc consilio rapit signa quam, quod postea creditum est, insidiis et simulatione. missus et Celsus Marius ad electos Illyrici exercitus Vipsania in porticu tendentes. praeceptum Amulio Sereno et Domitio Sabino primipilaribus, ut Germanicos milites e Libertatis atrio accerserent. legioni classicae diffidebatur infestae ob caedem commilitonum, quos primo statim introitu trucidaverat Galba. pergunt etiam in castra praetorianorum tribuni Cetrius Severus, Subrius Dexter, Pompeius Longinus, si incipiens adhuc et necdum adulta seditio melioribus consiliis flecteretur. tribunorum Subrium et Cetrium adorti milites minis, Longinum manibus coercent exarmantque, quia non ordine

2 Innocentibus; (corr. 1m) perinde *Ithenanus* 3 donatiuo 5 evenit forte *Pichena*: euentior te nullo *Freinsheim*: nonnullo rapit signa *Meiser*: par signas (parat signa *Agricola*) quam add. *Freinsheim* et *N. Heinsius* (seu *Meiser*) 6 missus — tendentes *Acidalius* post accerserent (v. 9) *ponit*. (a voc. *Misus* in codice pagina incipit.) 8 amulio 9 diffidebatur *Acidalius*: diffidebat 12 et nondum *dett.* (necdum *Nipperdey*) 13 [tribunorum] *Nipperdey* adhorti 14 longin; ordinē (nota fort. a 2m)

iam usurpatam esse. — scelerum exitus] caedes nostra, principum.

31. speculatoribus] additis, ut primoribus, cohorti, quae in Palatio stationem agebat (c. 29), qui iamiam corrupti erant ab Othone eiusque internuntiis. — et nullo] de particula et cum negatione iuncta cf. *Draeger* Synt. § 111, *Nipperdey* ad Ann. 1, 38. — *Celsus Marius*] consul designatus, qui in Illyrico militaverat c. 14. ceterum transpositionem, quam *Acidalius* suadebat, admodum probabilem esse, docui *Kritische Studien zu den Hist. des Tac.* p. 9. — electos] a Nerone c. 6. — *Vipsania*] exstructa a M. Vipsanio Agrippa, alibi dicta Neptuni, item Argonautarum, quorum res gestae ibi pictae erant, in regione nona sita erat. *Canina Indicazione* p. 226. aliter *W. A. Becker* röm. Alterthümer I 597. „Miles, extra ordinem in urbe, agere plerumque solitus in porticibus aut templis. Infra 2, 93: miles — in porticibus aut delubris cet.“ *Lips.* — primipilaribus] „Diejenigen, welche Führer der ersten Centurie einer Legion gewesen waren (primipilaris von primipilus in derselben Bedeutung wie consularis von consul),

erhielten Rittercensus und bekleideten, wenn sie weiter dienten, Tribunen- oder Präfektenstellen.“ *Nipperdey* ad Ann. 2, 11. *Böttcher* Lex. Tac. — Libertatis atrio] quod ubi fuerit parum liquet. cf. *Preller* röm. Mythol.² p. 616. *Becker* röm. Altert. I 458 sqq. — trucidaverat] Vide ad c. 6 et 36. — et necdum] posterioris Latinitatis haec iunctura. *Plin.* Pan. 14 et 56. cf. *Draeger* Synt. § 118. — tribunorum] hoc voc. eiciendum esse *Nipperdey* mihi non persuasit, abesse posse nemo negabit. — non ordine militiae] locus difficilis et fortasse non integer, quem *Io. Müller* (Beiträge I p. 21) ita interpretatur: „An Longinus legen sie Hand an und entwaffnen ihn, weil er nicht in Folge seiner militärischen Charge (wie die beiden anderen), sondern aus persönlichen Freundschaft seinem Fürsten treu ergeben und so den Abtrünnigen verdächtiger war als Subrius und Cetrius.“ sed fortasse particula et transponenda est (sed e Galbae amicis et fidus principis suo cf. c. 45 Galbae — amicum fidumque), ut vocabula non ordine militiae cum iis quae sequuntur suspectior erat coniungi possint. *Nipperdey* post

militiae, sed e Galbae amicis, fidus principis suo et descendentibus suspectior erat. legio classica nihil cunctata praetorianis adiungitur. Illyrici exercitus electi Celsum infestis pilis proturbant. Germanica vexilla diu nutavere, invalidis adhuc corporibus et placatis animis, quod eos a Nerone Alexandriam praemissos atque inde rursus longa navigatione aegros impensiore cura Galba refovebat. (32) universa iam plebs Palatium implebat, mixtis servitiis et dissono clamore caedem Othonis et coniuratorum exitium poscentium, ut si in circo aut theatro ludicrum aliquod postularent: neque illis iudicium aut veritas, quippe eodem die diversa pari certamine postulaturis, sed tradito more quemcumque principem adulandi licentia adclamationum et studiis inanibus. interim Galbam duae sententiae distinebant. Titus Vinus manendum intra domum, opponenda servitia, firmandos aditus, non eundem ad iratos censebat. daret malorum paenitentiae, daret bonorum consensui spatium. scelera impetu, bona consilia mora valescere. denique eundi ultro, si ratio sit, eandem mox facultatem; regressum, si paeniteat, in aliena potestate. (33) festinandum ceteris videbatur, antequam cresceret invalida adhuc coniuratio paucorum. trepidaturum etiam Othonem, qui furtim digressus, ad ignaros inlatus, cunctatione nunc et segnitia terentium tempus imitari principem

1 principis (litt. s crasa videtur) 2 yllirici 3 exercitu (s superscr. 2m) Celsum infestis] festum incestis (Celsum ingestis alii) 6 refovebat *syll.* ba in rasura 1m 8 exitium *Acidalius*: exilium aut *ed. princ.*: a (ac alii) aliquot *sed corr.* 1m 9 diē (notam del. 1m) 10 certa minē p postulaturs (pr. p del. 1m) quē cūq; 14 penitentiae 15 si ratio] spiratio 16 regressum *Ritter*: regressus paeniteat

vv. ordine militiae participium proventus inserit. — principis suo] „quem solum ut principem agnoscebat, et quidem sibi amicum.“ Miro iudicio usus Ernestius v. suo suspectum habuit. Videlicet non recordabatur c. 26: principis sui sanguine. c. 40: imperatorem suum. — Germanica vexilla] electi e Germanico exercitu: c. 6 multi ad hoc numeri e Germania ac Britannia et Illyrico, quos idem Nero electos praemissosque ad claustra Caspiarum et bellum, quod in Albanos parabat, opprimendis Vindicis coeptis revocaverat. erat autem vexillum signum eorum, qui e maiore militum copia electi vel ob aliquam causam singulares in ordines compositi aliquo mittebantur. (Caesar b. G. 6, 36, 3. 40, 4.) *Boettcher* Lex. Tac. *Nipperdey* ad Ann. 1, 17. — Alexandriam] quo profecturus erat: c. 70 a Nerone, ut in Aegyptum praemitterentur excubi et ob bellum Vindicis revocati. *Suet.* Nero 19.

— inde rursus] *Döderlein* suspicatus erat inde reversos vel revorsos; sed cum inde rursus longa navigatione idem sit quod inde rursus diu navigando, non opus est tali emendatione neque mihi persuadeo Tacitum scripsisse: eos — praemissos — reversos — aegros.

32. iudicium] non ideo, quod iis sincero iudicio usis Otho deterior princeps quam Galba futurus esse videbatur. „Iudicium spectat ad rem bene consideratam atque intellectam.“ *Walth.* — veritas] verus in Galbam affectus; ut est supra c. 15 et Ann. 14, 1: verum animum. — eundi ultro] suapte sponte in castra praetoria. Opponitur regressum — in aliena potestate, scil. praetorianorum. (Walther hoc quoque loco interpretatur insuper, überdiess.)

33. terentium tempus] eorum, qui haesitent etiam tunc nec statim contra irent. — imitari principem discat] tempus quasi lucre-

discat. non expectandum, ut compositis castris forum invadat et prospiciente Galba Capitolium adeat, dum egregius imperator cum fortibus amicis ianua ac limine tenus domum cludit, obsidionem nimirum toleraturus. et praeclarum in servis auxilium, si consensus tantae multitudinis et, quae plurimum valet, prima indignatio elanguescat. proinde intuta quae indecora. vel si cadere necesse sit, occurrendum discrimini: id Othoni invidiosius et ipsis honestum. repugnantem huic sententiae Vinium Laco minaciter invasit, stimulante Icelo privati odii pertinacia in publicum exitium. (34) nec diutius Galba cunctatus speciosiora suadentibus accessit. praemissus tamen in castra Piso ut iuvenis magno nomine, recenti favore et infensus Tito Vinio, seu quia erat, seu quia irati ita volebant; et facilius de odio creditur. vixdum egresso Pisone occisum in castris Othonem vagum primum et incertus rumor: mox, ut in magnis mendaciis, interfuisse se quidam et vidisse adfirmabant, credula fama inter gaudentes et incuriosos. multi arbitrabantur compositum auctumque rumorem mixtum iam Othonianis, qui ad evocandum Galbam laeta falso volgaverint. (35) tum vero

3 obsidione toleraturos 4 consensū 5 valeat Ritter indignatio elanguescat Iac. Gronovius: indignatione languescat (relanguescat Halm) perinde Nipperdey 6 occurrendū (r superscr. 2m) 8 hicq̄lo 14 adfirmabat (n superscr. 1m) 15 multa arbitrantur Ulrichs 16 vulgauerit (n superscr. 1m)

tur, quo trepidus antea iam se praeparet ad principis partes agendas. — *Capitolium adeat*] de more, ut auspicaturus imperium sacrificet. ERN. — *ianua ac limine tenus*] intra ianuam ac limen, ut ultra progredi non audeat. *ianuam ac limen iunxit*, ut Caesar b. c. 105, 2 *simulacrum Victoriae — ad valeas se templi limenque convertisse. — cludit*] eadem forma est Ann. 15, 64 (Agr. 45) Germ. 34. 45. dial. 30. 35. de constructione particulae dum v. Dräger Synt. § 168. — *invidiosius*] ultimum hoc saltem quaerendum solacium, fore, ut propter hanc Othonis invidiam Galbae nex aliquando vindicaretur. — *stimulante Icelo*] Plutarch. c. 26: Κέλσου δὲ καὶ Δάκωνος παρορμωμένων ubi Ruperti corrigi iubet Ἰκέλου.

34. *speciosiora suadentibus accessit*] Suetonius his adversatur G. 19: *Haud multo post cognoscit teneri castra ab Othone; ac plerisque, ut eodem quam primum pergeret, suadentibus (posse enim auctoritate et praesentia praevalere), nihil amplius quam continere se statuit et legionariorum firmare praesidiis, qui multifariam diverseque tendebant.* RYCK. De

Pisone in castra misso sane nihil Suetonius. — *infensus T. Vinio*] contrariae sententiae auctori; quocirca fore, ut Piso maiore cum animo atque studio munus sibi impositum exsequeretur. — *credula fama*] „Passive credula dixit; nisi si ποιητικώτερον *famam* de hominibus dissipantibus rem temere creditam capias.“ ERN. „Alii affirmant, alii temere credunt et dispergunt.“ WALTH. „*Credula fama* dictum pro *credente fama*, de fama, quae ut persona adumbratur (ut Ann. 4, 11. Agr. 9) et quaecumque dicuntur vulgantur facile ac temere credere fingitur. Sic *credulus* pro *facile credens* C. 12. 2, 23 et *vulgus credulum* 4, 49, „quod statim credit, fidem habet nuntio et rei.“ ROTH ad Agr. p. 210. — *arbitrabantur*] si non tum ipsum, cum res fiebat, at certe paulo post eventum, ut fieri solet, multi arbitrabantur compositum rumorem esse ab Othonianis. nolui igitur *Ulrichsium* secutus *arbitrabantur* in *arbitrantur* mutare. cf. 3, 37 *adnotabant periti*. Suetonius G. 19 pro certo rem narrat: *sed extractus rumoribus falsis, quos conspirati, ut eum in publicum elicerent, de industria dissipant* etc.

non populus tantum et imperita plebs in plausus et inmodica studia, sed equitum plerique ac senatorum, posito metu incauti, refractis Palatii foribus ruere intus ac se Galbae ostentare, praereptam sibi ultionem querentes, ignavissimus quisque et, ut res docuit, in periculo non ausurus nimii verbis, linguae feroces; nemo scire et omnes adfirmare, donec inopia veri et consensu errantium victus sumpto thorace Galba inruenti turbae neque aetate neque corpore resistens sella levaretur. obvius in Palatio Iulius Atticus speculator cruentum gladium ostentans occisum a se Othonem exclamavit; et Galba „commilito“, inquit, „quis iussit?“ insigni animo ad coercendam militarem licentiam, minantibus intrepidus, ad- versus blandientes incorruptus.

(36) Haud dubiae iam in castris omnium mentes tantusque ardor, ut non contenti agmine et corporibus in suggestu, in quo paulo ante aurea Galbae statua fuerat, medium inter signa Othonem vexillis circumdarent. nec tribunis aut centurionibus adeundi locus: gregarius miles caveri in- super praepositos iubebat. strepere cuncta clamoribus et tumultu et exhortatione mutua, non tanquam in populo ac plebe variis segni adulatione vocibus, sed ut quemque adfluentium militum aspexerant, prensare mani-

3 reuere (prim. e puncto del. 1m) intro *Acidalius* 5 feroces *Lipsius*: ferocis (lingua feroces *Georges*) 7 resistens *Faernus* et *Lipsius*: sistens 12 dubē 14 circumdaret (n superscr. 1m) 15 gregarius 16 exortatione 18 quenq; pressare (notam del. 1m)

35. *in plausus*] scil. prorumpere, effundi quod eliciendum e seq. v. ruere; pertinent autem haec ad populum et plebem. — *intus*] haec referuntur ad equites et senatores. *Eo intus; intro sum* soloeicis adnumerat Quintil. 1, 5, 50. Habet tamen Cato R. R. 157, 7: *omnia sana faciet* (brassica), *intro quae dolitabant*; et Caesar b. c. 3, 26: *quo simul atque intus* (alii codd. *intro*) *est itum*. OBERL. Hand Tars. III. p. 442 et 449, ubi monstrat Celsum quater v. *intus* sic usurpasse. — *linguae feroces*] Ann. 1, 32 *animi ferox*; 4, 12 *ferox scelerum* cf. Dräger Synt. § 71 b. — *thorace*] Suet. G. 19: *loricam tamen induit linteam. — Iulius Atticus*] Rem sic narrat Plutarchus G. 26: μετὰ μικρὸν ὄφθη Ἰούλιος Ἀττικὸς τῶν οὐκ ἀσήμων ἐν τοῖς δορυφόροις στρατευόμενος γυμνῶ τῷ ἔλαφει προσφερόμενος καὶ βοῶν ἀνηρημένοι τὸν Καίσαρος πολέμιον· ὡσάμενος δὲ διὰ τῶν προσεστώτων

ἔδειξε τῷ Γάλλῳ τὸ ἔλαφος ἡμαγμένων. Ὁ δὲ βλέψας πρὸς αὐτὸν „τίς σε“ εἶπεν „ἐκέλευσε;“ Τοῦ δὲ ἀνθρώπου τὴν πίστιν εἰπόντος καὶ τὸν ὄρκον, ὃν ὤμοσε, καὶ τοῦ πλήθους ἐπιβοῶντος, ὡς εὔ, καὶ κροτούντος, ἐμβὰς εἰς τὸ φορεῖον ἐκομίζετο τῷ τε Διὶ ὕσαι καὶ φανῆναι τοῖς πολιταῖς βουλόμενος. cf. Suet. G. 19. Dio 64, 6.

36. *agmine et corporibus*] agmine facto suis corporibus Othonem circumdare, quod verbum ex sequentibus huc retrahendum. DUEBN. — *in suggestu*] et quidem ita, ut quot militibus ibi locus esset, suggestum escenderent; ceteri densis ordinibus infra adstabant. — *Galbae statua*] Apparet ita tunc receptum in castris. A. 15, 29: *Medio tribunal sedem curulem et sedes effigiem Neronis sustinebat.* LIPS. — *prensare*] Hoc loco, ubi iungitur ablativus, recipi haud poterat *Med. pressare*, et vix rectum videtur eiusdem A. 14, 10:

bus, complecti armis, conlocare iuxta, praeire sacramentum, modo imperatorem militibus, modo milites imperatori commendare. nec deerat Otho protendens manus adorare volgum, iacere oscula et omnia serviliter pro dominatione. postquam universa classicorum legio sacramentum eius
5 accepit, fidens viribus, et quos adhuc singulos extimulaverat, accendendos in commune ratus, pro vallo castrorum ita coepit: (37) „quis ad vos processerim, commilitones, dicere non possum, quia nec privatum me vocare sustineo princeps a vobis nominatus nec principem alio imperante. vestrum quoque nomen in incerto erit, donec dubitabitur, imperatorem
10 populi Romani in castris an hostem habeatis. auditisne, ut poena mea et supplicium vestrum simul postulentur? adeo manifestum est neque perire nos neque salvos esse nisi una posse. et cuius lenitatis est Galba, iam fortasse promisit, ut qui nullo exposcente tot milia innocentissimorum militum trucidaverit. horror animum subit, quotiens recordor feralem
15 introitum et hanc solam Galbae victoriam, cum in oculis urbis decumari deditos iuberet, quos deprecantes in fidem acceperat. his auspiciis urbem ingressus, quam gloriam ad principatum attulit nisi occisi Obultronii Sabini et Cornelii Marcelli in Hispania, Betui Chilonis in Gallia, Fonte

3 uolguſ (s del. 1m) 6 cepit 7 processerim] (litt. t erasa, notam add. 2m) 10 an] ad (n superscr. 1m) pena 17. 18 obultronus abini (obultronii albi 2m)

pressantium manum. — complecti armis] armatis brachiis, sinistra clipeum, dextra gladium vel pilum tenentibus. cf. Verg. Aen. 12, 432: *Postquam habilis lateri clipeus loricaeque tergo est, Ascanium fuis circum complectitur armis.* DUEBN. *Armis*, id est, clipeo, quo in complexu artius admovetur pectori amicus. Et sunt tales amplexus apud Homerum. ERN. Contra Ryckius *armis* ab *armis* deducendum esse putat. cf. c. 38 *aperire deinde armamentarium iussit. rapta statim arma.* — *praeire sacramentum*] recitare iis, qui nondum in ipsius verba iuraverant, prout affluebant. — *adorare volgum, iacere oscula*] Utrumque gestum ita iungit Dio 64, 8: *φιλήματα ὡς ἐκαστοῖς διὰ τῶν δακτύλων ἔπεμπε.* cf. Appul. Met. 4, 28: (*Psyche*) *admoventes oribus suis dexteram, primore digito in erectum pollicem residente, ut ipsam prorsus deam Venerem religiosis adorationibus venerabantur.* Idem Apol. 56: *adorandi gratia manum labris admovere.* — *serviliter*] scil. *facere* cf. Böttcher Lex. p. LXXXV. — *classicorum legio*] Haec una legio tunc in urbe

tendebat; septima Galbiana, quacum eam ingressus erat Galba, paulo post in Pannoniam missa. Praeter hanc *numeri* dumtaxat e *Germania ac Britannia et Illyrico.* c. 6.

37. *poena mea*] cf. c. 32: *dissono clamore caedem Othonis et conuratorum exitium poscentium.* In castris ergo fori tumultus exaudiri poterat. Respondent his illa c. 39: *vocibus in urbem usque resonantibus e castris.* — *cuius lenitatis est*] „quali lenitate est, pro sua lenitate.“ Crudelitatem dicit. Ad v. *promisit* ex superioribus supplendum *poenam meam et supplicium vestrum.* DUEBN. — *tot milia*] septem, si fides Dioni 64, 3. — *in fidem acceperat*] Nam qui reliqui septem milibus occisis se Galbae dederant, eos decimari iussit. DUEBN. Suet. G. 12. — *Obultronii Sabini*] Videtur ille quaestor aerarii Ann. 13, 28. — *Marcelli*] de quo Ann. 16, 8. Suet. G. 9. 12. — *Betui Chilonis*] Grut. 375, 4: *C. BETVO. TRO* (mentina tribu). *CILONI.* unde Ritter *Cilonis* scripsit, sed titulus apud Grut. spurius videtur. *Nipperdey.* — *Fonte Capitonis*] supra

Capitonis in Germania, Clodii Macri in Africa, Cingonii in via, Turpiliani in urbe, Nymphidi in castris? quae usquam provincia, quae castra sunt nisi cruenta et maculata aut, ut ipse praedicat, emendata et correctae? nam quae alii scelera, hic remedia vocat, dum falsis nominibus severitatem pro saevitia, parsimoniam pro avaritia, supplicia et contumelias
5 vestras disciplinam appellat. septem a Neronis fine menses sunt et iam plus rapuit Icelus, quam Polycliti et Vatinii et Aegiali, quoad perierunt. minore avaritia ac licentia grassatus esset T. Vinius, si ipse imperasset: nunc et subiectos nos habuit tanquam suos et viles ut alienos. una illa domus sufficit donativo, quod vobis numquam datur et cotidie
10 exprobratur. (38) ac ne qua saltem in successore Galbae spes esset, accersit ab exilio, quem tristitia et avaritia sui simillimum iudicabat. vidistis, commilitones, notabili tempestate etiam deos infaustam adoptionem aversantes. idem senatus, idem populi Romani animus est. vestra virtus expectatur, apud quos omne honestis consiliis robur et sine quibus
15 quamvis egregia invalida sunt. non ad bellum vos nec ad periculum voco: omnium militum arma nobiscum sunt. nec una cohors togata defendit nunc Galbam, sed detinet. cum vos aspexerit, cum signum meum

2 castra] In castris 4 aliis sed litt. s erasa 5 avaritiā nota erasa 6 etiam 7 quam — quoad Meiser: quā quod (quam quo Haase, quam ob quod Madvig) uatini Aegiali Orelli: egiatili (ultima litt. i vel evanida vel erasa) qui alii Walther, Heli Lipsius, Heli et Tigellini I. F. Gronovius, Egnatii Bezenberger paraverunt dett., pepererunt Heinsius 11 exprobratur successore 12 accersivit Ritter, accersit Sirker aab (pr. a eras.) quē 14 aversantes Agricola: aduersantes 15 om̄s

c. 7. — *Clodii Macri*] c. 7. 11. — *Cingonii*] A. 14, 45. H. 1, 6. — *Turpiliani*] Ibid. — *Nymphidi*] c. 5. 25. — *Polycliti*] A. 14, 39. — *Vatinii*] scurræ. A. 15, 34. — *Aegiali*] Nisi immanis latet error, sic sane scribendum erit; Graecum enim nomen est Αἰγιαλός (Conon Narr. 2), Latinum *Aegialus Aug. libertus* apud Grut. 175, 9. *Aegialius* vero neque Graecum nec Latinum. Suo arbitrato, haud sane probabiliter, nec tamen inscite ex Ann. 12, 66. 13, 1. Suet. G. 15 Ryckius suspicabatur et *Heli* et *Haloti*. „Quod Aegialus libertus aliunde haud notus est, mirum videri non potest: nam ingentem horum hominum multitudinem aula Neroniana aluit, sed paucorum nomina nobis tradita sunt.“ RITTER. — *quoad perierunt*] sic corruptam codicis scripturam (quod — perierunt) emendavi, quia sensus hoc flagitare videtur: „septem mensibus plus rapuit Icelus quam alii per totam vitam.“ quoad in quod corruptum ac deinde trans-

positum esse suspicor. a Galba Neronis libertos punitos legimus c. 49. Plutarchus Galba 17 οἶον ἦν τὸ περὶ τὰς κολάσεις τῶν Νερωνιανῶν. ἀπέκτεινε γὰρ τοὺς πονηροὺς, ἐν οἷς ἦν ὁ Ἥλιος καὶ Πολύκλειτος καὶ Πιτῆνος καὶ Πατρόβιος. ceterum ad totum locum confer similem 2, 95: *nondum quartus a victoria mensis et libertus Vitellii Asiaticus Polyclitos Patrobios et vetera odiorum nomina aequabat.* — *exprobratur*] Hoc dicit: „cotidie cum suis vobis obiectat Galba, quam largum donativum militi promiserit, sed id numquam praesentat.“

38. *una cohors togata*] praetoria illa, quae ante Palatium in urbe exuebat, togam pro sago sumebat, galeas et clipeos in castris relinquebat gladiis tantum lanceisque contenta. Martialis de Fuseo, praefecto praetorii, 6, 76: *Ille sacri lateris custos Martisque togati, Credita cui summi castra fuere ducis, Hic situs est Fuscus.* Ex LIPS. — *detinet*]

acceperit, hoc solum erit certamen, quis mihi plurimum inputet. nullus cunctationi locus est in eo consilio, quod non potest laudari nisi peractum." aperire deinde armamentarium iussit. rapta statim arma, sine more et ordine militiae, ut praetorianus aut legionarius insignibus suis 5 distingueretur: miscentur auxiliariis galeisque, nullo tribunorum centurionumve adhortante, sibi quisque dux et instigator; et praecipuum pessimorum incitamentum, quod boni maerebant.

(39) Iam exterritus Piso fremitu crebrescentis seditionis et vocibus in urbem usque resonantibus egressum interim Galbam et foro appropinquantem adsecutus erat, iam Marius Celsus haud laeta rettulerat, cum alii in Palatium redire, alii Capitolium petere, plerique rostra occupanda censerent, plures tantum sententiis aliorum contradicerent, utque evenit in consiliis infelicibus, optima viderentur, quorum tempus effugerat. agitasse Laco ignaro Galba de occidendo Tito Vinio dicitur, sive 15 ut poena eius animos militum mulceret, seu conscium Othonis crederet, ad postremum vel odio. haesitationem attulit tempus ac locus, quia initio caedis orto difficilis modus, et turbavere consilium trepidi nuntii

2 cunctationis 3 aperiri *Muretus* raptā (nota erasa) 7 merebant 9 propinquan-
tem ed. princ. 11 peteret (t del. 2m) 12 ut quę 13 quorum] morū 14 loco (corr.
2m) 15 pēna 16 postremum *Rhenanus*: posterū

„impedit, quo minus fugam capiat latebrasve quaerat.“ Exaggerarunt Burnouf et Louandre *elle le tient prisonnier. — inputet]* „quis maximum debitum meae computationi inferat,“ id est, „maxima in me beneficia conferat, quae ei referre debeam.“ DUEBN. (Verbum *imputare* pro Ciceroniano *assignare*, *ascribere* alicui aliquid (*anrechnen*) sive attribuere causam, culpam alicuius rei, poetarum (Ovid. Met. 2, 400. 15, 470) et posterioris Latinitatis est. cf. c. 55. 71. 2, 31. 60. 85. 3, 86. 4, 14. 5. 24. Germ. 21. Agr. 27. 34. Casaubon. ad Suet. Tib. 53. BACH.) — ut praetorianus] scilicet, qui mos praecipiebat, ut cet. Id. Quae simplicior videtur explicatio quam Ritteri: „Negandi vis, quae inest praepositioni sine, pertinet etiam ad vv. ut — distingueretur.“ (in editione sua a. 1864 Ritter ut non — *distinguerentur* scripsit.) Pergit idem: „Scilicet legionarii non sua pila omnes, neque rursus praetoriani suas lanceas omnes, sed plures legionarii lanceas, praetoriani plures pila rapiebant. Haec in armis ad impetum faciendum comparatis perturbatio, alia autem in armis ad corpus tuendum aptis

enarratur; quippe legionarii praetorianique galeas scutaque auxiliariis copiis in armamentario reservata passim arripiebant. „Insignia praetorianorum, legionum et auxiliarium videre est in nummis, in antiquis monumentis et maxime in columna Traiani.“ BROT.

39. *appropinquantem]* verbum compositum Tacitus habet Agr. 37. Ann. 6, 50, ceteris locis permultis simplex *propinquare* cf. *Heracleus* ad 3, 82, 9. — *exterritus Piso]* Illico is viderat ingredi castra militesque alloqui se nequaquam posse; ergo revertitur Palatium versus et in Foro Galbae obviam fit. — *redire — petere]* de infinitivo praesentis activi cum verbo *censere* iuncto cf. Cic. or. § 115 *ergo cum censeo — non esse earum rerum omnino rudem*. Sall. Iug. 21, 4 *velle et censere eos ab armis discedere*. Liv. 21, 20, 4 *censere — ipsos id avertere in se*. 45, 12, 13 *cum tum ius dicere Romae — patres censuerant*. de variata structura cf. *Dräger* Synt. § 233, 12. *Nipperdey* scribit *rediret — peteret. — initio — orto]* de hoc genere pleonasmii cf. *Dräger* Synt. § 241, locos ab He-

ac proximorum diffugia, languentibus omnium studiis, qui primo alacres fidem atque animum ostentaverant. (40) agebatur huc illuc Galba vario turbae fluctuantis impulsu, completis undique basilicis ac templis, lugubri prospectu. neque populi aut plebis ulla vox, sed attoniti voltus et conversae ad omnia aures. non tumultus, non quies, quale magni metus et 5 magnae irae silentium est. Othoni tamen armari plebem nuntiabatur. ire praecipites et occupare pericula iubet. igitur milites Romani, quasi Vologaesum aut Pacorum avito Arsacidarum solio depulsuri ac non imperatorem suum inermem et senem trucidare pergerent, disiecta plebe, proculcato senatu, truces armis, rapidi equis forum irrumpunt. nec illos 10 Capitolii aspectus et imminantium templorum religio et futuri principes terruere, quo minus facerent scelus, cuius ultor est quisquis successit. (41) viso comminus armatorum agmine vexillarius comitatae Galbam cohortis (Atilium Vergilionem fuisse tradunt) dereptam Galbae imaginem solo adfixit. eo signo manifesta in Othonem omnium militum 15 studia, desertum fuga populi forum, dstricta adversus dubitantes tela. iuxta Curtii lacum trepidatione ferentium Galba proiectus e sella ac provolutus est. extremam eius vocem, ut cuique odium aut admiratio fuit, varie prodidere: alii suppliciter interrogasse quid mali meruisset,

2 ostentauerint 4 prospectu (prospectu b, aspectu a) conuerse 6 post silentium est *crucem* (*lacunae signum?*) *superscr.* 2m plebe (*notam add.* 2m) plebes Ritter 10 rapidis *det.* 13 successit *sed sit in rasura* 14 Galbam *Rhenanus*: galbę adiliū 18 admiratio 19 uarię prodere meruisset et *Halm*

raeo ad hunc locum collectos. — *diffugia]* Voc. nunc ἄπαξ εἰρημένον, formatum a v. *diffugere* ad instar vv. *refugium*, *suffugium* etc. BACH. Vv. Tacito propria et insolentioris formae collegit *Ruperti* Ind. III. p. 839. *Dräger* Synt. § 249, 2.

40. *fluctuantis]* Plut. G. 26: τοῦ φορέλου καθάπερ ἐν κλύδωνι δεῦρο κάκει διαφερομένου καὶ πυκνὸν ἀπονεύοντος. — *basilicis]* quae forum cingebant, amplis pleraeque porticibus circumdatae. *Vitruv.* 5, 1, 4: *Basilicarum loca adiuncta foris quam calidissimis partibus oportet constitui* etc. Nominat *Canina* in *Foro Romano* p. 167 basilicam Iuliam (Plin. Epp. 5, 9 (21)), *Semproniam*, *Opimiam*, *Fulviam* sive *argentariam*, *Aemiliam* (Ann. 3, 72). — *silentium]* Fortasse recordabatur *Xenophontis* Ages. 2, 12: καὶ κραυγὴ μὲν οὐδεμίᾳ παρῆν, οὐ μὴν οὐδὲ σιγῆ φωνῆ δέ τις ἦν τοιαύτη, ὅαν ὄργῃ τε καὶ μάχῃ παράσχοι' ἄν. *BURNOUF*. — *armari plebem nuntiabatur]* 3, 79

plebem quoque et servitia pro Vitellio armari nuntiabatur. Ritter non sequendum esse docet *Wölflin* Philol. 26, 118. — *Vologaesum]* de hoc nomine v. *Nipperdey* ad Ann. 12, 14. *Sirker* Tac. Formenlehre p. 16. — *rapidi equis]* 2, 40 *citus equo Numida*. — *imminentium templorum]* 3, 71: *imminentia foro templa*. cf. Liv. 7, 6, 4.

41. *vexillarius]* pro *signifero*; quoniam Galbae imaginem vexillo deripuit. Et sic est etiam H. 3, 17, non ut alibi apud Tacitum, veteranus molestiore militia solutus. cf. *Walch*. ad Agr. p. 240 seqq. — *Galbam]* *Med. Galbae*, etsi praelatum a *Duebnero*, merus tamen error videtur, ortus per ἀβλεψίαν vel ex praecedente *comitatae* vel ex sequente *Galbae*. Est autem illa cohors, quae in *Palatio stationem agebat*. c. 29. — *Atilium]* Plut. G. 26: Ἀτιλλῶν δὲ Βερρελίωνος εἰκόνα Γάλβα προσουδισαντος κτλ. — *Curtii lacum]* locus in medio foro. Liv. 1, 13. 7, 6. — *quid mali*

paucos dies exolvendo donativo deprecatum; plures obtulisse ultro percussoribus iugulum: agerent ac ferirent, si ita e re publica videretur. non interfuit occidentium quid diceret. de percussore non satis constat. quidam Terentium evocatum, alii Laecanium; crebrior fama tradidit Camurium quintae decimae legionis militem inpresso gladio iugulum eius hausisse. ceteri crura brachiaque (nam pectus tegebatur) foede laniavere; pleraque vulnera feritate et saevitia trunco iam corpori adiecta. (42) Titum inde Vinium invasere. de quo et ipso ambigitur, consumpseritne vocem eius instans metus, an proclamaverit non esse ab Othone mandatum, ut occideretur. quod seu finxit formidine seu conscientiam coniurationis confessus est, huc potius eius vita famaue inclinatur, ut conscius sceleris fuerit, cuius causa erat. ante aedem divi Iulii iacuit primo ictu in poplitem, mox ab Iulio Caro legionario milite in utrumque latus

2 e om. re. p. 4 lecanium (cf. Ann. 15, 33) 6 fēde 7 adacta Groslothus
9 othonē (notam del. 1m) 10 formidine (di add. 2m) conscientiam Acidalius: conscientia
12 ictus Meiser 13 Caro Rhenanus: cario

meruisse] Sic etiam Dio 64, 6 et Vol. IX. ed. Sturz p. 110: τοῦτο μόνον εἶπε· τί γὰρ κακὸν ἐποίησα; De donativo nihil adiungit. — [plures] quibuscum facit Plutarchus c. 27: Ὁ δὲ τὴν σφαγὴν προσινας, Δράτε, εἶπεν, εἰ τοῦτο τῷ δήμῳ Ῥωμαίων ἄμεινόν ἐστι. Suet. G. 20: Sunt qui tradant ad primum tumultum proclamasse eum: Quid agitis commilitones? Ego vester sum et vos mei! donativum etiam pollicitum. Plures autem prodiderunt optulisse ultro iugulum et, ut hoc agerent ac ferirent, quando ita videretur, hortatum. — [agerent] ex formula in sacris usitata: hoc age! Brisson. de formul. 1, 17. Muretus et Acidalius hoc agerent, ut est apud Suetonium, scribendum esse putabant. — [Terentium] Plut. l. l. fluere scriptores dicit inter Camurium, Terentium, Arcadium, Fabium Fabullum. — [evocatum] vel simpliciter aliquem, qui post emerita stipendia sub signis manebat, vel ex evocatis Galbae, qui delegit et equestris ordinis iuvenes, qui manente anulorum aureorum usu evocati appellarentur evocabiasque circa cubiculum suum vice militum agerent. Suet. G. 10. DUEBN. — [quintae decimae] quae tunc tendebat in Germania inferiore (4, 35); sed Camurium unus ex electis Germanicis militibus, de quibus vide e. 6 et 31. — [hausisse]

perfordisse. Liv. 7, 10, 10: uno alteroque subinde ictu ventrem atque inguina hausit. Curt. 7, 2, 27: eius latus gladio haurit. — [tegebatur] thorace, quem sumpserat Galba c. 35. — [adiecta] Hoc est super priora illa vulnera, quibus occisus est, addita. WALTHER.

42. conscientiam] Walther ita Med. conscientia explicat: „aut mentitus est formidine aut vera dixit conscientia coniurationis.“ Verum illa lectio vix aliud potest significare quam „confessus est non esse necem suam ab Othone mandatam“; id quod absurdum est. Mihi falso adaptatum videtur ad v. praecedens formidine. cf. Plut. loco statim afferendo. Ceterum nota tria vv. continua per con incipientia. — [consciis sceleris] Plut. l. l.: Ἀπεσφάττετο δὲ καὶ Οὐίνιος ὁμολογῶν κοινωνὸς γεγονέναι τῆς ἐπὶ τὸν Γάλβαν συνωμοσίας· ἐβόα γὰρ ἀποδύνησκαι παρὰ τὴν Ὀθωνος γνώμην. — [cuius causa erat] quia transversum egerat Galbam. c. 6. — [aedem divi Iulii] in medio foro (Dio 64, 6), ab Augusto exstructam. Ovid. Met. 15, 840: Hanc animam interea caeso de corpore raptam Fac iubar, ut semper Capitolia nostra forisque Divus ab excelsa prospectet Iulius aede. — [Iulio Caro] Duplex nomen gentile Med. Iulio Cario locum vix habet, etsi Carius est apud

transverberatus. (43) insignem illa die virum Sempronium Densum aetas nostra vidit. centurio is praetoriae cohortis, a Galba custodiae Pisonis additus, stricto pugione occurrens armatis et scelus exprobrans ac modo manu modo voce vertendo in se percussores quanquam vulnerato Pisoni effugium dedit. Piso in aedem Vestae pervasit exceptusque misericordia publici servi et contubernio eius abditus non religione nec caerimoniis sed latebra imminens exitium differebat, cum advenere missu Othonis nominatim in caedem eius ardentis Sulpicius Florus e Britannicis cohortibus, nuper a Galba civitate donatus, et Stadius Murcus speculator, a quibus protractus Piso in foribus templi trucidatur. (44) nullam caedem Otho maiore laetitia excepisse, nullum caput tam insatiabilibus oculis perlustrasse dicitur, seu tum primum levata omni sollicitudine mens vacare gaudio coeperat, seu recordatio maiestatis in Galba, amicitiae in Tito Vinio quamvis inमितem animum imagine tristi confuderat:

1 illā (notam del. 1m) 2 his a Galba custodiae Pisonis Lipsius: a galbae custodiae (ult. ε in a mutat 2m) a pisonis 5 eadē (a puncto del. 2m) 6 misericordia] mia 7 caerimoniis 8 ardentis Heinsius: ardentis brittannicis 9 a om. (sup. lin. add. 2m) 10 trucidatus (trucidatus est Halm.) 11 capud 13 uagare ceperat 14 imaginē (notam del. 1m)

Grut. 687, 1 et Caria Servata apud Mur. 1318, 16. — [transverberatus] dicit transverberatus in, ut similiter Livius transfugus per (2, 6, 9 contrario ictu per parmam uterque transfugus. 2, 20, 9 uno ictu transfugum per latus). Io. Fr. Gronovius posterius, Nic. Heinsius utrumque in delendum esse censebat.

43. Sempronium Densum] Galbae eum succurrisse narrat Plutarchus G. 26 diversus in nomine: Ἡμυνε δὲ οὐδὲς οὐδὲ ὑπέστη πλὴν ἑνὸς ἀνδρός, ὃν μόνον ἦλιος ἐπέιδεν ἐν μυριάσι τοσαύταις ἄξιον τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας· Σεμπρώνιος Ἰνδρισιος (ἦν Δῆνοςος Σιντενίς) ἑκατοντάρχης οὐδὲν ἰδίᾳ χρηστὸν ὑπὸ Γάλβαν πεπονηώς, τῷ δὲ καλῶ καὶ τῷ νόμῳ βοηθῶν προέστη τοῦ φορείου κτλ. Item Dio 64, 6: Καὶ αὐτῷ Σεμπρώνιος Δῆνοςος ἑκατοντάρχης ἐπαμύνας ἐς ὅσον ἠδυνήθη, τέλος, ὡς οὐδὲν ἤνυσεν, ἐπεσφάγη. Καὶ διὰ τοῦτο γε καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐνέγραψα, ὅτι ἀξιωματὸς ἐστὶ μνημονεύεσθαι. — [custodiae Pisonis] in castra praetoria ituri. — [publici servi] cuius generis erant praeter alios publicis sumptibus emptos, nutritos et varias ad operas etiam scribarum educatos ii quoque, qui in templis apparebant, Graecorum ἱερῶδουλοι.

Liv. 9, 29, 9: Appio (Caeco) auctore Potitii, gens, cuius ad aram maximam Herculis familiaris sacerdotium fuerat, servos publicos ministerii delegandi causa sollemnia eius sacri docuerant. — [contubernio] cella (Horat. Sat. 1, 8, 8), ubi habitabat cum contubernali sive focaria sua. cf. 3, 74. — [ardentis] Plut. G. 27: Τὸν δ' Ὀθωνα τῆς κεφαλῆς (Galbae) κομισθείσης ἀνακραγεῖν λέγουσιν· Οὐδὲν ἐστὶ τοῦτο, ὃ συστρατιῶται· τὴν Πείσωνός μοι κεφαλὴν δείξατε. Μετ' ὀλίγον δὲ ἔχε κομισθόμην· τρωθεὶς γὰρ ἔφηνγεν ὁ νεανίσκος καὶ καταδιωθεὶς ὑπὸ Μούρκου τινὸς ἀπεσφάγη πρὸς τῷ ἱερῷ τῆς Ἐστίας.

44. vacare gaudio] indulgere, effuse sese dedere gaudio. — [imagine tristi] Othonis post Galbae necem tristitiam ac terrorem pulchre expressit Dio 64, 7, qui locus, quippe moralis, non videtur mutilatus a Xiphilino: δύοντι τε γὰρ αὐτῷ τὴν δύσταν πρώτην τὰ ἱερὰ πονηρὰ ὄψθη· ὥστ' αὐτὸν μεταγνόντα ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις εἰπεῖν· τί γάρ με εἶδει μακροῖς αὐλοῖς αὐλεῖν; ἔστι δὲ τοῦτο δημῶδες ἐς παροικίαν φέρον ἐπὶ τῶν ἔξω τι τοῦ προσφόρου σφίσι ποιούντων. καὶ μετὰ τοῦτο τῆς νυκτὸς οὕτω δῆ τι ἐν τοῖς ὕπνοις ἐταράχθη, ὥστε καὶ ἐκ τῆς εὐνῆς ἐκπεσεῖν

Pisonis ut inimici et aemuli caede laetari ius fasque credebat. praefixa contis capita gestabantur inter signa cohortium, iuxta aquilam legionis, certatim ostentantibus cruentas manus qui occiderant, qui interfuerant, qui vere qui falso ut pulchrum et memorabile facinus iactabant. plures 5 quam centum viginti libellos praemium exposcentium ob aliquam notabilem illa die operam Vitellius postea invenit omnesque conquiri et interfici iussit, non honori Galbae, sed tradito principibus more, munimentum ad praesens, in posterum ultionem.

(45) Alium crederes senatum, alium populum. ruere cuncti in castra, 10 anteire proximios, certare cum praecurrentibus, increpare Galbam, laudare militum iudicium, exoculari Othonis manum; quantoque magis falsa erant quae fiebant, tanto plura facere. nec aspernabatur singulos Otho avidum et minacem militum animum voce vultuque temperans. Marium Celsum consulem designatum et Galbae usque in extremas res 15 amicum fidumque ad supplicium expostulabant, industriae eius innocentiaeque quasi malis artibus infensi. caedis et praedarum initium et optimo cuique perniciem quaeri apparebat. sed Othoni nondum auctoritas inerat ad prohibendum scelus: iubere iam poterat. ita simulatione irae vinciri

1 emuli 4 quique vere (quique vere Ritter) 6 illā diē (notas del. 1m, illo in marg. add. 2m) uetellius 7 honori Nipperdey: honore 10 ante hire 12 erat (n superser. 1m) fiebant (ut ed. princ.) 14 celso consulem | signatum 15 ad om. innocentiae quae 18 scelus

τούς τε προσκοιτούντας ἐκπλήξαι· ἐσπρηδήσαντες οὖν εὖρον αὐτὸν χαμαὶ κείμενον. — *animum — confuderat*] Hom. II. 9, 612 μή μοι σύγχει θυμόν. 24, 358. — *qui vere qui falso — iactabant*] cf. Liv. 2, 54, 10 adeoque neminem noxiae paenitebat, ut etiam insontes fecisse videri vellent. — *legionis] classicae.* c. 31. 36. — *plures quam centum viginti*] Plut. 1. 1.: Ὡς δὲ φησιν Ἀρχιλόχος· Ἐπὶ τὰ γὰρ νεκρῶν πεσόντων, οὓς ἐμάρψαμεν ποσίν, Χίλιοι φωνῆες ἐσμέν· οὕτως τότε πολλοὶ τοῦ φόνου μὴ συνεφαψάμενοι, χεῖρας δὲ καὶ ἕξθη κασαιμάσσοντες ἐπεδείκνυτο καὶ δωρεὰς ἤτουν βιβλία διδόντες τῷ Ὀθῶνι. Εἰκόσι γοῦν καὶ ἑκατὸν εὐρέθησαν ὕστερον ἐκ τῶν γραμματίων, οὓς ὁ Οὐτέλλιος ἀναζητήσας ἅπαντας ἀπέκτεινε. — *praemium*] „singuli, sibi quisque.“ Ceteros propter plurales talem hic quoque requiri sine causa opinatus est Puteolanus, quem ante Waltherum omnes secuti sunt praeter Iac. Gronovium. — *ultionem*]

Accusativi usus in appositione non substantivi alicuius, sed enuntiationis totius, qualem notavimus ad Ann. 1, 27: *manus intentantes, causam discordiae et initium armorum.* cf. Nipperdey ad hunc locum, Dräger Synt. § 77. Sensus autem loci est: sic puniendo principes et statim imperium sibi muniunt et in posterum eiusmodi scelera non inulta fore ostendunt. cf. c. 40 *scelus, cuius ultor est quisquis successit.* noli igitur cum Acidalio transponere aut *ultionem ad praesens, in posterum munimentum*, aut, quod idem Mureto placebat, *munimentum in posterum, ad praesens ultionem.*

45. *alium populum*] Iuven. 10, 72: *Sed quid Turba Remi? Sequitur fortunam, ut semper, et odit Damnatos.* — *militum iudicium*] ideo, quod Othonem Galbae merito praetulissent. — *Marium Celsum*] cf. c. 14. 71. Plut. G. 27. Oth. 1. — *simulatione irae*] Seneca explicat, qui callide hoc ad primam magnamque iram adhibendum suadet de ira

iussum et maiores poenas daturum adfirmans praesenti exitio subtrahit. (46) omnia deinde arbitrio militum acta. praetorii praefectos sibi ipsi legere, Plotium Firmum e manipularibus quondam, tum vigilibus praepositum et incolumi adhuc Galba partes Othonis secutum; adiungitur Licinius Proculus, intima familiaritate Othonis suspectus consilia eius 5 fovisse. urbi Flavium Sabinum praefecere iudicium Neronis secuti, sub quo eandem curam obtinuerat, plerisque Vespasianum fratrem in eo respicientibus. flagitatum, ut vacationes praestari centurionibus solitae remitterentur: namque gregarius miles ut tributum annuum pendebat. quarta pars manipuli sparsa per commeatus aut in ipsis castris vaga, 10 dum mercedem centurioni exolveret, neque modum oneris quisquam neque genus quaestus pensi habebat: per latrocinia et raptus aut servilibus ministeriis militare otium redimebant. tum locupletissimus quisque miles labore ac saevitia fatigari, donec vacationem emeret. ubi sumptibus exhaustus socordia insuper elanguerat, inops pro locuplete et iners pro 15 strenuo in manipulum redibat; ac rursus alius atque alius eadem egestate ac licentia corrupti ad seditiones et discordias et ad extremum

1 penas praesenti ti (poster. ti del. 1m, sed ita, ut tantum litt. t deleta sit) exilio 5 suspecta 6 saninū 9 Nanq; 10 manipuli sparsa Pichena: manipulis . pars 11 centurionis exolveret (s in e mut. 1m) 12 questus (notam del. 1m) 14 uationē (ua in fine paginae) 15 insuper] ins (cum lineola curvata in litt. s)

3, 39, 5: *ipsum quoque impetum, quem non audet lenire, fallit: removebit omnia ultionis instrumenta. simulabit, inquit, iram, ut tamquam adiutor et doloris comes plus auctoritatis in consiliis habeat. moras necet, et dum maiorem poenam quaerit, praesentem differet.* ipsa haec nostra sunt, et moniti illius clarum hic exemplum. LIPSIUS.

46. *arbitrio militum*] Dio 64, 9: τὴν μὲν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον παρ' οὐδὲν ἤγε, τοὺς δὲ στρατιώτας ἐπεπέθει καὶ τοῦτ', ὅτι ἀποκτεῖναι Καίσαρα καὶ ποιῆσαι δύναται. — *Plotium Firmum*] c. 82. 2, 46. 49. — *Licinius Proculus*] c. 82. 87. 2, 33. 39 sq. 44. 60. — *Sabinum praefecere*] Id quod ultro approbavit Otho. Plut. O. 5: Τῆς δὲ Πώμης φύλακα Φλαούιον Σαβίνον — κατέστησεν, εἴτε καὶ τοῦτο πράξας ἐπὶ τιμῇ Νέρωνος (παρ' ἐκείνου γὰρ εἰλήφει τὴν ἀρχὴν ὁ Σαβίνος, ἀφέλειτο δὲ Γάλβας αὐτόν), εἴτε μάλλον εὖνοιαν ἐνεδείκνυτο Οὐσεπσιανῶ καὶ πιστιν αὐξῶν Σαβίνον. — *vacationes*] pecunia, qua vacationes munerum a centurionibus

redimere solebant milites, qui quidem habebant, unde possent. cf. Ann. 1, 17. DUEBN. dum] pro dummodo, ut saepe. Male nonnulli acceperunt pro donec. — *pensi habebat*] „Neque centuriones curabant modum oneris, quod ad vacationes concedendas militibus imponebant, sed quantum pretii cuique libebat, ab iis petebant; neque milites quaecunque genus quaestus etiam illiciti, vel latrocinii, dummodo vacationes illas redimerent, spernebant.“ Formulam *nihil pensi habere* solet usurpare praesertim Sallustius. cf. Nipperdey ad Ann. 13, 15. Dräger Synt. § 73. Jacobs-Wirz ad Sall. Cat. 5, 6. — *servilibus ministeriis*] per domos privatas, quae ministeria aquandi, ligna caedendi, baiulandi, cetera, ingenuis militibus indigna erant. — *tum locupletissimus*] Particula tum continuat orationem „praeterea, insuper.“ Suet. Iul. 27: *tum reorum* etc. WALTH. — *emeret*] Non poterat repetere v. *redimere* ac tamen cum acerbia ironia significare volebat vacationes illas a centurionibus quasi mercem aliquam

bella civilia ruebant. sed Otho, ne volgi largitione centurionum animos averteret, fiscum suum vacationes annuas exsoluturum promisit, rem haud dubie utilem et a bonis postea principibus perpetuitate disciplinae firmatam. Laco praefectus, tanquam in insulam seponeretur, ab evocato, quem ad caedem eius Otho praemiserat, confossus; in Marcianum Icelum ut in libertum palam animadversum.

(47) Exacto per scelera die novissimum malorum fuit laetitia. vocat senatum praetor urbanus; certant adulationibus ceteri magistratus. adcurrunt patres; decernitur Othoni tribunicia potestas et nomen Augusti et omnes principum honores, adnitentibus cunctis abolere convicia ac probra, quae promise iacta haesisse animo eius nemo sensit: omisisset offensas an distulisset, brevitate imperii in incerto fuit. Otho cruento adhuc foro per stragem iacentium in Capitolium atque inde in Palatium vectus concedi corpora sepulturae cremarique permisit. Pisonem Verania uxor ac frater Scribonianus, Titum Vinium Crispina filia composuere, quaesitis redemptisque capitibus, quae venalia interfectores servaverant. (48) Piso unum et tricesimum aetatis annum explebat, fama meliore quam fortuna. fratres eius Magnum Claudius, Crassum Nero interfece- rant: ipse diu exul, quadriduo Caesar, properata adoptione ad hoc tan-

2 averteret Iac. Gronovius: auerteret et 3 dubiq̄ 4 evocatoq; ad 7 uacat
11 omisisse tot fensas 13 strage 15 ffs 18 interfecerat (n. superscr. 1m) 19 diuexui

propositas esse. cf. Doederlein Synon. III. p. 118. — bella] Heinsius scribebat in bella; sed de praepositione non repetita cf. Nipperdey ad Ann. 2, 68. Drüger Synt. § 103. — volgi largitione] in vulgus (gregarium militem) collata. DUEBN. — fiscum suum] Fecit hoc etiam Vitellius. c. 58. — Laco] cf. Plutarchus G. 27. — tanquam — seponeretur] idem est quod specie sepositionis, ut nulla correctione opus sit. alii hanc breviter ferri posse negant: Io. Müller praefectus in praefectus mutandum, Heraeus ablegatus, Nipperdey amotus ante ab splendendum esse censebant. — libertum] Hoc maiore cum despicientia dictum quam libertinum, quod v. sine idonea causa illi substituit Ernestius. cf. Bremi ad Suet. Claud. 24.

47. praetor urbanus] Consulium hoc munus, sed tum ambo caesi erant DUEBN. Isque mos absentibus vel mortuis consulibus semper obtinebat. cf. Cic. ad Fam. 10, 12.

Cic. Phil. 14 § 37. Liv. 26, 3. — adnitentibus cunctis] Eutrop. 8, 14 omnibus certatim adnitentibus. de infinitivo huic verbo iuncto cf. Drüger Synt. § 145. — cruento adhuc foro] Plut. G. 28: Καίσαρα καὶ Σεβαστὸν ἀνηγόρευον ἔτι τῶν νεκρῶν ἀκεφάλων ἐν ταῖς ὑπατικαῖς ἐσθῆσιν ἐβριμμένων ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς. — concedi — permisit] de accusativo cum infinitivo verbo permittere iuncto cf. Drüger Synt. § 146. — Verania] Plut. l. 1: Ταῖς δὲ κεφαλαῖς ὡς οὐδὲν εἶχον ἔτι χρῆσθαι, τὴν μὲν Οὐνίου τῇ θυγατρὶ διασχίλων καὶ πεντακοσίων δραχμῶν ἀπέδοντο, τὴν δὲ Πείσωνος ἢ γυνῆ ἔλαβεν Οὐερανία δεηθεῖσα. Plin. Epp. 2, 20: Verania Pisonis graviter iacebat (huius dico Pisonis, quem Galba adoptavit); ad hanc Regulus venit etc.

48. explebat] „tum, cum interfectus est, in eo erat, ut XXXI. annum expleret.“ Monendum hoc propter Ernestium, qui malebat explerat; alii quoque interpretes haec vv. argutis persecuti sunt. — Magnum etc.] cf.

tum maiori fratri praelatus est, ut prior occideretur. Titus Vinium quinquaginta septem annos variis moribus egit. pater illi praetoria familia, maternus avus e proscriptis. prima militia infamis legatum Calvisium Sabinum habuerat, cuius uxor mala cupidine visendi situm castrorum per noctem militari habitu ingressa, cum vigiliis et cetera militiae munia eadem lascivia temerasset, in ipsis principiis stuprum ausa; et criminis huius reus Titus Vinium arguebatur. igitur iussu G. Caesaris oneratus catenis, mox mutatione temporum dimissus, cursu honorum inoffenso legioni post praeturam praepositus probatusque, servili deinceps probro respersus est, tanquam scyphum aureum in convivio Claudii furatus; et Claudius postera die soli omnium Vinio futilibus ministrari iussit. sed Vinium proconsulatu Galliam Narbonensem severe integreque rexit, mox Galbae amicitia in abruptum tractus, audax callidus promptus et, prout animum intendisset, pravus aut industrius eadem vi. testamentum Titi

6 temerasset Rhenanus: tēperasset (temptasset Puteolanus) et] est Bitter, est et Nipperdey 11 dies (s. del. 1m) solionniū (corr. 2m, ut videtur) 12 proconsul Muretus, pro consule Halm seueri librarius scripturus erat, sed inter scribendum ipse correxit 13 calidus 14 ignavus Nipperdey

ad c. 14. — maternus avus] Ego censuissem, paternum. Nam reperio in Dione 47, 7. Titum Vinium proscriptum a triumviris et mira fide astu ab uxore Tanusia servatum. Fieri autem potest, ut huius avi etsi materni nomen sumpserit, testamento, an adoptione. LIPS. — Calvisium Sabinum] Ann. 4, 46. 6, 9. Pessimus eius mores vituperat Seneca Ep. 27. Dio 59, 18: Καλοῦσιος δὲ δὴ Σεβίνος ἐν τε τοῖς πρώτοις τῆς βουλῆς ὦν καὶ τότε ἐκ τῆς ἐν τῇ Πανωνίᾳ ἀρχῆς ἀφιγμένος, ἣ τε γυνὴ αὐτοῦ Κορνηλία γραφέντες (καὶ γὰρ ἐκεῖνη ὡς φυλακᾶς τε ἐφοδεύσασα καὶ τοὺς στρατιώτας ἀσκοῦντας ἰδοῦσα αἰτίαν ἔσχευ) οὐχ ὑπέμειναν τὴν κρίσιν, ἀλλ' ἑαυτοὺς προανάλωσαν. — situm] rationem, qua disposita essent. DUEBN. — cum — temerasset, in ipsis principiis] quae pro sacris habita, quia ibi aquila et signa reposita, di militares. Id. Propterea v. unice aptum temerasset, non temptasset; cf. 4, 58 si vobis non fuit cordi me duce haec castra incorrumpita et intemerata servari, at certe pollui foedarique a Tutore et Classico ne sinatis. Ann. 1, 30 castra infausta temerata quae plures locos, ubi Tac. hoc v. usus est, collegit Bötticher Lex. Tac. de severi-

tate, qua Romani feminas a re militari arcebant. cf. Ann. 1, 69. 2, 55. 3, 33. Plut. G. 12: στρατεύόμενος ὑπὸ Καλβισίῳ Σεβίνῳ τὴν πρώτην στρατείαν ἀκόλαστον οὖσαν τὴν γυναῖκα τοῦ ἡγεμόνος παρεισήγαγε νύκτωρ εἰς τὸ στρατόπεδον ἐν ἐσθῆτι στρατιωτικῇ καὶ διέφθειρεν ἐν τοῖς ἀρχείοις, ἃ πριγκίπια καλοῦσι Ῥωμαῖοι. — ausa] eo usque impiae temeritatis progressa, ut se stuprari sineret a Vinio. Frustra Ernestius malebat passa. — scyphum aureum] Plut. l. 1: ποτήριον ἀργυροῦν. — in abruptum tractus] Non est: „in perniciem raptus,“ (entraîné dans l'abîme Louandre), sed: „ipsa potentia sua inductus ad pessima quaeque facinora perpetranda.“ Cato apud Gell. 6 (7), 3, 14: secundae res laetitia transorsum trudere solent a recte consulendo atque intellegendo. — pravus aut industrius] est φαῦλος ἢ σπουδαῖος, ut fere idem sit quod malus aut bonus (cf. supra probatus et severe integreque rexit); nam industrius bonarum artium studium designat. falsum esse, quod Nipperdey coniecit, ignavus et quae praecedunt prout animum intendisset et quae sequuntur eadem vi satis docent. quis enim unquam animum intendere aut vi niti dicitur, ut sit ignavus?

Vini magnitudine opum inritum, Pisonis supremam voluntatem paupertas firmavit. (49) Galbae corpus diu neglectum et licentia tenebrarum plurimis ludibriis vexatum dispensator Argius, e prioribus servis, humili sepultura in privatis eius hortis contextit. caput per lixas calonesque suffixum laceratumque ante Patrobii tumulum (libertus is Neronis punitus a Galba fuerat) postera demum die repertum et cremato iam corpori admixtum est. hunc exitum habuit Servius Galba, tribus et septuaginta annis quinque principes prospera fortuna emensus et alieno imperio felicior quam suo. vetus in familia nobilitas, magnae opes: ipsi medium ingenium, magis extra vitia quam cum virtutibus. famae nec incuriosus nec venditator; pecuniae alienae non appetens, suae parcus, publicae avarus. amicorum libertorumque, ubi in bonos incidisset, sine reprehensione patiens, si mali forent, usque ad culpam ignarus. sed claritas natalium et metus temporum obtentui, ut quod segnitia erat sapientia vocaretur. dum vigeat aetas, militari laude apud Germanias floruit. pro consule Africam moderate, iam senior citeriorem Hispaniam pari iustitia continuit, maior privato visus, dum privatus fuit, et omnium consensu capax imperii, nisi imperasset.

(50) Trepidam urbem ac simul atrocitatem recentis sceleris simul veteres Othonis mores paventem novus insuper de Vitellio nuntius exterruit ante caedem Galbae suppressus, ut tantum superioris Germaniae exercitum descivisse crederetur. tum duos omnium mortalium inpudicitia ignavia luxuria deterrimos velut ad perdendum imperium fataliter electos

1 sup̄ma 2 licentia tenebrarum post vexatum ponit Doederlein 4 capud 5 his
10 magnis 13 ignavus Acidalius 18 consensū notam del. 1m 22 exercitūs s del.
1m (exercitus Rütter) 23 uelud

49. *ludibriis vexatum*] Plut. G. 28. — *Argius*] Ἀργεῖος ἀπέλευθερος. Plut. l. I. — *prioribus*] quos ante principatum habuerat. Haud opus Faerni *primoribus*, quod sane dictum foret ut A. 4, 10: *inter primores ministros*. Miro iudicio usus Ruperti deleta volebat v. e *prioribus servis*. Consulto hoc addidit Tacitus, ut significaret, cur praesertim Argius Galbae iam a multis inde annis assuetus herumque grato animo colens, ei sepulturae officium praestiterit. — *per lixas*] Suet. G. 20: *Caput Galbae Otho lixis calonibusque donavit, qui hasta suffixum non sine ludibrio circum castra portarunt*. — *libertus*] et inter *odiorum nomina*. 2, 95. — *cremato*] Helvidii Prisci officio, cui id permiserat Otho. Plut. G. 28. — *tribus et septuaginta*] Dio 64, 6: Ἐξῆσε δὲ Γάλβας ἕτη δύο καὶ ἑβδομήκοντα, ἀφ' ὧν ἦρξε μῆνας ἑννέα καὶ ἡμέρας δεκαπρεῖς Aetati addit Zonaras 11, 14: καὶ ἡμέρας τρεῖς καὶ εἴκοσι. cf. etiam Suet. G. 4 et 23. V. Ryckium. — *metus temporum*] in causa erat, ut homines crederent Galbam a vita magis actiosa sapienter sese retinere, ne principibus tam saevis suspectus fieret; verum erat segnitia tantummodo. cf. Agr. 6 *gnarus sub Nerone temporum, quibus inertia pro sapientia erat*. — *apud Germanias*] in Chattis, a. u. 794. Dio 60, 8. Plut. G. 3. Suet. G. 8.

non senatus modo et eques, quis aliqua pars et cura rei publicae, sed vulgus quoque palam maerere. nec iam recentia saevae pacis exempla, sed repetita bellorum civilium memoria captam totiens suis exercitibus urbem, vastitatem Italiae, direptiones provinciarum, Pharsaliam Philippos et Perusiam ac Mutinam, nota publicarum cladum nomina, loquebantur. 5 prope eversum orbem, etiam cum de principatu inter bonos certaretur; sed mansisse G. Iulio, mansisse Caesare Augusto victore imperium; mansuram fuisse sub Pompeio Brutoque rem publicam. nunc pro Othone an pro Vitellio in templa ituros? utrasque impias preces, utraque de- testanda vota inter duos, quorum bello solum id scires, deteriorem fore 10 qui vicisset. erant qui Vespasianum et arma Orientis augurarentur, et ut potior utroque Vespasianus, ita bellum aliud atque alias clades horrebant. et ambigua de Vespasiano fama solusque omnium ante se principum in melius mutatus est.

(51) Nunc initia causasque motus Vitelliani expediam. caeso cum 15 omnibus copiis Iulio Vindice ferox praeda gloriaque exercitus, ut cui sine labore ac periculo ditissimi belli victoria evenisset, expeditionem et aciem, praemia quam stipendia malebat. diu infructuosam et asperam militiam toleraverant ingenio loci caelique et severitate disciplinae, quam in pace inexorabilem discordiae civium resolvunt, paratis utrimque cor- 20 ruptoribus et perfidia impunita. viri arma equi ad usum et ad decus supererant. sed ante bellum centurias tantum suas turmasque noverant; exercitus finibus provinciarum discernebantur. tum adversus Vindicem

1 rei. p. 2 merere 4 pars aliā 5 persiā (u post per superser. 2m) [et Perusiam ac Mutinam] E. Grunauer claudii 7 cesarē notam del. 1m 8 rem. p. othonē notam del. 1m 9 templo 13 principū Imelius 14 multus 15 Nuñc notam del. 1m 18 mallebat 19 toleraberant librarius scripturus inter scribendum correxit 21 dedecus

50. *pars*] qui partem aliquam publicorum negotiorum administrabant; *cura* autem sincerus patriae amor. — *Pharsaliam*] proprie est tractus, in quo Pharsalus sita erat (2, 38 *in Pharsalia ac Philippis*. Ov. metam. 15, 822 *Illius auspiciis obsessae moenia pacem Victa petent Mutinae, Pharsalia sentiet illum, Emathiaque iterum madefient caede Philippi*). *Pharsali*, Caesar in Pompeium a. 706, *Mutinae* (quae pr. ante *Philippos* et *Perusiam* ponenda fuisset), res publica in M. Antonium a. 711, *Philippis*, Octavianus in Brutum et Cassium a. 712, *Perusiae*, Octavianus in L. Antonium, triumviri fratrem, a. 713. — *Vespasianum et arma Orientis*] exercitum Iudaicum; atque insuper Mucianum, qui Syriam obtinebat, illi favere

notum erat. — *ambigua de Vespasiano fama*] maxime propter avaritiam. — *in melius*] Ausonius Tetrast. 10: de Vespasiano: *Olim qui dubiam privato in tempore famam, Rarum aliis, princeps transtulit in melius*. LIPS.

51. *Iulio Vindice*] c. 6. — *expeditionem et aciem*] Ἐν δὲ δύοιν pro bellum. „Additurus cupiebat vel simile aliquid constructionem mutat, quasi dixisset *expeditionem quam otium*.“ DUEBN. — *praemia*] novam praedam ac donativum. Ann. 1, 16: *et ex civili bello spem praemiorum ostendebat*. — *ad decus*] c. 57 iisdem tribuit: *balteos phalerasque, insignia armorum argento decora*. — *supererant*] ut c. 83, Agr. 45. Germ. 6. 26. Ann. 14, 54. — *discernebantur*] Et superior et inferior exercitus suarum provinciarum (superioris et Tacitus. II.

contractae legiones seque et Gallias expertae quaerere rursus arma novasque discordias; nec socios, ut olim, sed hostes et victos vocabant. nec deerat pars Galliarum, quae Rhenum accolit, easdem partes secuta ac tum acerrima instigatrix adversum Galbianos: hoc enim nomen fastidito Vindice indiderant. igitur Sequanis Aedisque ac deinde, prout opulentia civitatibus erat, infensi expugnationes urbium, populationes agrorum, raptus penatium hauserunt animo, super avaritiam et arrogantiam, praecipua validiorum vitia, contumacia Gallorum iritati, qui remissam sibi a Galba quartam tributorum partem et publice donatos in ignominiam exercitus iactabant. accessit callide volgatum, temere creditum decumari legiones et promptissimum quemque centurionum dimitti. undique atroces nuntii, sinistra ex urbe fama; infensa Lugdunensis colonia et pertinaci pro Nerone fide fecunda rumoribus. sed plurima ad fingendum credendumque materies in ipsis castris odio metu et, ubi vires suas respexerant, securitate. (52) sub ipsas superioris anni kalendas Decembres Aulus Vitellius inferiorem Germaniam ingressus hiberna legionum cum cura adierat. redditi plerisque ordines, remissa

1 contractae *Rhenanus*: contractae rursus notam del. 1m 3 qua herenū 4 acerrimā notam del. 1m 7 penatium hauser̃ (hauserant *Al. Rupertii*) super] s cum lineola curvata in s 9 publice 11 quenq; 12 || sinistra (*litt. s erasa videtur*) lugdonensis 13 fecunda 15 ipsa 15/16 kl dec. cum *lin. transversis* in 1 et d

inferioris Germaniae) finibus continebantur. DUEBN. Ceterum ad v. *noverant* supple „singuli milites“. Etenim falsa est Acidalii atque Rupertii distinctio: *noverant exercitus; finibus* etc. — *seque et Gallias*] „Cum usu didicissent se esse fortiores Gallis, quos vicissent, novum cum ipsis bellum certa victoriae spe optabant.“ ERN. — *Galbianos*] nimirum eos Gallos, quos Vindex pro Galba concitaverat. DUEBN. Iam vero hos, qui Vindicem amiserant propter cladem ab omnibus iam fastiditum, *Galbianos* adversarii appellabant quasi vilis etiam hoc esset nomen quam *Vindicianorum*. — *Sequanis*] quorum caput Vesontio, *Besançon*; eorum tractus hodie *Franche-Comté, Bourgogne* et pars *Alsaciae*. — *Aeduis*] gens Galliae Lugdunensis, continui Sequanis; eorum caput Augustodunum, hodie *Autun*. — *hauserunt animo*] cupidissime appetiverunt; *ih̃r Gemüth lechzete darnach Gutmann, ils décoraient en espoir les villes* cet. Louandre. cf. ad c. 8. — *et publice donatos*] scil. civitate Romana (c. 8) et

agris, quos Galba Treveris aliisque eripuit. DUEBN. De agris donatis dubitant Ferlet et Burnouf; nusquam enim disertis verbis tradere Tacitum. Sed *finis* adempti quibusdam civitatibus (c. 8. 53) cuinam assignari poterant quam vicinis Galbae sequacibus, ex ratione tunc recepta Gallias sub ditione Romani imperii administrandi? Infelicissima est Bipontinorum coniectura ab Oberlino recepta: *eos publice damnatos*. In eam autem inciderunt, quia parum intellegebant vv. *in ignominiam exercitus*, videlicet Germanici sub Verginio, propterea offensi, et quia nulla praemia accepisset et quia ipsius sequaces per Gallias a Galba multati essent. Iungo igitur vv. *in ignominiam exercitus* cum v. *iactabant*, non quemadmodum alii cum v. *donatos*. — *pro Nerone fide*] Nero enim cladem Lugdunensem (Sen. ep. 91) quadragies sestertio solatus erat. Ann. 16, 13 et infra c. 65.

52. *superioris anni*] a. u. 821, p. Chr.

ignominia, adlevatae notae; plura ambitione, quaedam iudicio, in quibus sordes et avaritiam Fonteii Capitonis adimendis adsignandisve militiae ordinibus integre mutaverat. nec consularis legati mensura, sed in maius omnia accipiebantur. et ut Vitellius apud severos humilis, ita comitatem bonitatemque faventes vocabant, quod sine modo, sine iudicio donaret. 5 sua, largiretur aliena; simul aviditate ei parendi ipsa vitia pro virtutibus interpretabantur. multi in utroque exercitu sicut modesti quietique, ita mali et strenui. sed profusa cupidine et insigni temeritate legati legionum Alienus Caecina et Fabius Valens; e quibus Valens infensus Galbae, tanquam detectam a se Verginii cunctationem, oppressa Capi- 10 tonis consilia ingratis tulisset, instigare Vitellium ardorem militum ostentans: ipsum celebri ubique fama, nullam in Flacco Hordeonio moram; adfore Britanniam, secutura Germanorum auxilia; male fidas provincias,

1 plurā sed nota erasa 2 sordes *Acidalius*: sorde (sordem *del.*) adsignandissus (*prius s del. 1m*) 4 ut *add. Rhenanus* (et Vitellius ut *Agricola*) 6 ei parendi *Meiser*: Imperandi (*syll. ra vel evanida vel erasa*), impetrandi *Agricola*, imperi dandi *Nipperdey* 9 et Fabius] et [bius 11 obtentans 12 nulla 13 adfore britanniam secutura (*notam del. 1m*) malq

68. — *ignominia*] ignominiosa missio eorum, qui tamen post eam in Germania remanserant. cf. Suet. Vit. 8. — *adlevatae notae*] quas diligenter locupletibus semper testibus usus enumerat Lipsius de Mil. Rom. 5, 18. V. c. ut eis hordeum pro tritico daretur, ut *aere diviti* fierent, ut extra vallum tenderent, ut toga laciniis abscissis amicti decinctaque tunica induti a mane in noctem usque ad principia adessent, ut discincti fossam foderent, reliquo exercitu spectante. — *sordes*] c. 60 *per avaritiam ac sordes*. c. 84 *sordes et obscuritatem*. cf. *Sirker* Tacit. Formenlehre p. 27. — *integre*] dignis reddens, indignis adimens, sine gratiae aut quaestus respectu. ERN. — *mensura*] „Nec vero militum existimatione solitus erat consularis legatus, ut ceteri huius gradus; sed iamiam eum ad superiorem posse aspirare opinabantur, ipse tandem fortasse ut principatu dignus iudicaretur.“ — *humilis*] Vitellius recta aestimatione hominum gravium et disciplinae studiosorum nimis se demittebat abiciebatque et indignis persona sua ac propemodum venilibus blanditiis utebatur. Suet. V. 7: *Totavia caligatorum quoque militum obvios exosculans; perque stabula ac deversoria milionibus ac viatoribus praeter modum comis, ut mane*

singulos, iamne ientassent, sciscitaretur seque fecisse ructu quoque ostenderet. Hanc vilitatem sui illi comitatem vocabant, quemadmodum etiam bonitatem appellabant, quod sine modo, sine iudicio donaret sua, largiretur aliena. Nempe bonitas est Tacito liberalitas vel munificentia, quemadmodum alibi *militiam* dicit pro avaritia, ut A. 13, 30 et 15, 21. GRON. — *aviditate ei parendi*] talem parendi aviditatem, quamquam de Othone, bene describit Plutarchus Otho 17 fin. ἀλλ' ἔοικε μηδενὶ τῶν πρόποτε τυράννων ἢ βασιλέων δεινὸς οὕτως ἔρωσ ἐγγενέσθαι καὶ περιμανῆς τοῦ ἄρχεν, ὡς ἐκείνοι τοῦ ἄρχεσθαι καὶ ὑπακούειν Ὀθωνος ἡράσθησαν. cf. 2, 19 *obsequium et parendi amor*. — *mali*] immodesti, oppositi modestis illis. — *strenui*] *Strenuus* est δραστήριος, promptus ad quidvis audendum; neque semper bonam in partem dicitur. ERN. — *Caecina*] Hic primum a Tacito memoratur; *Fabius Valens* c. 7. — *cunctationem*] cum aliquantisper haesitasset, utrum Galbae principatum cederet, an ipse eo potiretur, illud tandem praetulit. c. 8: *nec statim pro Galba Verginius*. — *ingrate tulisset*] a se accepisset, sibi deberet, neque tamen praemio digno se affecisset. ERN. — *Hordeonio*] superioris exercitus le-

precarium seni imperium et brevi transiturum. panderet modo sinum et venienti Fortunae occurreret. merito dubitasse Verginium equestri familia, ignoto patre, inparem, si recepisset imperium, tutum, si recusasset. Vitellio tres patris consulatus, censuram, collegium Caesaris et inponere 5 iam pridem imperatoris dignationem et auferre privati securitatem. (53) quatiebatur his segne ingenium, ut concupisceret magis quam ut speraret. at in superiore Germania Caecina decorus iuventa, corpore ingens, animi immodicus, scito sermone, erecto incessu studia militum inlexerat. hunc iuvenem Galba, quaestorem in Baetica impigre in partes 10 suas transgressum, legioni praeposuit; mox compertum publicam pecuniam avertisse ut peculatorem flagitari iussit. Caecina aegre passus miscere cuncta et privata volnera rei publicae malis operire statuit. nec deerant in exercitu semina discordiae, quod et bello adversus Vindicem universus adfuerat nec nisi occiso Nerone translatus in Galbam 15 atque in eo ipso sacramento vexillis inferioris Germaniae praeventus erat. et Treveri ac Lingones, quasque alias civitates atrocibus edictis aut damno finium Galba perculerat, hibernis legionum propius miscentur; unde seditiosa colloquia et inter paganos corruptior miles, et in Verginium favor cuicumque alii profuturus. (54) miserat civitas Lin- 20 gonum vetere instituto dona legionibus dextras, hospitii insigne. legati

1 p̄carib (b in ū mutat 1m) 2 fortuna (e super a scr. 1m) 3 titū 7 ad decorus Baier: decori (decora dett.) 8 scito Lipsius: cito 9 galbā notam del. 1m 10 // mox 11 id Caecina Heinsius 12 rei. p. 14 galba 15 Inferiorib; (b; in s mutat. 1m) 19 uergenium fabor (b in v mutat 1m) longonū (pr. o in i mutat 1m)

gato, homine sine constantia, sine auctoritate. c. 9. — precarium] quasi precibus concessum ac propterea, quodocunque lubeat, rursus adimendum, non in ipsius potentia situm atque firmum. cf. A. 1, 42. — panderet modo sinum] Nonnulli volunt tropum esse a velis passis ductum. Ovid. A. A. 3, 500: Plenaque curvato pandere vela sinu. Quintil. 12, 10, 37: validior spiritus nostros sinus tendat. Id. 6, 1, 52: de oratoribus: asperis evecti tuto pandere possumus vela. Ita ut explicemus, nos inducere possunt seqq. vv. et — occurreret. At magis placet imaginem repetere ab eo, qui togae sinu expasse ad accipiendum donum insperatum vel avide exspectatum occurrit, obviam currit illi, qui offert. — collegium Caesaris] Claudii, cuius collega bis Lucius pater fuerat in consulatu a. u. 796 et 800. Consulatus autem

eius primus incidit in a. 787 cum Paulo Fabio Persico. Cum Claudio item censuram gesserat. Suet. Vit. 2.

53. scito] Med. cito restituit Duebner. „Ciceroni est,“ inquit, „eloquendi celeritas.“ At de Or. 3, 57 § 216: vox acuta, gravis; cita, tarda; magna, parva; in quibus omnibus neque laus inest neque vituperatio; nec vero citus sermo ad studia hominum illicienda per se aptus nisi adiuncta eloquentia. — Treveri] populus Germanicus inter Rhenum et Mosam, hodie Trier, Trèves. — Lingones] populus Galliae Lugdunensis, in ripis Sequanae, hodie Langres. — paganos] Ita appellantur omnes, qui non sunt milites, etiam oppidorum incolae. DUEBNER. cf. Hist. 3, 24. Plin. Epp. 10, 18: et milites et pagani. Iuven. 16, 33.

54. dextras] argenteas, et quidem iunctas,

eorum in squalorem maestitiamque compositi per principia per contubernia modo suas iniurias modo vicinarum civitatum praemia et, ubi pronis militum auribus accipiebantur, ipsius exercitus pericula et contumelias conquerentes accendebant animos. nec procul seditione aberant, cum Hordeonius Flaccus abire legatos, utque occultior digressus esset, 5 nocte castris excedere iubet. inde atrox rumor, adfirmantibus plerisque interfectos ac, nisi ipsi consulerent, fore ut acerrimi militum et praesentia conquesti per tenebras et inscitiam ceterorum occiderentur. obstringuntur inter se tacito foedere legiones; adsciscitur auxiliorum miles, primo suspectus, tanquam circumdatis cohortibus alisque impetus in 10 legiones pararetur, mox eadem acrius volvens, faciliore inter malos consensu ad bellum quam in pace ad concordiam. (55) inferioris tamen Germaniae legiones sollemni kalendarum Ianuariarum sacramento pro Galba adactae, multa cunctatione et raris primorum ordinum vocibus, ceteri silentio proximi cuiusque audaciam expectantes, insita mortalibus 15 natura propere sequi quae piget inchoare. sed ipsis legionibus inerat diversitas animorum. primani quintanique turbidi adeo, ut quidam saxa in Galbae imagines iecerint: quinta decuma ac sexta decuma legiones nihil ultra fremitum et minas ausae initium erumpendi circumspectabant. at in superiore exercitu quarta ac duoetvicesima legiones isdem 20 hibernis tendentes ipso kalendarum Ianuariarum die dirumpunt imagines Galbae, quarta legio promptius, duoetvicesima cunctanter, mox consensu. ac ne reverentiam imperii exuere viderentur, senatus populique Romani oblitterata iam nomina sacramento advocabant, nullo legatorum tribunorumve pro Galba nitente, quibusdam, ut in tumultu, notabilibus 25

1 mestitiamque 2 Insuas (In delendum lineola notat 2m) 7 ni sibi Rhenanus, ni sibi ipsi Halm 8 conquesti 9 foedere 11 legione 13 kl cum linea transversa in 1 16 piget 17 saxa librarius scripturus e in a mutavit 19 nichil fremitu 20 hisdē 21 kl cum lin. transversa in 1 dirrumpunt (diruunt vel deripiunt Acidalius, derumpunt Ritter) 22 promptus (i superscr. 2m) duo et uicesima (n superscr. 1m) 24 sacramta (ult. a in o corr. 1m)

hospitii, fidei, pacis, concordiae (H. 2, 8) insigne; quales visuntur in nummis Iulii Caesaris apud Akerman I. p. 106: PAX. S. C. et in M. Antonii, ubi caduceum tenent. Ibid. p. 26. (Sic etiam apud Graecos. Xenoph. Ages. 3, 4: δεξιάν πέμποντι. Anab. 2, 4, 1: δεξιὰς ἔνιοι παρὰ βασιλέως ἔφερον.) — consulerent] „Consulere interdum absolute dicitur sine dativo pro prospicere, mederi malis.“ ERN.

55. quae piget inchoare] cf. H. 2, 80: dum quaeritur tempus locus, quodque in re tali difficillimum est, prima vox. LIPS. — dirumpunt] scindunt, frangunt in partes. Dolabris enim instructus miles quamcunque materiem dirumpere valebat. Florus 4, 10: sic via tertia parte de sedecim legionibus reliqua, cum argentum eius passim dolabris concideretur, — perfugit in Syriam. RYCK. — ut in tumultu] sc. fieri solet. cf. c. 4. A. 1, 65. —

turbantibus. non tamen quisquam in modum contionis aut suggestu locutus: neque enim erat adhuc cui imputaretur. (56) spectator flagitii Hordeonius Flaccus consularis legatus aderat, non compescere ruentes, non retinere dubios, non cohortari bonos ausus, sed segnis pavidus et socordia innocens. quattuor centuriones duoetvicensimae legionis, Nonius Receptus, Donatius Valens, Romilius Marcellus, Calpurnius Repentinus, cum protegerent Galbae imagines, impetu militum abrepti vinctique. nec cuiquam ultra fides aut memoria prioris sacramenti, sed quod in seditionibus accidit, unde plures erant, omnes fuere.

10 Nocte quae kalendas Ianuarias secuta est in coloniam Agrippinensem aquilifer quartae legionis epulanti Vitellio nuntiat quartam et duoetvicensimam legiones proiectis Galbae imaginibus in senatus ac populi Romani verba iurasse. id sacramentum inane visum: occupari nutantem fortunam et offerri principem placuit. missi a Vitellio ad legiones legatosque, qui descivisse a Galba superiorem exercitum nuntiarent: proinde aut bellandum adversus desciscentes aut, si concordia et pax placeat, faciendum imperatorem; et minore discrimine sumi principem quam quaeri. (57) proxima legionis primae hiberna erant et promptissimus e legatis Fabius Valens. is die proximo coloniam Agrippinensem cum equitibus legionis auxiliariorumque ingressus imperatorem Vitellium consalutavit. secutae ingenti certamine eiusdem provinciae legiones; et su-

4 cohortari 5 duo et vicesimae (n del. et super e scr. 1m) 7 abrepti 9 Inde 10 kl cum lin. transversa in l 11 quarte 18 queri 19 proximo] in marg. al. postero 2m agrippiniensē 20 gressus

aut suggestu] De his vv. sine ulla causa in dubium vocatis rectissime disputavit Doederlein: „Hic ablativus restituendus est, sine praepositione, quam addere in promptu fuit, e vel pro vel in vel de. In omittendis tam levibus orationis particulis prope dixerim nihil non ausum esse Tacitum, ut brevitati et ponderoso numero consulere. cf. 3, 29: Cum — superiacta tela testudine laborantur. 5, 23: Gallia adventantes. 3, 15: et Britannia Galliaeque et Hispania auxilia Vitellius acciverat. Nedom Rittero accedam vv. aut suggestu pro more suo prorsus eicienti tamquam glossema vv. in modum contionis. Nam duas ac diversas res tunc factas esse negat Tacitus: primum a nemine iustam orationem vel contionem habitam esse, id quod vel e plano vel super humeris proximorum fieri potuisset, ut a Vibuleno Ann. 1, 22; deinde

non suggestum exstructum esse, unde aliquis vel brevibus verbis turbidos alloqueretur.“

56. ruentes] caeco impetu abreptos ac tumultuantes. Liv. 3, 11, 10: accusatus patrum ruere, turbas concitare. — socordia innocens] ipse seditionis expers, culpa vacuus, sed tantum ob socordem ignaviam. DUEBN. Prorsus similis Faenii Rufi segnis innocentia A. 14, 51. Mirum est I. Fr. Gronovium voluisse nocens et hoc melius visum esse Ernestio. — sacramenti] quod per Verginium Galbae praestiterat post interitum Neronis. DUEBN. — unde plures] „a quibus partibus plures stabant, his omnes accesserunt.“ BACH. — nutantem] quasi ipsam dubitantem quo se vertat; adhuc incertam, illique futuram, qui primus eam occupasset.

57. legionis primae] 4, 25: Bonnam, hiberna primae legionis. cf. ibid. c. 19. —

perior exercitus speciosis senatus populique Romani nominibus relictis tertium nonas Ianuarias Vitellio accessit: scires illum priore biduo non penes rem publicam fuisse. ardorem exercituum Agrippinenses Treviri Lingones aequabant auxilia equos arma pecuniam offerentes, ut quisque corpore opibus ingenio validus. nec principes modo coloniarum aut castrorum, quibus praesentia ex affluenti et parta victoria magnae spes, sed manipuli quoque et gregarius miles viatica sua et balteos phalerasque, insignia armorum argento decora, loco pecuniae tradebant instinctu et impetu et avaritia. (58) igitur laudata militum alacritate Vitellius ministeria principatus per libertos agi solita in equites Romanos disponit; vacationes centurionibus ex fisco numerat; saevitiam militum plerosque ad poenam exposcentium saepius adprobat, raro simulatione vinculorum frustratur. Pompeius Propinquus procurator Belgicae statim interfectus; Iulium Burdonem Germanicae classis praefectum astu subtraxit. exarserat in eum iracundia exercitus, tanquam crimen ac mox insidias Fonteio Capitone struxisset. grata erat memoria Capitonis; et apud saevientes occidere palam, ignoscere non nisi fallendo licebat. ita in custodia habitus et post victoriam demum stratis iam militum odiis

2 tertio ed. princ. 3 penes rem. p. agrippinenses 4 pecunia (s del. et notam litterae m add. 1m) 5 corporeo (ult. o del. 2m) 6 validis coloniarum (corr. 1m) 7 phalerasque 11 saevitiam 12 penam saepius raro Jacob: paro 13 belligeris 14 burdonem 17 saevientes 18 stratis dett.: statis (satiatis Freinsheim, sedatis Döderlein, fractis Meiser)

III. Nonas Ian.] 3. die Ianuarii. — penes rem publicam] a partibus rei publicae, libertatis. DUEBN. — ingenio] Erfindungsgabe, sollertia, qua qualiacumque auxilia et instrumenta belli excogitabant. — coloniarum aut castrorum] Illi sunt decuriones, etiam ceteri ditiores (Hauptlinge); hi tribuni, praefecti castrorum, signiferi, aquiliferi, optiones cet., ut recte Savilius. Alii tamen volunt esse Burgen, châteaux, pro castellorum; verum hoc vix probandum, quippe nimis ambiguum. — ex affluenti] Graecum ἐκ περιτοῦ, pro adiectivo, affluentia. DUEBN. Sic ex abundanti Quintil. 4, 5, 15 ex facili 3, 49. Agric. 15. cf. omnino Hand Turs. II. p. 653 seqq. Draeger Synt. § 96. — phalerasque] ornamenta et equorum et virorum. Silius 15, 255: phaleris hic pectora fulget; Hic torque aurato circumdat bellica colla. — instinctu et impetu] haec iungenda sunt, quibus alterum membrum additur et avaritia: quod ut magis appareat, Wölfflin scribit vel avaritia. cf. Ann. 14, 16 impetu et instinctu. Hist. 2, 46

furore quodam et instinctu. — avaritia] quod crederent se quae darent cum ingenti lucro recepturos. cf. 2, 84: Mucianus largus privatim, quod avidius de re publica sumeret. FREINSH.

58. in equites Romanos] ut horum favorem sibi primo quoque tempore conciliaret; libertorum fidem aliis donis firmare iam poterat, uti Asiaticum, foedum mancipium, honoravit anulis 2, 57., primo imperii die, ait Suetonius V. 12. Nisi vero hoc dicit, quia non satis libertorum cum maxime apud se habuerit, eo rem devenisse, ut tunc imponenda essent equitibus Romanis talia ministeria, etiamsi huic ordini minus convenientia. Rem sane tunc insolitam fuisse monstrat Spartian. in Hadriano 22: Ab epistulis et a libellis primus equites Romanos habuit. — vacationes] cf. 1, 46. Ann. 1, 17. 35. — saepius — raro] Germ. 22 raro conviciis, saepius caede, 42 raro armis nostris, saepius pecunia. — Pompeius Propinquus] cf. c. 12. — Fonteio Capitone] cf. c. 7. — stratis] sedatis,

dimissus est. interim ut piaculum obicitur centurio Crispinus; sanguine Capitonis se cruentaverat eoque et postulantibus manifestior et punienti vilior fuit. (59) Iulius deinde Civilis periculo exemptus, praepotens inter Batavos, ne supplicio eius ferox gens alienaretur. et erant in civitate Lingonum octo Batavorum cohortes, quartae decimae legionis auxilia, tum discordia temporum a legione digressae, prout inclinassent, grande momentum sociae aut adversae. Nonium, Donatium, Romilium, Calpurnium centuriones, de quibus supra rettulimus, occidi iussit, damnatos fidei crimine, gravissimo inter desciscentes. accessere partibus Valerius Asiaticus Belgicae provinciae legatus, quem mox Vitellius generum adscivit, et Iunius Blaesus Lugdunensis Galliae rector cum Italica legione et ala Tauriana Lugduni tendentibus. nec in Raeticis copiis mora, quo minus statim adiungerentur. ne in Britannia quidem dubitatum. (60) praeerat Trebellius Maximus per avaritiam ac sordes contemptus exercitui invisusque. accendebat odium eius Roscius Caелиus legatus vicensimae legionis, olim discors, sed occasione civium armo-

1 qui se sanguine dett. (is se sanguine Haase) 2 capitonij se add. Iac. Gronovius 4 batavos librarius scripturus poster. b in u mutat 9 disciscentes (item ed. princ.) 10 quæ 11 blesus 12 reticis 13 brittania 14 trebellin; sorde

placatis. Sic Statius Silv. 2, 5, 1 ad Domitiani leonem: *Quid tibi constrata mansuescere profuit ira?* Aeschylus Prom. 193: τὴν ἀτέραμνον στορέσας ὄργην. Thucyd. 6, 18: ἕνα Πελοποννησίων τε στορέσωμεν τὸ φρόνημα.

59. Iulius Civilis] Sic eum appellant etiam Plut. Ἐρωτ. p. 770 et Frontinus Strat. 4, 3, 14. Sed infra 4, 13: *Claudius Civilis* vocatur; unde Ryckius integrum putat fortasse nomen ei fuisse *Claudio Iulio Civili*. Et quidem iam hac aetate idem interdum duplex nomen gentile gerit, ut c. 60: *Roscius Caелиus*. Ceterum diversus sane ab hoc Civile alter ille in inscr. Eboracensis apud Grut. 87, 2: *BELATV CADRO IVL. CI VILIS OPTIO V.S.L.M.* — *quartae decimae legionis* quam e Britannia acciverat Nero 2, 11, 66; verum, ut ex hoc loco colligitur, eius auxilia in civitate Lingonum relicta erant. — *momentum*] Lucan. 4, 819: *Momentumque fuit mutatus Curio rerum*. LIPS. — *supra*] c. 56. — *Valerius Asiaticus*] fortasse filius eius, de quo A. 11, 1. RYCK. — *Iunius Blaesus*] Ann. 6, 40 duo Blaesi voluntario exitu ce-

cidisse narrantur, quorum alterutrius hic noster filius est. Nipperdey ad Ann. 6, 40. — *Italica legione*] Prima Italica tunc in Gallia tendebat. — *ala Tauriana*] „ala I Flavia Gallorum Tauriana vel I Gallorum Tauriana nota est e duobus titulis Africanis (CILVIII 2394, 2395) eidem Sertio M. Plotio Fausto praefecto alae I Flaviae Gallorum positus; certi tamen ex iis nihil de ala possumus afferre, quia M. Plotius Faustus ille tum, cum tituli dedicati sunt, postquam militare desit, sacerdos urbis Thamgadi erat. haud scio an haec ala eadem sit, quae a Tacito dicitur ala Tauriana, quae cum legione Italica Lugduni tendens inter eas copias recensetur, quae ad Vitellii partes transierint. denominatam esse alam Henzenus (Jahrb. d. Ver. v. Alt. im Rhld. vol. XIII p. 79) recte suspicari mihi videtur a Tauro quodam, qui vel constituit alam vel aliquamdiu ei praefuit.“ Ios. Vaders: de alis exercitus Romani etc. Halis Saxonum a. 1883 p. 30.

60. Trebellius Maximus] A. 14, 46. Agr. 16. — *avaritiam ac sordes*] cf. c. 52 *sordes et avaritiam*. — *Roscius Caелиus*] cui succes-

rum atrocius proruperat. Trebellius seditionem et confusum ordinem disciplinae Caelio, spoliatas et inopes legiones Caелиus Trebellio obiectabat, cum interim foedis legatorum certaminibus modestia exercitus corrupta eoque discordiae ventum, ut auxiliarium quoque militum conviciis proturbatus et adgregantibus se Caelio cohortibus alisque desertus Trebellius ad Vitellium perfugerit. quies provinciae quanquam remoto consulari mansit: rexere legati legionum, pares iure, Caелиus audendo potentior.

(61) Adiuncto Britannico exercitu ingens viribus opibusque Vitellius duos duces, duo itinera bello destinavit. Fabius valens allicere vel, si 10 abnuerent, vastare Gallias et Cottianis Alpibus Italiam inrumpere, Caecina propiore transitu Poeninis iugis degredi iussus. Valenti inferioris exercitus electi cum aquila quintae legionis et cohortibus alisque ad quadraginta milia armatorum data; triginta milia Caecina e superiore Germania ducebat, quorum robor legio unaetvicensima fuit. addita 15 utrique Germanorum auxilia, e quibus Vitellius suas quoque copias sup-

1 proruperat *super a scr. n 1m* 2 celius tribellio 3 fqd; 5 celio 7 audiendo 9 britannico 11 abnuerent *Rhenanus*: abnuerint italia 12 priore *librarius scripturus in propiore mutavit* Poeninis *Rhenanus*: pennis 13 aquile sed 9 in a mut. 1m (unde *aquilex ed. princ.*) 15 una et uicesima dett. et ed. princ.: una prima et uicesima (un- *etvicesima Sirker*)

sor Agricola in Britannia. Agr. 7. — *proruperat*] Roscius in discordiam atque odium adversus Trebellium exercendum. Alii suppleant *odium*, id quod haud patiuntur verba praecedentia, imprimis vv. *olim* (iampridem) *discors*.

61. *Britannico exercitu*] 2, 57: *ipse* (Vitellius) *e Britannico delecta octo milia sibi adiunxit*. Et Cremonae in Vitelliano exercitu erant vexilla nonae secundaque et vicesimae Britannicarum legionum. 3, 22. „Etiam reliquum exercitum Britannicum secutum clarissime patet ex eo, quod Vitellius in Trebellii Maximi locum paullo post miserit Vettium Bolanum (2, 65), qui ab exercitu agnitus, auditus postea Vespasiani motionibus, ambiguis factus est. (2, 97.)“ RYCK. — *Cottianis*] quibus Delphinatus dirimitur a Pedemontio, *mont Viso, mont Genève, mont Cenis*; olim *Cottianae* sive *Cottiae* c. 87 vocabantur a Cottio rege, cuius regia fuit Segusium, hodie *Susa*. — *Poeninis iugis*] *le grand Saint-Bernard*. Liv. 21, 38, 9: *Neque hercule montibus his — ab transitu Poenorum ullo Seduni Veragri, incolae iugi*

eius, nomen norint inditum, sed ab eo, quem in summo sacratum vertice Poeninum montani appellant. In Inscr. m. Lat. NN. 228—246 constanter est *POENINO* vel *IOVI POENINO*, semel N. 247: *DEO PENINO*. — *quintae legionis*] Alaudae. Quod autem dicit *cum aquila*, circum quam sane stabat robor legionis, nolim tamen cum Rittero interpretari de tota legione; cur enim tam insolite scripsisset pro *cum quinta legione*? Sed significari puto cohortes saltem auxiliares in Germania inferiore relictas esse unaque certum numerum Romanorum militum eiusdem legionis, uti constare Burnoff arbitratur ex 4, 35: *mille delectos e quinta et quinta decima legionibus apud Vetera obsessis*. Ac sane vix credibile tam cito post Vitellii interitum *aquilam legionis quintae*, quae hic inter Vitellianos memoratur, in Germaniam remitti potuisse. — *unaetvicensima*] Rapax, quae Vindonissae in Helvetia tendebat. Eius mentio in lateribus ibi repertis. Inscr. m. Lat. N. 440. de scriptura loci cf. *Sirker Tacit. Formenlehre* p. 41. — *Germanorum auxilia*] etiam Transrhenanorum. 2, 17; ple-

plevit, tota mole belli secuturus. (62) mira inter exercitum imperato-
remque diversitas. instare miles, arma poscere, dum Galliae trepident,
dum Hispaniae cunctentur: non obstare hiemem neque ignavae pacis
moras; invadendam Italiam, occupandam urbem; nihil in discordiis civi-
libus festinatione tutius, ubi facto magis quam consulto opus esset.
torpebat Vitellius et fortunam principatus inertis luxu ac prodigiis epulis
praesumebat, medio diei temulentus et sagina gravis, cum tamen ardor
et vis militum ultro ducis munia implebat, ut si adesset imperator et
strenuis vel ignavis spem metumve adderet. instructi intentique signum
profectionis exposcunt. nomen Germanici Vitellio statim additum: Cae-
sarem se appellari etiam victor prohibuit. laetum augurium Fabio Va-
lenti exercituique, quem in bellum agebat, ipso profectionis die aquila
leni meatu, prout agmen incederet, velut dux viae praevolavit; longum-
que per spatium is gaudentium militum clamor, ea quies interritae
alitis fuit, ut haud dubium magnae et prosperae rei omen acciperetur.
(63) et Treviros quidem, ut socios, securi adiere. Divoduri (Medio-
matricorum id oppidum est) quanquam omni comitate exceptos subitus

1 mira inter *dett.*: mirante 3 ignavae 4 civilibus *dett.*: ulibus 5 festinatus | ne
tutius (*corr.* 2m) 6 fortuna Inmerti 9 metūque (*sic*) *librarius* q; *scripturus* q in uq
mutavit inferiore parte litterae q lineola deleta 10 Nom addito (*v̄* *superscr.* 2m) ce-
sarē 11 valentē (*corr.* 1m) 12 exercitui que profectiones 13 leni *Acidaltus*: leni
14|15 Intrita | ea litis 15 omen *dett.*: nom accipiretur

raque tamen videntur esse delecta inter Ger-
manos Cisrhenanos.

62. neque ignavae pacis moras] Referuntur
haec ad Vitellii torporem per βραχυλο-
γίαν quasi dixisset: „haud diutius se pas-
suros tantam ignaviam, quasi pax adhuc esset,
cum contrarias iam partes amplexi essent.“
(Doederlein sic distingui iubet: „non obstare
hiemem; neque ignavae pacis moras!“ ἀπο-
σπρωγνῶς, scilicet „ferendas esse, ut Ann.
14, 57: nec ultra moras,“ ubi nos mora sub-
lata geminatione litterae s orta ex seq. v.
Sulla.) — sagina gravis] Suet. V. 13: Ut
autem homo non profundae modo, sed intem-
pestivae quoque ac sordidae gulae ne in sacri-
ficio quidem unquam aut vivere ullo tempe-
ravit, quin inter altaria ibidem statim viscus
et farra paene rapta e foco manderet, circa-
que viarum popinas fumantia, obsonia, vel pri-
diana atque semesa. Adde Dionem 65, 2
seqq. — cum tamen — implebat] de indica-

tivo particulis cum tamen iuncto cf. *Draeger*
Synt. § 164, exemplis ab Heraeo collectis
adde Vergil. Aen. 10, 508 Haec te prima
dies bello dedit, haec eadem aufert, Cum tamen
ingentis Rutulorum linguas acervos! 9, 513.
Ovid. metam. 12, 587 Cum tamen ille — Vivit
adhuc. — Caesarem] Hinc in nummis ab eo
Romae signatis vocatur tantum AVGVSIVS.
cf. *Akerman* I p. 176—180. (Aegyptium num-
mum cum elogio *Caesaris* exhibet *Pellerin*
in *Mélange* I. Tab. 13. Vide *Eckhel* D. N.
IV p. 56 et VI p. 309. cf. et infra 2, 62
et 3, 58. Suet. V. 8. OBERLIN.) — meatu]
poetice dictum de volatu semper aequabili,
ut Ann. 6, 28 ubi par oneri, par meatui sit
(avis phoenix). *Petron.* Sat. 122 v. 177 Haec
ubi personuit, de caelo Delphicus ales Omina
laeta dedit pepulitque meatibus auras. *Silius*
12, 102 pro nubivago — meatu.

63. Divoduri] hodie Metz, quod nomen
oppido venit ex *Mediomatricorum* populo Gal-

pavor terruit, raptis repente armis ad caedem innoxiae civitatis, non ob-
praedam aut spoliandi cupidine, set furore et rabie et causis incertis
eoque difficilioribus remediis, donec precibus ducis mitigati ab excidio
civitatis temperavere: caesa tamen ad quattuor milia hominum. isque
terror Gallias invasit, ut venienti mox agmini universae civitates cum
magistratibus et precibus occurrerent, stratis per vias feminis puerisque,
quaeque alia placamenta hostilis irae non quidem in bello sed pro pace
tendebantur. (64) nuntium de caede Galbae et imperio Othonis Fabius
Valens in civitate Leucorum accepit. nec militum animus in gaudium
aut formidine permotus: bellumolvebat. Gallis cunctatio exempta et
in Othonem ac Vitellium odium par, ex Vitellio et metus. proxima
Lingonum civitas erat fida partibus. benigne excepti modestia certavere.
sed brevis laetitia fuit cohortium intemperie, quas a legione quarta
decima, ut supra memoravimus, digressas exercitui suo Fabius Valens
adiunxerat. iurgia primum, mox rixa inter Batavos et legionarios, dum
his aut illis studia militum adgregantur, prope in praelium exarsere, ni
Valens animadversione paucorum oblitos iam Batavos imperii admonuisset.

1 raptis repente a b: raptisae | repente (ae in fine versus per errorem additae sunt, de-
lendas esse corrector lineola in litt. e indicavit cf. quae de hoc loco in *Fleckeiseni* annal.
a. 1882 p. 138 disputavi) derepente *Io. Fr. Gronovius* cedē 2 cupidinē notam del. 1m
set] et furorē notam del. 1m rabię 4 ad] a 9 leucorum ed. princ.: leuchrorū
10 formidinē 2molvebant *Heinsius* (volebant *Graevius*) et] est *Halm*, etenim *Nip-
perdey* 12 excepti (*pr.* i del. 1m) 13 Intēperię (notam infra e del. 2m) 13/14 quat-
tuordecī 15 adiunxerat rixae *O. Güthling* batavos *librarius scripturus post. b* in u
mutavit 16 is 17 animaduersionē notam del. 1m

liae Belgicae ad Mosellam. — raptis — ar-
mis] de usu ablativi absoluti cf. *Draeger*
Synt. § 209. — temperavere] se continuerunt,
eadem constructione, qua Verg. Aen. 2, 8:
quis — temperet a lacrimis? — magistratibus
et precibus] magistratibus praecedentibus et
una cum reliqua multitudine veniam precan-
tibus. pro precibus Wex proponebat *princi-
pi-
bus*. et mire sane Tac. cum magistratibus et
precibus coniunxit, sed sunt aliae eiusmodi
iuncturae, quae non minus offendant, ut 2, 3
precibus et igne puro altaria adolentur, 2, 88
cum terrore et armatorum catervis, 3, 22 per-
iram ac tenebras, 3, 41 eo metu et paucis —
comitantibus, 4, 55 corpore atque adulterio,
4, 57 Galbam et infracta tributa. — alia pla-
camenta] infulae et velamenta. c. 66. 3, 31.

Adde Cic. Verr. 4, 50 § 110, ubi infulae et
verbenae. Ovid. A. A. 2, 401: vittae et lau-
rus. ERN. Adde Caesar. B. C. 2, 11. —
non quidem in bello] Erant preces et suppli-
cia, ut in bello; neque bellum erat, sed ta-
men timebant hostilia et pacem sic orabant.
LIPSIUS.

64. Leucorum] populi Galliae Belgicae
inter Matronam (*Marne*) et Mosellam, cuius
caput *Tullum*, hodie *Toul*. — formidine]
Rursus variata constructione, quae obliterari
haud debebat. — Lingonum] cf. c. 53 et 54.
— cohortium] Batavorum. c. 59. — iurgia
primum] Ex v. exarsere per zeugma elicienda
ad haec vv. orta sunt. — imperii] ad utrum-
que verbum pertinet et oblitos et admonuisset.

frustra adversus Aeduos quaesita belli causa: iussi pecuniam atque arma deferre gratuitos insuper commeatus praebuere. quod Aedui formidine, Lugdunenses gaudio fecere. sed legio Italica et ala Tauriana abductae: cohortem duodevicesimam Lugduni, solitis sibi hibernis, relinqui placuit.

5 Manlius Valens legatus Italicae legionis, quanquam bene de partibus meritis, nullo apud Vitellium honore fuit: secretis eum criminationibus infamaverat Fabius ignarum et, quo incautior deciperetur, palam laudatum.

(65) Veterem inter Lugdunenses et Viennenses discordiam proximum bellum accenderat. multae in vicem clades, crebrius infestiusque quam ut tantum propter Neronem Galbamque pugnaretur. et Galba reditus Lugdunensium occasione irae in fiscum verterat; multus contra in Viennenses honor. unde aemulatio et invidia et uno amne discretis conexum odium. igitur Lugdunenses extimulare singulos militum et in eversionem 15 Viennensium impellere, obsessam ab illis coloniam suam, adiutos Vindicis conatus, conscriptas nuper legiones in praesidium Galbae referendo. et ubi causas odiorum praetenderant, magnitudinem praedae ostendebant. nec iam secreta exhortatio, sed publicae preces: irent ultores, excinderent sedem Gallici belli. cuncta illic externa et hostilia: se coloniam

2 deferret (deferrent *ed. princ.*) 3 Italicae sed q in a mut. 1m taurina (v. c. 59) 4 XVIII (decimam octavam *ed. princ.*, octavam decimam *Ritter*, cf. *Sirker Tac. Formenlehre* p. 41), tertiam decimam *Th. Mommsen* lugdini 7 ignarus (s. *del. 1m*) 1—9 cum scriptura loci vetustate evanida esset, recentissima manus totum locum (frustra — proximum) in marg. repetivit ita, ut v. 2 deferre corrigeret, v. 4 sibi omitteret. 9 et viennenses (*sic*) in marg. b add. 2m (Viennensesque *Puteolanus*, ac Viennenses *Ritter*) 17 magnitudine 18 exortatio 19 cuncta (*nota erasa*) colpniā (*sic*; h. e. colperniam)

WALTH. — Aeduos] c. 51. — Lugdunenses gaudio] ut qui Galbae infensi essent (cf. c. 51 et 65) partes Vitellii tamquam Neronis ultoris libenter amplectebantur. — cohortem duodevicesimam] Cohortes singulas praeter legiones habitas (cf. Ann. 1, 8) numero distinguuntur etiam locus c. 80, ubi cohors XVII memoratur. WALTH. aliter *Nipperdey* ad Ann. 3, 41 Mommsenium secutus.

65. proximum bellum] Vindicis. — uno amne] Rhodano. — externa et hostilia] quoniam Vienna antiquum erat oppidum Allobrogum. Strabo 4 p. 185: Οὐδένα τῶν τῶν Ἀλλοβρόγων μητρόπολιν. Quando autem et quomodo colonia Romana facta sit, parum constat; id quod notandum contra Lipsii ὑπόθεσιν statim afferendam. Ceterum haud improbabile est post Viennensium seditionem,

de qua Velleius 2, 121, ad eos in posterum coercendos a Tiberio Viennam deductam esse coloniam; sic rhetorice saltem de longo tempore loqui poterat Claudius. — se coloniam Romanam] „Quid ergo? non etiam Vienna inter Romanas colonias? Vero pridem. Vel Claudio imperatori credamus in oratione, quam pro Gallis habuit: *Ornatissima ecce colonia valentissimaque Viennensium quam longo iam tempore senatores huic curiae commfert!* (Vide Excursum ad Ann. 11, 23.) Sed et noster statim de eadem: *tum vetustas dignitasque coloniae valuit.* Equidem haud satis haec concilio. Nisi si Viennenses prisci, id est, Allobroges sive Galli, donati colonico iure, etsi militibus aut Romanis civibus non deductis, Lugdunum autem contra magnam partem Romanis familiis stetit. Nam

Romanam et partem exercitus et prosperarum adversarumque rerum socios. si fortuna contra daret, iratis ne relinquerentur. (66) his et pluribus in eundem modum perpulerant, ut ne legati quidem ac duces partium restingui posse iracundiam exercitus arbitrarentur, cum haud ignari discriminis sui Viennenses velamenta et infulas praeferentes, ubi 5 agmen inceserat, arma genua vestigia prensando flexere militum animos. addidit Valens trecenos singulis militibus sestertios. tum vetustas dignitasque coloniae valuit et verba Fabi salutem incolumitatemque Viennensium commendantis aequis auribus accepta. publice tamen armis multati privatis et promiscuis copiis iuvare militem. sed fama constans 10 fuit ipsum Valentem magna pecunia emptum. is diu sordidus, repente dives mutationem fortunae male tegebat, accensis egestate longa cupidinibus immoderatus et inopi iuventa senex prodigus. lento deinde agmine per fines Allobrogum ac Vocontiorum ductus exercitus, ipsa itinerum spatia et stativorum mutationes venditante duce, foedis pactionibus ad- 15 versus possessores agrorum et magistratus civitatum, adeo minaciter, ut Luco (municipium id Vocontiorum est) faces admoverit, donec pecunia mitigaretur. quotiens pecuniae materia deesset, stupris et adulteriis exorabatur. sic ad Alpes perventum.

(67) Plus praedae ac sanguinis per Caecinam haustum. inritaverant 20 turbidum ingenium Helvetii, Gallica gens, olim armis virisque, mox

2 traderet 3 ne Io. Fr. Gronovius: nec 4 posset 5 ignaris 7 vetusta 8 ueniū 9 auribus b: saxurib; (mox auribus *Meiser*) publice 10 privatis et] privatim L. Spengel 12 mutatio | tionē (*sic*) 13 agminine 14 Allobrogia | ac uocantiorum (in marg. conti 2m) 15 foedis 20 per Caecinam haustum *Meiser*: p̄ ecēina hausit 21 helueti olim *Rhenanus*: solim

et hic externos immixtos Dio suadet 46, 50 ad a. u. 711, ubi narrat milites Antonii et L. Munatii Planci, ne quid turbarent, a senatu iussos esse τούς ἐκ Οὐιέννης τῆς Ναρβωνησίας ὑπὸ τῶν Ἀλλοβρόγων ποτὲ ἐκπεσόντας καὶ ἐς τὸ μεταξὺ τοῦ τε Ῥοδανοῦ καὶ τοῦ Ἀράριδος, ἧ συμμίγνυνται ἀλλήλοις, ἰδρυθέντας συνοικίσει: καὶ οὕτως ἐκεῖνοι ὑπομείναντες τὸ Λουγούδουον μὲν ὀνομασθέν νῦν δὲ Λούγδουον καλούμενον ἔκτισαν.“ LIPS. Ceterum Paulus fr. 8. § 1. D. 50, 15 de Cens.: *Lugdunenses Galli, item Viennenses in Narbonensi iuris Italici sunt.* cf. Puchta *Geschichte des Rechts bei dem röm. Volk. Zweite Aufl. Leipzig* 1845. p. 412 seqq. Id quod non impedit, quo minus iam longo tempore ante Claudium Viennensium primoribus, qui domi suae magistratus, v. c. duumviratum

iuri dicundo, gessissent, aditus in curiam patuerit. — si fortuna contra daret] Idem εὐφημισμός Ann. 15, 13 „si fortuna in contrariam partem iret, faveret adversariis.“

66. Vocontiorum] populi Galliae Narbonensis, hodie *Dauphiné* et partim *Provence*. Eorum caput Vasio, hodie *Vaison*. — spatia] per fines populorum, qui eum corruperant, itinera diurna faciebat maiora, quo citius sumptibus levarentur; apud eos, qui pecunias non solverant, diutius commorabatur. — Luco] Lucus Augusti, Plin. 3, 4, 37, hodie *Luc*. — pecuniae materia] Non intellegam occasionem, praetextum postulandae, sed facultatem dandae: „ubi propter inopiam pecunia non posset solvi.“

67. olim] antequam devicti essent a Caecina

memoria nominis clara, de caede Galbae ignari et Vitellii imperium abnuentes. initium bello fuit avaritia ac festinatio unaetvicensimae legionis. rapuerant pecuniam missam in stipendium castelli, quod olim Helvetii suis militibus ac stipendiis tuebantur. aegre id passi Helvetii, interceptis epistulis, quae nomine Germanici exercitus ad Pannonicas legiones ferebantur, centurionem et quosdam militum in custodia retinebant. Caecina belli avidus proximam quamque culpam, antequam paeniteret, ultum ibat. nota propere castra, vastati agri, direptus longa pace in modum municipii extractus locus, amoeno salubrium aquarum usu frequens. missi ad Raetica auxilia nuntii, ut versos in legionem Helvetios a tergo adgrederentur. (68) illi ante discrimen feroces, in periculo pavidi, quanquam primo tumultu Claudium Severum ducem legerant, non arma noscere, non ordines sequi, non in unum consulere. exitiosum adversus veteranos proelium, intuta obsidio dilapsis vetustate moenibus. hinc Caecina cum valido exercitu, inde Raeticae alae cohortesque et ipsorum Raetorum iuventus sueta armis et more militiae exercita. undique populatio et caedes. ipsi medio vagi abiectis armis, magna pars saucii aut palantes, in montem Vocetium perfugere. ac statim inmissa cohorte Thracum depulsi et consecrantibus Germanis Raetisque per silvas atque in ipsis latebris trucidati. multa hominum milia caesa, multa sub corona venundata. cumque dirutis omnibus Aventicum gentis

1 cede 2 una et vicensima (ult. a in q mut. 1m) (unetvicensimae Pichena) 3 missam stipendio *librarius scripturus* o in ū mutavit 5 eplis cum lin. transversa in l 7 quanque 10 retica heluitios 12 quanqua 14 peliū 15 reticę 16 rethorum undeque 17 nagi (v super n scr. 2m) 19 cohortē notam del. 1m rhetisq;

sare. — de caede Galbae ignari] Tacitus ita dixit pro caedis Galbae ignari, ut vitaretur concursus genitivorum ex se pendentium. RUP. — rapuerant] ante Caecinae adventum ex Germania; legio Rapax autem tendebat Vindonissae (*Windisch*) haud procul a vico Aquensi. c. 61. — tuebantur] contra Germanorum, puto, latrocinia atque incursiones. — centurionem] cui mandatum erat, ut epistulas illas in Pannoniam perferret. — locus] vicus Aquensis, ut est in Inserr. m. L. N. 457, hodie Baden prope Turicum, ad Limagum flumen, in pago Argoviensi. — in modum municipii] tanto ambitu atque incolarum frequentia, ut instar municipii alicuius esset. — amoeno — aquarum usu] Qualis hic usus fuerit postea per mediam, quam dicunt, aetatem, egregie descripsit Poggius in celebrata illa

epistola ad Nicolaum Nicolium missa. Epp. ed. Th. de Tonellis. Vol. I. p. 1.

68. non arma noscere] Armis uti nesciebant. DUEBN. — veteranos] veteres et exercitati milites ad differentiam trionum, non veterani proprie dicti. — ipsorum Raetorum iuventus] non conscripta a Romanis, sed ultro ad latrocinium exercendum profecta. — more militiae] cf. c. 18. Sall. Jug. 54 meritos in proeliis more militiae donat. vel opus est Romanae (Heinsius et Ritter) vel nostrae (Sirkker) addere. — medio] Puteolanus in medio scripsit, at cf. de hoc usu ablativi sine praepositione Dräger Synt. § 57. — montem Vocetium] partem Iurae, hodie Boesberg prope vicum Aquensem, tres fere leucas inde distantem; per quem montem nunc iter a Turico Basileam versus ducit. — Aventicum] hodie

caput iusto agmine peteretur, missi qui dederent civitatem; et dedito accepta. in Iulium Alpinum e principibus ut concitorem belli Caecina animadvertit: ceteros veniae vel saevitiae Vitellii reliquit. (69) haud facile dictu est, legati Helvetiorum minus placabilem imperatorem an militem invenerint. civitatis excidium poscunt, tela ac manus in ora legatorum intentant. ne Vitellius quidem verbis et minis temperabat, cum Claudius Cossus, unus ex legatis, notae facundiae, sed dicendi artem apta trepidatione occultans atque eo validior, militis animum mitigavit, ut est mos vulgo, mutabilem subitis et tam pronum in misericordiam quam inmodicus saevitia fuerat: effusis lacrimis et meliora constantius postulando impunitatem salutemque civitati impetravere. (70) Caecina paucos in Helvetiis moratus dies, dum sententiae Vitellii certior fieret, simul transitum Alpium parans, laetum ex Italia nuntium

1 capud dederē 2 cecinā notam del. 1m 3 animā adūit 4 post placa [folium 57 codicis Medicei desinit: omnia a syll. bilem usque ad c. 75 incertum desunt M., cuius in margine infima recentissima manus adnotavit: Deest Carta h. e. unum folium. ad hunc locum iam ante Victorium deficientem post Baiterum contuli duos alios codices Florentinos bibliothecae Laurentianae plutei 68 cod. 4 et 5 (nobis a, b) saeculo 15 ex M. descriptas, antequam charta illa periisset. (cf. Fleckeiseni annal. a. 1882 p. 139 sqq.) 5 novitatis a b 6 intemptant b et] ac a (minis ac verbis aliis) 7 quum b cossutianus b e a (non b) 8 multis b (multis sic corr.) 9 vulgo alii: vulgus a b mutabile a b misericordia a b 10 inmodicus Freinsheim: imodicum a, in modicum b 12 Cecina a b

Avenches, Germanice *Wifisburg*, haud procul a Friburgo, cuius Inscriptiones dedi N. 360 — 400. Post Flavios deinde gloriosus eius titulus fuit *COLONIA PIA FLAVIA CONSTANS EMERITA HELVETIORUM*. Inscr. m. L. N. 363, qui satis demonstrat eam a Vespasiano in damni hoc bello dati levamen factam esse coloniam. Sub Constantio iam desertam testatur Ammianus Marcellinus 15, 11, 12: *Aventicum, desertam quidem civitatem, sed non ignobilem quondam, ut aedificia semivrita nunc quoque demonstrant*. RYCK. Quo tempore ita dirutum sit, parum constat. — *Iulium Alpinum*] de quo illa inscriptio N. 400 tantopere celebrata ab Io. de Mueller et Byronio: *IVLLA ALPINVLA HIC IACEO INFELICIS PATRIS INFELIX PROLES DEAE AVENT. SACERD. EXORARE PATRIS NECEM NON POTVI MALE MORI IN FATIS ILLI ERAT VIXI ANNOS XXXIII*. conficta a Paulo Gulielmo. Filiae eius Iuliae Alpinulae nomen falsarius desumpsit ex inscriptione Aquensi N. 457 *ALPINIA APLINULA*.

69. civitatis excidium] non omnium Helvetiorum (ut credebatur Mueller *Schweizergesch.* 1, 6 p. 55), sed Aventici, quod gentis caput fuit. (c. 68.) GUTMANN. — verbis et minis] 3, 24 minis et verbis. — Claudius Cossus] MS. Oxon. *Cornelius Cossus*, quod placebat Iac. Gronovio. Sane *Cossus* est cognomen Corneliorum, non Claudiorum; idque et ipse verum puto. ERN. Immo verissimum esset Ciceronis tempore; sed hac aetate praesertim per provincias maxima iam erat nominum confusio, adeo ut in Tacito omnia nitantur sola duorum Codd. Medd. fide. — ut est mos vulgo] c. 7 ut est mos vulgi, Ann. 1, 39 utque mos vulgo, 4, 64 qui mos vulgo, 12, 47 mos est regibus. — mutabilem — fuerat] non generalis, sed specialis est sententia: *militis animum mitigavit*, qui erat (ut est mos vulgo) *mutabilis subitis et tam pronus in misericordiam quam inmodicus saevitia fuerat*. — meliora] bene Ernesti scripturam codicum noto illo di meliora tuetur, ut non opus sit moliora (Acidalius et Lipsius) vel mitiora (Meiser) corrigere.

accipit alam Silianam circa Padum agentem sacramento Vitellii accessisse. pro consule Vitellium Siliani in Africa habuerant; mox a Nerone, ut in Aegyptum praemitterentur, exciti et ob bellum Vindicis revocati ac tum in Italia manentes instinctu decurionum, qui Othonis ignari, 5 Vitellio obstricti robur adventantium legionum et famam Germanici exercitus attollebant, transiere in partes et ut donum aliquod novo principi firmissima Transpadanae regionis municipia Mediolanum ac Novariam et Eporediam et Vercellas adiungere. id Caecinae per ipsos compertum. et quia praesidio alae unius latissima Italiae pars defendi 10 nequibat, praemissis Gallorum Lusitanorumque et Britannorum cohortibus et Germanorum vexillis cum ala Petriana, ipse paulum cunctatus est, num Raeticis iugis in Noricum flecteret adversus Petronium Urbicum procuratorem, qui concitis auxiliis et interruptis fluminum pontibus 15 alasque, simul reputans plus gloriae retenta Italia, et ubicumque certatum foret, Noricos in certa victoriae praemia cessuros, Poenino itinere subsignatum militem et grave legionum agmen hibernis adhuc Alpibus transduxit.

1 accepit *b* Silianam *Bipontini*: silanum *a b* (silanum *b*²) 2 proconsulem *b* Siliani *Bipontini*: silani *a b* habuere *b* 3 egyptum *n b* (n puncto del. *b*²) acciti (*super ac scr. ex*) *a*, exacciti *b* prouocati *a b* 4 tamen (*superscr.* uel tum) *a* 6 transire *a b* domum *a b* (*corr. b*²) 7 religionis *a* 8 nouaria *a* Eporediam *a b* (*in marg. al. iporedia b*²) cecine *a b* 10 britannorū (*sic*) *a* 11 ala Petriana Boecking (ala Petrina Savilius): alpe triaria *a b* 12 num Puteolanus: ut *a b* rethicis *a b* Urbicum Freinsheim (Ann. 11, 35): urbi *a b* 14 moetu *b* ammitteret *a* 15 simulare putans *a b* (*corr. b*²) ubicunq; *b* 16 cetera alii pennino *a b* 17 [legionum] *Nipperdey* 18 traduxit alii

70. *alam Silianam*] quia infra 2, 17 Med. (is hic deficit) eandem alam *Silianam* vocat, et quoniam veri similis visum est hanc alam a *C. Sillio* superioris sub Tiberio Germaniae legato (cf. A. 1, 31. 72. 2, 6. 7. 25. 3, 42. 45. 4, 18) et viro clarissimo nomen accepisse quam ab obscuro quodam praefecto, cui Sullae nomen fuerit, equidem cum *Bipontinis* et hoc loco *Silianam* dedi et paulo post *Siliani*. RITTER. — *in Aegyptum*] cf. c. 31. — *Eporediam*] hodie *Irea*. — *Germanorum vexillis*] sunt electi e Germanorum auxiliis sub vexillis compositi; nam supra c. 61 dixerat: *addita utrique* (Valenti et Caecinae) *Germanorum auxilia*. — *ala Petriana*] quae et 4, 49 in partibus Vitellianis, nominata videtur ab equitibus Romanis illustribus, quibus *Petra cognomentum*. A. 11, 4. — *sub-*

signatum] H. I. non aliud significare potest quam legionarios, totam legionem XXI. Rapacem; praemisera enim auxiliariae copias, ut cum ala Petriana latissimae Italiae parti praesidio essent. Ceterum cf. Ernestium ad H. 4, 33, ubi idem vocabulum. — *et grave legionum agmen*] Haec vv. inserviunt ἐπεξηγήσει vv. *subsignatum militem*; nec ab iis divelli possunt, ut illa aliud genus militum significent. Quodsi quid inest in num. plur. *legionum*, id indicabit praeter legionem XXI. fuisse etiam aliarum vexilla nonnulla (*détachements*) in Caecinae exercitu. — *hibernis Alpibus*] Sic iam *Furius Bibaculus* apud Horat. Sat. 2, 5, 41: *Iuppiter hibernas cana nive conspuat Alpes*. Hic autem *Alpes* sunt illae ipsae iugi Poenini, quod monendum erat propter illos, qui perverse opinabantur, sub-

(71) Otho interim contra spem omnium non deliciis neque desidia torpescere: dilatae voluptates, dissimulata luxuria et cuncta ad decorem imperii composita; eoque plus formidinis afferebant falsae virtutes et vitia reditura. Marium Celsum consulem designatum, per speciem vinculorum saevitiae militum subtractum, acciri in Capitolium iubet. 5 clementiae titulus e viro claro et partibus invisio petebatur. Celsus constanter servatae erga Galbam fidei crimen confessus exemplum ultro imputavit. nec Otho quasi ignosceret, sed, ne hostem metueret, consiliatorem adhibens statim inter intimos amicos habuit et mox bello inter duces delegit. mansitque Celso velut fataliter etiam pro Othone 10

1 delitiis *a* 3 formidui] (*sic*) *b* 7 servare *a* fidem *b* (*corr. b*²) 8 hostem Meiser: hostes *a b* (hostem eum Ritter) moeueret *b* consiliatorem Meiser: consiliatorem *b*, conciliationis *a* 10 mansiq; (*t superscr.*) *a*

signatum militem Poenino itinere traductum, aliud nescio quod grave legionum agmen aliis Alpibus; quibus, dicere non poterant. *Grave* autem adiunxit, quo uno saltem verbo huius itineris difficultatem significaret.

71. *dilatae voluptates*] quas tranquilliore tempore resumeret. Aliter Iuven. 2, 99: *Ille tenet speculum, pathici gestamen Othonis, Actoris Aurunci spoliū, quo se ille videbat Armatum, cum iam tolli vexilla iuberet. — Nimirum summi ducis est occidere Galbam, Et curare cutem (humecto pane faciem linere SCHOL.)* Dio 64, 8: ὁ τε γὰρ βίος αὐτοῦ καὶ ἡ διαίτα τό τε τῷ Σπόρῳ συνεῖναι καὶ τὸ τοῖς λοιποῖς τοῖς Νερωνείοις χρῆσθαι πάνυ πάντας ἐξεφόβει. — *Marium Celsum*] cf. Plut. Otho 1: Ὁ δὲ νεώτερος αὐτοκράτωρ ἄμ' ἡμέρα προελθὼν εἰς τὸ Καπιτώλιον ἔδυσε καὶ κελεύσας Μάριον Κέλσον ἀγῶνιαι πρὸς αὐτὸν ἠσάσαστο καὶ διελέχθη φιλιανθρώπως καὶ παρεκάλεσε τῆς αἰτίας ἐπιλαΐεσθαι μάλλον ἢ τῆς ἀφέσεως μνημονεύειν. Τοῦ δὲ Κέλσου μῆτι' ἀγερινῶς ἀποκριναμένου μῆτι' ἀνιστάτης, ἀλλὰ φήσαντος αὐτοῦ τοῦ τρόπου διδόναι τὸ ἔγκλημα πίστιν, ἐγκαλεῖσθαι γάρ, ὅτι Γάλλα βέβαιον ἑαυτὸν παρέσχεν, ὃ χάριν οὐδεμίαν ἄφειλεν, ἠγάσθησαν οἱ παρόντες ἀμφοτέρων καὶ τὸ στρατιωτικὸν ἐπήνεσεν. — *titulus*] honor, gloria, ut Ovid. metam. 4, 645 et hunc praediae titulum Iove natus habebit, 7, 56 magna sequar: *titulum servatae pubis Achivae*. cf. c. 75 *clementiae gloriam tulit. — partibus invisio*] Othonianis. — *exemplum ultro imputavit*] „Tam generose Tacitus. 11.

locutus est, ut non solum pro se non deprecaretur, quasi quid in Othonem deliquisset, verum etiam ultro, id est, insuper demonstraret exemplum fidei a se editum gratum esse Othoui debere; interesse enim et ipsius fidos amicos habere; talemque se in eius amicitia futurum, qualis in Galbae fuisset.“ cf. c. 38: *hoc solum erit certamen, quis mihi plurimum imputet. — nec Otho quasi ignosceret*] h. e. nec Otho ita se gessit, quasi esset quod ignosceret, nullam omnino culpam in eo agnoscebat. — *ne hostem metueret*] scilicet eum, quod per se intellegitur. *hosti* autem hoc loco Tacitus, ut est antitheti studiosus, *consiliatorem* opponit, ut similiter c. 37 *donec dubitabitur, imperatorem populi Romani in castris an hostem habeatis*. c. 88 *nec ut imperatoris fratrem nec ut hostis*. tota sententia aequae conformata est ac 4, 13 *sed Civilis — ne ut hosti obviam iretur — Vespasiani amicitiam studiumque partium praecedit. — consiliatorem adhibens*] c. 90 *quando, ut in consiliis militiae Suetonio Paulino et Mario Celso, ita in rebus urbanis Galeri Trachali ingenio Othonem uti credebatur*. substantiva in *tor* exeuntia, quibus Tacitus amat uti, legit *Draeger* Synt. § 6. *consiliator* est apud Plin. ep. 4, 17, 6 *ille in gerendis consiliator et rector*. Phaedr. 2, 7 (6), 2 *consiliator maleficus*. Ceterum sententiae, quam Tacitus h. l. expressit, ex parte saltem respondent illa Dionis 64, 7: ἀλλ' οὐ γὰρ εἶχεν, ἄπαξ ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἐσελθὼν, ἀναδύναι· καὶ ἐνέμενεν ἐν αὐτῇ καὶ δίκην ἔδωκε, καίτοι πολλὰ καὶ

fides integra et infelix. laeta primoribus civitatis, celebrata in vulgus Celsi salus ne militibus quidem ingrata fuit, eandem virtutem admirantibus, cui irascebantur. (72) par inde exultatio disparibus causis consecuta impetrato Tigellini exitio. Sophonius Tigellinus obscuris parentibus, foeda pueritia, impudica senecta, praefecturam vigilum et praetorii et alia praemia virtutum, quia velocius erat, vitiis adeptus, crudelitatem mox, deinde avaritiam, virilia scelera, exercuit, corrupto ad omne facinus Nerone, quaedam ignaro ausus ac postremo eiusdem desertor ac proditor. unde non alium pertinacius ad poenam flagitaverunt, diverso affectu, quibus odium Neronis inerat et quibus desiderium. apud Galbam Titi Vini potentia defensus praetextis servatam ab eo filiam. haud dubie servaverat non clementia, quippe tot interfectis, sed effugium in futurum, quia pessimus quisque diffidentia praesentium mutationem pavens adversus publicum odium privatam gratiam praeparat; unde nulla innocentiae cura, sed vices impunitatis. eo infensior populus, addita ad vetus Tigellini odium recenti Titi Vini invidia, concurrere ex tota urbe in Palatium ac fora, et ubi plurima vulgi licentia, in circum ac theatra effusi seditiosis vocibus strepere, donec Tigellinus accepto apud Simues-

1 et foelix (om. in) b primoribus *Rhenamus*: promoribus a, pro moribus b celebrata b 2 amirantibus a, ammirantibus; b 3 qui b consequuta b 4 tigellini a b Sophonius *Lipsius*: Ophonius a b tigellinus a b 5 foeda a puericia b 6/7 mox crudelitatem *Wölflin et L. Spengel* 7 auariciam b 8 ac] at a b 9 flagitaverat alii 11 titi iu] a (nii in marg. add. a²), T. iunii b defensu est *Nipperdey* praetextis (x in ras.) a, pretex (deinde spatio trium quattuorve litterarum relicto sine rasura) cufis (sic) b et haud alii 13 mutatione a 15 vicis *L. Spengel* 16 tigellini a b iunii a b invidiam b (in del. b²) concurrere in palatium et tota urbe a b ex *Heraeus*: e alii 17 circum et b 18 seditiosis a b (corr. b²), seditiosis alius obstrepere alii tigellinus a b

μέτρια πρὸς θεραπεῖαν τῶν ἀνδρώπων ποιήσας· οὐχ ὅτι οὕτως ἐπεφύκει, ἀλλ' ὅτι οὐδούντων αὐτῷ διὰ τὸν Βιτέλλιον τῶν πραγμάτων οὐκ ἦθελε καὶ τοὺς ἄλλους ἐπιπολεμῶσαι. — *integra et infelix*] „intemerata quidem, sed eadem infelix,“ quia Celsus Othonem pariter atque Galbam amisit et ad Vitellii clementiam confugere cogebatur. cf. 2, 60.

72. *praetorii*] cf. Ann. 14, 51 et seqq. passim. — *virilia scelera*] qualia viri exercere seque iis foedare solent: refer ad ea quae praecedunt *foeda pueritia, impudica senecta*. quod dixit *crudelitatem* — *avaritiam* — *exercuit*, isdem verbis usus est, quibus Sueton. Nero 26 *Petulantiam, libidinem, luxuriam, avaritiam, crudelitatem* sensim quidem primo et occulte et velut iuvenili errore exercuit. — *desertor ac proditor*] 2, 44 *desertorem proditoremque incre-*

pant. Ann. 2, 10 *desertor et proditor*. item *deserere ac prodere* iungit Cic. pro Flacco 33 § 81. in Verr. 1, 33 § 84. Caes. b. c. 2, 32, 6. — *effugium*] ut supra c. 44: *non honorari Galbae, sed tradito principibus more, munimentum ad praesens, in posterum ultionem*. — *vices impunitatis*] „Ea res facit, ut homines non tam innocentia salutis suae consulere studeant, sed fiducia vicis sibi reddendae: ipsos impunitatem aliis impetrasse, sibi vicem reddituros, qui potentes essent, si qua mutatio ingruat.“ ERN. „*Vices impunitatis* sunt impunitas, quam quis concedit alicui, ut invicem sibi concedatur.“ WALTH. — *seditiosis vocibus strepere*] Plut. Oth. 2 de Tigellino: ἐλελήθει μὲν γὰρ ἤδη κολαζόμενος αὐτῷ τῷ φόβῳ τῆς κολάσεως, ἣν ὡς χρέος ἀπῆγχε δημόσιον ἢ πόλις. — *Simuessanas aquas*] Plut. 1. 1.: Ἐπεμψεν οὖν ἐπ' αὐτὸν ὁ

sanas aquas supremae necessitatis nuntio inter supra concubinarum et oscula et deformes moras sectis novacula faucibus infamem vitam foedavit etiam exitu sero et inhonesto. (73) per idem tempus expostulata ad supplicium Calvia Crispinilla variis frustrationibus et adversa dissimulantis principis fama periculo exempta est. magistra libidinum 5 Neronis, transgressa in Africam ad instigandum in arma Clodium Macrum famem populo Romano haud obscure molita, totius postea civitatis gratiam obtinuit, consulari matrimonio subnixa et apud Galbam Othonem Vitellium illaesa, mox potens pecunia et orbitate, quae bonis malisque temporibus iuxta valent. 10

(74) Crebrae interim et muliebribus blandimentis infectae ab Othone ad Vitellium epistulae offerebant pecuniam et gratiam et quemcumque

1 suppraeme a 2 obscula a fedaui a 4 Calvia *Lipsius*: galuia a, Gallura b frustrationib; a b² 6 transgressa a affricam a 7 po. r. a, p. r. b mollita b 8 optinuit a matrimonio a 9 illaesa a 10 iuxta a b (corr. b²) 11 Crebra a b mulierib; b infecte b 12 epulae a, epule b (epistolae b²) offerebant *Rhenanus*: offerebantur a b quaecumq; a, quaeumq; b

Ἄθων εἰς τοὺς περὶ Σινέσσαν ἀγρούς· ἐκεί γὰρ διητάτο πλοίων παρορμούντων, ὡς φευξόμενος ἀπωτέρω. Καὶ τὸν γε πεμφθέντα χρυσίῳ πολλῷ πείθειν ἐπεχείρησε παρεῖναι, μὴ πεισθέντι δὲ δῶρα μὲν ἔδωκεν οὐδὲν ἤτων, ἐδέχθη δὲ ὑπομείναι, ἕως ἂν ἀποξέρηται τὸ γένειον· καὶ λαβὼν αὐτὸς ἑαυτὸν ἐλαίμοτόμησεν. „Aquaem autem eae inter salubres habitae. Plinius 31, 4, 8: *In eadem Campaniae regione Simuessanae aquae sterilitatem feminarum et virorum insaniam abolere produntur*. Et quia ad vitia muliebria, ideo in Martiale 11, 7, 11: *Diceret hystericam se forsitan altera moecha In Simuessano velle sedere lacu*. cf. Ann. 12, 66.“ LIPS.

73. *Calvia Crispinilla*] Dio 63, 12: Χωρίς δὲ ὁ τε Πολύκλειτος καὶ Καλοῦτα Κρισπινίλλα ἦγον, ἐπόρουν, ἐσύλων πάντ' ὅσα ἐνδέχετο· ἐκείνος μὲν μετὰ τοῦ Ἥλιου ἐν τῇ Πρώμῃ, αὕτη δὲ μετὰ τε τοῦ Νέρωνος καὶ μετὰ τῆς Σαβίνης τοῦ Σπόρου (cum Sporo, qui Sabinae nomen iam gerebat). τὴν τε γὰρ φυλακὴν αὐτοῦ καὶ τὴν ἐπιτροπείαν τὴν περὶ ἐστῆτα, καίπερ γυνὴ καὶ ἐπιφανὴς οὖσα, ἐπεπίστευτο καὶ δι' αὐτῆς πάντες ἀπεδύοντο. — *magistra libidinum Neronis*] Similiter ut A. 16, 18: *Petronius Neroni assumptus est elegantiae arbiter*; sic Calvia prae-parabat variabatque libidines Neronis. — *Clodium Macrum*] ut Neronis ultionem susci-

peret. c. 7: *Macrum in Africa haud dubie turbantem etc. — famem populo Romano*] Hist. 3, 48: *ut urbem externae opis indigam fame urgeret* —, *Africam* — *invadere parabat, clausis amonae subsidiis inopiam ac discordiam hosti facturis*. „Aegyptus enim et Africa populi Romani horrea erant, et Aegyptio in cuiusque anni quadrimestre conferente frumentum Africa in reliquos octo menses suppeditabat. Iosephus B. I. 2, 16, 4“ (Bekk. p. 186 s.). SAVIL. — *consulari matrimonio*] nobis ignoto. — *subnixa*] tuta ab accusationibus ideoque confidens et elata. cf. Silium 8, 245: *Subnicus rapti plebei muneris ostro (consulatu) Saevit iam Rostris Varro*, quod, uti videtur, duxit ex Verg. Aen. 4, 216: *Maeonia mentum mitra crinemque madentem Subnicus rapti potitur*, ubi est sensu proprio, „mitra subligatum habens mentum crinemque unguentis madentem“, addita item superbiae notione. — *bonis — temporibus*] ut vel sub Augusto, Ann. 3, 25: *praevalida orbitate*. Plin. 14, 1, 5: *captatio (testamentorum) in quaestu fertilissimo*.

74. *gratiam*] Immo et consortionem imperii. Dio 64, 10: Ὅθων, ἐπειδὴ καὶ μὴ ἔπειθε τὸν Βιτέλλιον, ἐς κοινωνίαν αὐτὸν τῆς ἀρχῆς πολλάκις παρακαλῶν, ἐς πόλεμον λοιπὸν φανερόν καθίστατο. Ita et Suet. Oth. 8: *Per internuntios ac litteras consortem im-*

quietis locum prodigae vitae legisset. paria Vitellius ostentabat, primo mollius, stulta utrimque et indecora simulatione: mox quasi rixantes stupra et flagitia in vicem obiectavere, neuter falso. Otho, revocatis quos Galba miserat legatis, rursus ad utrumque Germanicum exercitum 5 et ad legionem Italicam easque quae Lugduni agebant copias specie senatus misit. legati apud Vitellium remansere, promptius quam ut retenti viderentur. praetoriani, quos per simulationem officii legatis Otho adiunxerat, remissi, antequam legionibus miscerentur. addidit epistulas Fabius Valens nomine Germanici exercitus ad praetorias et urbanas 10 cohortes de viribus partium magnificas et concordiam offerentes; increpabat ultro, quod tanto ante traditum Vitellio imperium ad Othonem vertissent. (75) ita promissis simul ac minis temptabantur, ut bello impares, in pace nihil amissuri; neque ideo praetorianorum fides mutata. sed insidiatores ab Othone in Germaniam, a Vitellio in urbem missi. 15 utrisque frustra fuit, Vitellianis impune, per tantam hominum multitudinem mutua ignorantia fallentibus: Othoniani novitate vultus, omnibus in vicem gnaris, prodebantur. Vitellius litteras ad Titianum fratrem Othonis composuit, exitium ipsi filioque eius minitans, ni incolumes sibi

1 locis *a* (non *b*) obstentabat *b* 2 utrinq; *b* risantes *a* 3 et] ac *a* 4 rursus alios *alū* utruq; *b* 5 quas *a b* (corr. *b*²) species *a* 7 Praetoriam *a b* (corr. *a*² *b*²) 8 addit *b* (non *a*) epulas *a*, epulas *b* (epistolas *b*²) 9 et *om. b* 10 increpabant *a* (corr. *a*²), increpat *b* 11 tanto *om. a* 12 tendebatur *a* 13 impartes *a* (corr. *a*²) admissuri *a b* (corr. *b*²) praetorianorū *a* 14 sed et *Heraeus* 17 gnaris *Rhenanus*: ignaris *a b* Titianum *Rhenanus*: tutianū *a*, Tutianum *b* 18 composuit *b* incolumis *a b*

perii generumque se Vitellio optulit. Sed cum Tacito facit Plutarchus Oth. 4: ἔγραψεν Οὐίτελλῶ παραινῶν στρατιωτικᾷ φρονεῖν, ὡς χρήματα πολλά δώσοντος αὐτοῦ καὶ πόλιν, ἐν ἧ βιώσεται ῥᾶστον καὶ ἡδιστον βίον μετ' ἡσυχίας. Ἀντέγραψε δὲ κάκεινος αὐτῷ καταειρωθεύμενος ἡσυχῇ πρῶτον. ἐκ δὲ τούτου διερεθιζόμενοι πολλά βλάσφημα καὶ ἀσελγῆ χλευάζοντες ἀλλήλους ἔγραφον, οὐ ψευδῶς μὲν, ἀνοήτως δὲ καὶ γελοῖως ἡατέρου τὸν ἕτερον ἂ προσῆν ἀμφοτέροις ὄνειδῆ λοιδοροῦντος κτλ. — in vicem] idem quod inter se: Draeger Synt. § 40, f. — quos Galba miserat] c. 19. — quae Lugduni] alam Taurianam. c. 59 et 64. — magnificas] idem fere ac magniloquas, quibus vires partium magnificis verbis extollebantur. — tanto ante] Vitellium inferior exercitus postridie Kal. Ian. salutavit imperatorem, superior III. Non. Ian. c. 57. Galba caesus XVIII. Kal. Febr. c. 27.

Eo adhuc vivo nuntius de Vitellio Roman adlatus. c. 14 et 50. Militi longum id spatium visum, quo alios praevenisset. OBERLIN. Erant XII. dies.

75. ut bello impares] h. e. ut qui essent bello impares, in pace nihil amissuri. ut hoc loco particula causalis est: Draeger Synt. § 179. — gnaris] „quia Vitelliani omnes sibi invicem noti erant, illico ab his agnoscebantur insidiatores illi Othoniani.“ Electionem ignaris acriter defendit Ernestius. „Nec aliter“, inquit, „sensus constat. Ignoti vultus prodidere, cum nemo alterum nosset invicem eaque ignorantia suspecta esset.“ At si hoc voluisset Tacitus, utrisque (Othonianis et Vitellianis) non omnibus scripsisset. — Titianum fratrem Othonis] de hoc cf. Ann. 12, 52. Agr. 6 et infra c. 77. 90 Salvio Titiano fratri 2, 23 etc.

mater ac liberi servarentur. et stetit domus utraque, sub Othone incertum an metu: Vitellius victor clementiae gloriam tulit. (76) primus Othoni fiduciam addidit ex Illyrico nuntius iurasse in eum Dalmatiae ac Pannoniae et Moesiae legiones. idem ex Hispania adlatus laudatusque per edictum Cluvius Rufus, set statim cognitum est conversam ad Vitellium Hispaniam. ne Aquitania quidem, quanquam ab Iulio Cordo in verba Othonis obstricta, diu mansit. nusquam fides aut amor: metu ac necessitate huc illuc mutabantur. eadem formido provinciam Narbonensem ad Vitellium vertit, facili transitu ad proximos et validiores. longinqua provincia et quicquid armorum mari dirimitur penes Othonem 10 manebat, non partium studio, sed erat grande momentum in nomine urbis ac praetexto senatus et occupaverat animos prior auditus. Iudaicum exercitum Vespanianus, Syriae legiones Mucianus sacramento Othonis adegere; simul Aegyptus omnesque versae in Orientem provinciae nomine eius tenebantur. idem Africae obsequium, initio Carthagine orto: 15 neque expectata Vipstani Aproniani proconsulis auctoritate Crescens Neronis libertus (nam et hi malis temporibus partem se rei publicae

2 an metu] ab his verbis defectu abruptum orationis flum rursus excipit Medicus (folium 58) 5 set Ritter: et 6 quanquam (sic) 8 nutabant Al. Ruperi provincia (notam litt. m add. 2m) 9 longinq; 11 manebant dett. 12 praetexto Iudeicū 14 omisq; usā (notae a 1m) 15 tenebatur 16 Vipstani Rychius: uipsani 17 rei .p.

76. Dalmatiae cet.] In Dalmatia tunc erat legio XI. Claudia, XIV. Gemina Martia Victorix, in Pannonia I. XIII. Gemina, VII. Galbiana, in Moesia I. III. Gallica, VII. Claudia, VIII. Augusta. — ex Hispania] ubi legio VI. Victorix, X. Gemina. — Cluvius Rufus] Hispaniae praeses. cf. c. 8. Apud Plutarchum Oth. 3 per errorem vel ipsius vel librariorum est Κλαύδιος (Κλοῦβιος Lipsius) δὲ Προύφος εἰς Ἰβηρίαν φησὶ κομισθῆναι διπλώματα, οἷς ἐκπέμπουσι τοὺς γραμματιφόρους, τὸ τοῦ Νέρωνος δετὸν ὄνομα προσγεγραμμένον ἔχοντα τῷ τοῦ Ὀθωνος. cf. c. 78. — Iulio Cordo] qui hoc tantum loco memoratur a Tacito. — huc illuc] Verg. Aen. 4, 363 huc illuc volvens oculos 5, 408. 12, 764. — mari dirimitur] Similiter A. 2, 43: provinciae, quae mari dividuntur. — manebat] de numero singulari praedicti cf. 2, 70 et erant, quos varia sors rerum lacrimaeque et misericordia subiret. 2, 78 triumphalia et consulatus et Iudaicae

victoriae decus implese fidem omnis videbatur. 5, 16 praemiaque et quies in posterum sperabatur. praeterea 1, 84 deposcerit Draeger Synt. § 29. — praetexto] c. 19 maiore praetexto. c. 77. 2, 100. 3, 80. Wölfflin Philol. 27, 130. — auditus] participium est non substantivum: Nipperdey ad Ann. 4, 23. Draeger Synt. § 210, 2. — Iudaicum] legionem V. Macedonicam, X. Fretensem, XV. Apollinarem. c. 2, 6. — Syriae legiones] IV. Scythicam, VI. Ferratam, XII. Fulminatam. — Vipstani Aproniani] cf. Ann. 14, 1 saepius commemoratur in actis fratrum Arvalium Guil. Henzen p. 201. — nam et hi — partem se rei publicae faciunt] cf. Ann. 14, 39. Germ. 25 liberti non multum supra servos sunt, raro aliquod momentum in domo, nunquam in civitate, exceptis dumtaxat iis gentibus, quae regnantur. ibi enim et super ingenuos et super nobiles ascendunt: apud ceteros impares libertini libertatis argumentum sunt. —

faciunt) epulum plebi ob laetitiam recentis imperii obtulerat, et populus pleraque sine modo festinavit. Carthaginem ceterae civitates secutae.

(77) Sic distractis exercitibus ac provinciis Vitellio quidem ad capessendam principatus fortunam bello opus erat, Otho ut in multa pace munia imperii obibat, quaedam ex dignitate rei publicae, pleraque contra decus ex praesenti usu properando. consul cum Titiano fratre in kalendas Martias ipse; proximos menses Verginio destinat ut aliquod exercitui Germanico delenimentum. iungitur Verginio Pompeius Vopiscus praetexto veteris amicitiae; plerique Viennensium honori datum interpretabantur. ceteri consulatus ex destinatione Neronis aut Galbae mansere, Caelio ac Flavio Sabinis in Iulias, Arrio Antonino et Mario Celso in Septembres; quorum honori ne Vitellius quidem victor intercessit. sed Otho pontificatus auguratusque honoratis iam senibus cumulum dignitatis addidit aut recens ab exilio reversos nobiles adulescentulos avitis ac paternis sacerdotiis in solacium recoluit. Redditus Cadio Rufo,

1 ob litiā (sed i post l a correctore, videtur fuisse e) 3 distractis ciu librarius in praecedens voc. ciuitates aberravisse videtur et ipse has litteras deletit; codex Budensis falso ciu in eius mutavit 5 rei. p. 6/7 kl mar cum lin. transversa in litt. l 7 aliquot 9 viennensiu (nensiu in rasura 2m) Inptabatur 11 coelio ac flabio (b in v mutat 2m) sauinis kalendas Iulias Ritter Antonino Lipsius: antonio 12 honoris (honoribus Haase) 15 reculuit. Redditus (sic, non reditus)

pleraque] Intellige ea, quae fieri solent sub initium novi imperii. WALTH. (Sacrificia, vota sollemnia, sacramentum in principis verba cet.)

77. distractis exercitibus] in contrarias partes, ut plene A. 4, 40: si matrimonium Liviae velut in partes domum Caesarum distractisset. — consul — ipse] Otho consul renuntiatus est VII kal. Febr. cf. Acta Arv. a. 69 Henzen p. XCII (Ios. Klein fasti consulares etc. p. 42). — Viennensium honori] Viennensis ergo ille fuit. „Viennenses autem Vindicis partes secuti tunc plurimum valebant in Gallia, afflicti contra Lugdunenses.“ BROU. cf. c. 65. 66. — Caelio] Caelius Sabinus Ictus, de quo Pomponius Dig. 1, 2, 2, 47: plurimum temporibus Vespasiani potuit. Flavius autem Sabinus, consul designatus, diversus a cognomine praefecto urbis, fratre Vespasiani. cf. Tillemont Histoire des empereurs. Paris 1720. I. p. 363. Clare distinguuntur Hist. 2, 36. 51 et 55. — Arrio Antonino] Fuit avus Antonini Pii imperatoris. V. Capitolinus in huius vita 1: Mater Arria Fadilla, avus ma-

ternus Arrius Antoninus, bis consul, homo sanctus et qui Nervam miseratus esset, quod imperare coepisset. RYCK. Antoninus fuisse cognomen Arriorum praeclear docet etiam Vignolius ad Column. Anton. Pii c. 6. p. 89. ERN. Plin. Epp. 4, 3 et 5, 15 Graeca Arrii Antonini carmina celebrat. OBERL. (De ceteris eiusdem anni 822. coss. infra Tacitus exponit 2, 60. 71. 3, 37. 68. 73. RITTER. cf. Ios. Klein fasti consulares I. l.) — pontificatus auguratusque] num. plur. per appositionem iuncti cum vv. cumulum dignitatis. Plut. Oth. 1: τοις δὲ ἀποδεδειγμένοις ὑπὸ Νέρωνος ἢ Γάλβα πᾶσιν ἐτήρησε τὰς ὑπατείαις ἱερωσύνας δὲ τοὺς κατ' ἡλικίαν προήκοντας ἢ δόξαν ἐκόσμησε. — honoratis] qui summis olim essent honoribus functi. Noli cum Walthero intelligere Caelium et Flavium Sabinos, Arrium et Marium, sed generatim consulares ac praetorios nullo adhuc sacerdotio praeditos. — in solacium] exilii, quod perperci erant, item honoravit paternis sacerdotiis. — Cadio Rufo] Qui lege repetundarum damnatus accusantibus Bithynis. A. 12, 22. —

Pedio Blaeso, Saevino Pontio senatorius locus. repetundarum criminibus sub Claudio ac Nerone ceciderant: placuit ignoscentibus verso nomine, quod avaritia fuerat, videri maiestatem, cuius tum odio etiam bonae leges peribant. (78) eadem largitione civitatum quoque ac provinciarum animos adgressus Hispalensibus et Emeritensibus familiarum adiectiones, Lingonibus universis civitatem Romanam, provinciae Baeticae Maurorum civitates dono dedit; nova iura Cappadociae, nova Africae, ostentui magis quam mansura. inter quae necessitate praesentium rerum et instantibus curis excusata ne tum quidem immemor amorum statuas Poppaeae per senatus consultum reposuit. creditus est etiam de ce-10 branda Neronis memoria agitavisse spe volgum alliaciendi. et fuere qui imagines Neronis proponerent; atque etiam Othoni quibusdam diebus populus et miles, tanquam nobilitatem ac decus adstruerent, Neroni

1 bleso Scaevino dett. Pontio dett.: P^{m v}tis (litt. s incerta, item in marg. promptius a vetere, quamquam non a 1m), proprius a, promptio b (nomen incertum: Pomptino Brotier, Porcio Haase, Prisco Ritter) cf. Fleckeiseni annal. 1882 p. 135 5 Hispalensibus Faernus: hispaniensibus 6 provincie beticę 7 nova iura] uafura (no supra lin. add. 1m, in marg. noua 2m) 8 ostentui (sic; sed videtur fuisse ostentui) 10 poppeę

Pedio Blaeso] Ann. 14, 18 Motus senatu et Pedius Blaesus accusantibus Cyrenensibus cet. — placuit ignoscentibus] Othoni patribusque. „Placuit crimen reorum verso nomine mutari et, quod avaritia fuerat, siquidem repetundarum criminibus ceciderant, maiestatem appellari: quod quidem maiestatis crimen tanto odio erat propter tot innocentes olim damnatos, ut etiam bonae leges perirent, irritae fierent. Quisquis enim maiestatis accusabatur, insons videbatur, licet multorum aliorum criminum foret reus.“ BROU.

78. Hispalensibus] Hispalis in Hispania ulteriore sive Baetica (Plin. 3, 1, 13) nunc Sevilla, Emerita Augusta, in quam Augustus coloniam dederat, in Lusitania nunc Merida. — familiarum adiectiones] Ita solebant Romani coloniarum infrequentiae subvenire, nova familiarum aliquot adiectione. Livius 43, 17: Postulantibus Aquileiensium legatis, ut numerum coloniarum auerent, mille et quingentae familiae ex SC. scriptae. LIPS. cf. Ann. 13, 31. 14, 27. — Lingonibus] Langres; explicant: „quia hi Vitellio vehementer dediti erant, eos Otho sibi conciliare conatus est.“ Verum iam a Lipsio aliisque recte dubitatum est, an non hic lateat Hispanicae gentis alius nomen; sed quod proposuere Bipontini,

Langonibus, quasi Langobrigae Lusitaniae incolis, omni caret auctoritate. — Maurorum civitates] imprimis Tingi et Lixum, nunc Tandja et Alkasr. V. Aldrete varias antiguedades de España, Africa y otras provincias. 4, c. 21. Voluit, ut Maurorum civitates iura peterent ab Hispania Baetica eiusque conventus iuridicos adirent. BROU. Insuper hac constitutione augebantur Baeticae reditus publici, quibus internis suis necessitatibus, operibus publicis exstruendis, viis muniendis, satisfacerebat. — ostentui] quoniam mox antiquata sunt nova ista iura. cf. 3, 35 ostentui misere. Draeger Synt. § 52. — ne tum quidem immemor amorum cet.] Priora illa facile excusabantur, haec non item. — statuas] proutas. cf. Ann. 14, 61. — spe volgum alliaciendi] Nam plebs faverat Neroni et lugebat eius mortem. cf. c. 4 et Suet. Ner. 57. — proponerent] „in locis publicis iniussu ponerent imagines Neronis.“ ERN. Hunc usum v. proponere Gronovius firmavit ex Plinio 35, 4, 22. Suet. Cal. 41. — quibusdam diebus] Aperte significat hoc tantummodo interdum factum, aliis diebus omissum esse. Mire Lipsius in his haesit, Quinquatrum diebus, Heinsius isdem diebus tentans. — Neroni Othoni] cf. ad c. 76 similem Cluvii Rufi narrationem

Othoni acclamavit. ipse in suspensio tenuit vetandi metu vel agnoscendi pudore.

(79) Conversis ad civile bellum animis externa sine cura habebantur. eo audentius Rhoxolani, Sarmatica gens, priore hieme caesis duabus cohortibus, magna spe Moesiam iruperant, ad novem milia equitum, ex ferocia et successu praedae magis quam pugnae intenta. igitur vagos et incuriosos tertia legio adiunctis auxiliis repente invasit. apud Romanos omnia proelio apta: Sarmatae dispersi aut cupidine praedae graves onere sarcinarum et lubrico itinerum adempta equorum pernicitate velut vincti caedebantur. namque mirum dictu, ut sit omnis Sarmatarum virtus velut extra ipsos. nihil ad pedestrem pugnam tam ignavum: ubi per turmas advenere, vix ulla acies obstiterit. sed tum umido die et soluto gelu neque conti neque gladii, quos praelongos utraque manu regunt, usui, lapsantibus equis et catafractarum pondere. id principibus

1 metū 2 pudorē 4 Rhoxolani *Beroaldus*: rholanis (*poster. s del. 2m*) cesis 5 Moesiam iruperant ad *Acidalus*: ad moesiam iruperant 8 plio sarmata dispersi cupidine praedae aut *Acidalus* 9 adēptē quorū pertiicitate (*sic; in textu corrigit et in marg. addit perni 2m*) 10 uelud Nanq; dictū (*notam del. 1m*) 11 uelud nichil 12 umido (*h super u scr. 2m*) 14 catafractarum (*pr. fra del. 1m*)

a Plutarcho servatam et Suet. Oth. 7. — *in suspensio*] „in incerto tenuit utrum vetaret an agnosceret, vetandi metu vel agnoscendi facinorosi principis cognominis pudore.“

79. *Rhoxolani*] inter Tanaim et Borysthenem, ad sinistrum latus paludis Maeoticae. cf. Inscr. m. Lat. 750. 833. — *tertia legio*] Gallica, quam in Moesia fuisse patet etiam ex 2, 74. Savilius frustra coniecit *tres legiones*, quia tres legati consularia ornamenta accepisse dicuntur. Tot legiones in Moesia tunc fuisse verum est; vide Suet. Vesp. c. 6, sed non omnes contra novem milia barbarorum ductae. Una legio cum suis auxiliis sufficiebat. Honos tamen cum legatis omnibus communicatus. ERN. In quo vides rursus Othonis studium etiam Moesicum hunc exercitum totum sibi conciliandi. — *Sarmatae dispersi aut cupidine praedae graves*] Etsi speciosa est transpositio ab Acidalio et Freinshemio facta *Sarmatae dispersi cupidine praedae aut graves*, nihilominus Med. lectio habet, quo se defendat. Etenim ea duplex Sarmatarum incommodum exprimitur: alteri etiam tunc dispersi palabantur, sine dubio praedabundi ex barbarorum more; alteri iamiam

expleta cupidine praedae graves onere sarcinarum ad locum, unde profecti erant, iamiam reverterant. et bene *Walther* codicis scripturam ita tuetur: „*verba cupidine praedae* pertinent ad *graves onere sarcinarum*, ut constet, quod sarcinarum onus intellegendum sit. non enim sunt graves onere sarcinarum, quas miles secum portat in itinere, ut infra 2, 40: sed quas rapuerunt cupidine praedae. duplex ablativus *cupidine et onere* in eodem membro non est alienus a Taciti genere dicendi. cf. Ann. 2, 23 *qui tumidis Germaniae terris, profundis annibus immenso nubium tractu validus* et 12, 33 *sed tum astu locorum fraude prior* etc.“ — *gladii, quos praelongos* cet.] Epitheton per attractionem in sententiam relativam translatum est, quo magis efferretur vis adiectivi, quam si dixisset scriptor: *gladii praelongi, quos utraque manu regunt*. Sic Ann. 6, 31: *fretus bellis, quae secunda exercebat*. BACH. — *catafractarum*] cf. Amm. Marc. 16, 10, 8: *sparsique catafracti equites, quos cibanarios dictitant Persae, thoracum muniti tegminibus et limbis ferreis cincti, ut Praxitelis manu polita crederes simulacra, non viros; quos lamminarum circuli tenues apti cor-*

et nobilissimo cuique tegimen, ferreis lamminis aut praeduro corio consortum, ut adversus ictus impenetrabile, ita impetu hostium provolutis inhabile ad resurgendum. simul altitudine et mollitia nivis hauriebantur. Romanus miles facilis lorica et missili pilo aut lanceis adsultans, ubi res posceret, levi gladio inermem Sarmatam (neque enim scuto defendi mos est) comminus fodiebat, donec pauci, qui proelio superfuerant, paludibus abderentur. ibi saevitia hiemis ac volnerum absumpti. postquam id Romae compertum, M. Aponius Moesiam obtinens triumphali statua, Fulvus Aurelius et Iulianus Tettius ac Numisius Lupus legati legionum consularibus ornamentis donantur, laeto Othone et gloriam in se trahente, tanquam et ipse felix bello et suis ducibus suisque exercitibus rem publicam auxisset.

(80) Parvo interim initio, unde nihil timebatur, orta seditio prope urbi excidio fuit. septimam decumam cohortem e colonia Ostiensi in urbem acciri Otho iusserat; armandae eius cura Vario Crispino tribuno e praetorianis data. is quo magis vacuus quietis castris iussa exequeretur, vehicula cohortis incipiente nocte onerari aperto armamentario

1 lamminis 2 Inpenetrabile (*ne superscr. 2m*) 6 plio 7 hiemis ac *Doederlein*: hic mīa (hiemis aut *Car. Schneider*, hiemis et vi *Muretus*) 9 Fulvus *Borghesi*: fulvius Tettius *Bitter*: et titius 12 rem. p. 13 Interim Interim nichil 14 colonia 17 oneraria] (*poster. a del. 1m*)

poris flexibus ambiebant per omnia membra deducti, ut, quocumque artus necessitas commovisset, vestitus congrueret iunctura cohaerenter aptata. — facilis lorica] lorica tantum, non ponderosa illa catafracta tectus atque ideo aptus ad se quoquo versus movendum. cf. Cic. Brutus 48 § 180 *fuit etiam facilis et expeditus ad dicendum*. Verg. Aen. 8, 310 *Miratur facilisque oculos fert omnia circum. — saevitia hiemis ac volnerum*] non audacius dictum quam Ann. 2, 87 *saevitiam annonae incusante plebe*. DOEDERLEIN. — *triumphali statua*] laureata et quae monstraret vestem triumphalem. (Cum is tantum triumphare posset, cuius auspiciis victus hostis, auspicia autem essent perpetuo imperatoris, ducibus insignia dumtaxat triumphalia, quasi symbola triumphii, decernebantur. DUEBN.) — *Fulvus Aurelius*] consul a. 85 p. Chr., avus imperatoris Antonini Pii: Capitolinus v. Pii 1, 2. — *Iulianus Tettius*] 2, 85 *Tettium Iulianum, septimae legionis legatum*. cf. 4, 39. 40. — *Numisius Lupus*] 3, 10 *tertium Tullius Aponianus, octa-*

vam Numisius Lupus ducebant. — legati legionum] tertiae Gallicae, septimae Claudiae, octavae Augustae. — *suis ducibus — auxisset*] Ablativus instrumenti personis additus, ubi plerumque ponitur *per*. cf. Roth ad Agr. Excurs. XV. 2; qui laudat Ann. 2, 79: *ne castra corruptoribus temptet*. BACH. cf. *Dräger* Synt. § 59. *Nipperdey* ad Ann. 2, 79.

80. *unde nihil timebatur*] unde h. e. vel a quo (initio) vel ab iis, a quibus (scil. praetorianis): seditionem enim dicit praetorianorum ad urbem in castris praetorianis ortam, non Ostiae septimae decumae cohortis. — *septimam decumam cohortem*] Tales cohortes legionibus non aggregatae nec, ut ex h. l. discitur, iustis legionariorum armis instructae numerabantur ut legiones et inde nomen accipiebant. Ad totam autem hanc narrat. cf. Suet. Oth. 8 cum Baumgarten-Crusii adnotatione, item Plutarch. Oth. 3. Dio 64, 9. — *Ostiensi*] Suet. Claud. 25: *Puteolis et Ostiae singulas cohortes ad arcendos incendiorum casus collocavit*. LIPS. — *quietis castris*] Quia

iubet. tempus in suspicionem, causa in crimen, affectatio quietis in tumultum evaluit; et visa inter temulentos arma cupidinem sui movere. fremit miles et tribunos centurionesque proditoris arguit, tanquam familiae senatorum ad perniciem Othonis armarentur, pars ignari et vino graves, pessimus quisque in occasionem praedarum, volgus, ut mos est, cuiuscumque motus novi cupidum; et obsequia meliorum nox abstulerat. resistantem seditioni tribunum et severissimos centurionum obruncant, rapta arma, nudati gladii, insidentes equis urbem ac Palatium petunt. (81) erat Othoni celebre convivium primoribus feminis virisque; qui trepidi, fortuitusne militum furor an dolus imperatoris, manere ac deprehendi an fugere et dispergi periculosius foret, modo constantiam simulare, modo formidine detegi, simul Othonis voltum intueri: utque evenit inclinatis ad suspicionem mentibus, cum timeret Otho, timebatur. sed haud secus discrimine senatus quam suo territus et praefectos praetorii ad mitigandas militum iras statim miserat et abire prope omnes e convivio iussit. tum vero passim magistratus proiectis insignibus, vitata comitum et servorum frequentia, senes feminaeque per tenebras diversa urbis itinera, rari domos, plurimi amicorum tecta et, ut cuique humilimus cliens, incertas latebras petivere. (82) militum impetus ne foribus quidem Palatii coercitus, quo minus convivium intrumperent, ostendi sibi Othonem expostulantes, volnerato Iulio Martiale tribuno et Vitellio Sa-

1 Inspicionē (su *superscr.* 2m) 3 et centurionesq; (et *del.* 1m) 6 cupidūs (s *del.* 1m) 7 seditionē 13 adspicionē 17 frequentias (s *del.* 1m) 20 palatii// (*litt.* i *erasa*, ut videtur cf. c. 35) quomijin; (sic)

vigiliae iam tunc constitutae et omnes in contuberniis exceptis vigilibus. Lips. — *in tumultum evaluit*] Sic A. 14, 58: *multa securura, quae adusque bellum evalescerent.* — *cupidinem sui*] Hom. Od. 16, 294 αὐτός γάρ ἐφέλεται ἄνδρα σίδηρος. — *fremit miles*] credens vel fingens arma in ipsam urbem avectum iri ad instruenda iis senatorum mancipia. — *in occasione praedarum*] cf. 4, 42 *in spem potentiae.* Nipperdey ad Ann. 2, 13. 14, 63. Draeger Synt. § 80 b *In consecutivum.* — *severissimos centurionum*] Plutarch. l. 1.: τούς ἐπισταμένους ἑκατοντάρχας δύο καὶ τὸν Κρισπίνον αὐτὸν ἀπέκτειναν. — *rapta arma*] ex vehiculis cohortis, quae onerari iusserat Crispinus, et ex aperto armamentario.

81. *celebre convivium*] Plut. Oth. 3: παρακαλέσαντος ἀλλήλους Καίσαρι βοηθεῖν ἡλαυ-

νον εἰς τὴν Ῥώμην καὶ πυθόμενοι παρ' αὐτῷ δειπνεῖν ὀγδοήκοντα συχλητικούς ἐφέροντο πρὸς τὰ βασίλεια, νῦν καιρὸν εἶναι λέγοντες ἐν ταύτῳ πάντας ἀνελεῖν τοὺς Καίσαρος πολεμικούς κτλ. cf. Dio 64, 9. — *formidine detegi*] „simulatam tantummodo esse constantiam illam ostendentes.“ DUEBN. — *cum timeret Otho, timebatur*] Plut. l. 1.: τὸν Ὄθωνα δεινὴ κατελάμβανεν ἀπορία φοβούμενος γὰρ ὑπὲρ τῶν ἀνδρῶν αὐτός ἦν φοβερὸς ἐκείνοιο καὶ πρὸς αὐτὸν ἀνηρημένους ἑώρα ταῖς ὄψεσιν ἀναύδους καὶ περιδεεῖς, ἐνίοιο καὶ μετὰ γυναικῶν ἦκοντας ἐπὶ τὸ δειπνον. — *abire prope*] Plut. l. 1.: τοὺς κεκλημένους ἄνδρας ἀναστήσας κατ' ἐτέρας ὑψας ἀφῆκε. — *incertas*] „quas nemo facile divinaret“; non „intutas“, ut alii volunt. Recte Louandre *ignorées.*

82. *tribuno*] cohortis praetoriae. c. 28. —

turnino praefecto legionis, dum ruentibus obsistunt. undique arma et minae, modo in centuriones tribunosque, modo in senatum universum, lymphatis caeco pavore animis, et quia neminem unum destinare irae poterant, licentiam in omnes poscentibus, donec Otho contra decus imperii toro insistens precibus et lacrimis aegre cohibuit, redieruntque in castra inviti neque innocentes. postera die velut capta urbe clausae domus, rarus per vias populus, maesta plebs; deiecti in terram militum voltus ac plus tristitiae quam paenitentiae. manipulatim adlocuti sunt Licinius Proculus et Plotius Firmus praefecti, ex suo quisque ingenio mitius aut horridius. finis sermonis in eo, ut quina milia nummum singulis militibus numerarentur. tum Otho ingredi castra ausus. atque illum tribuni centurionesque circumstant, abiectis militiae insignibus otium et salutem flagitantes. sensit invidiam miles et compositus in obsequium auctores seditionis ad supplicium ultro postulabat. (83) Otho, quanquam turbidis rebus et diversis militum animis, cum optimus quisque remedium praesentis licentiae posceret, volgus et plures seditionibus

1 Undeq; (e in i mutat et in marg. di scr. 2m) 3 neminē manū (*notam super litt.* e *del.* 1m) 6 velud 8 penitentię 9 Proculus *Rhenanus*: et proculus 10 nūmū 14 postulauit (*postulavit Weissenborn*) 15 quānquā (*priorem notam del.* 1m) 16 peiores *L. Spengel*

praefecto legionis] classicae, quae in urbe tendebat. „Apud Tacitum nusquam praefectos legionum memorari vere monuit Savi- lius: est de iis caput apud Vegetium 2, 9.“ (Cuius praecipua verba apposita, ni fallor, etiam ad Taciti aetatem sunt haec: *praefectus legionis* —, qui absente legato (legionis) tamquam vicarius ipsius potestatem maximam retinebat.) „At non negandum hunc unum locum esse in antiquioribus, ubi id nomen occurat. Sunt, qui tribunum intelligant: male; nam discrete h. l. a tribuno distinguitur. Antiquissimam huius honoris mentionem ego quidem reperri in Inscr. apud Gruter. p. 465, 2, quae ad M. Aurelii Antonini tempora pertinet.“ Ex ERN. (Adde Grut. p. 347, 1. Inscr. m. Lat. N. 3423: *L. CIRPINIO T. F. VEL. || PRI. PIL. ITER. PRAEF. || LEG. XXII. II VIR. ITERVM || QVINQ. MVNICI- PES.* Maceratae.) cf. Marquardt R. Staatsverwaltung II p. 443 sqq. *Otto Hirschfeld* Hermes 12 p. 142 sq. (1876). *Madwig* Verf. u. Verw. des r. St. II p. 560 sq. — *militiae insignibus*] Insigne tribunorum mil. erat anulus

aureus et tunica vel laticlavia vel angusticlavia (Iuven. 7, 89), non vero pugio, quod multi perperam colligunt ex Martiale 14, 32: *Parazonium. Militiae decus hoc gratique erit omen honoris, Arma tribunicium cingere digna latus.* Ibi enim non pugionem, sed parazonium, cingulum, tam affabre factum et ita auro argenteove ornatum, ut vel tribuno dignum sit, significari, et pugionem militibus quoque praeter gladium fuisse sed multo praestantioribus, iam monuit Lipsius Anal. ad mil. Rom. lib. III. Dial. III. RUPERTI. Centurionum autem insigne vitis castigandis, qui delinquerent, militibus. cf. Oliv. Marm. Pis. p. 24. LV. Murat. 797, 3. Et in Inscriptionibus est centuriatus nota).

83. *Otho quanquam*] Consequens est postremo ita disseruit; sensus autem totius sententiae nimis implicatae est: Otho, quamquam sic se res habebant, ut inter severitatem et clementiam dubius haesitaret, postremo ita disseruit, ut conponeret magis quam coeceret milites. — *volgus et plures*] „Iique propterea plures.“ cf. c. 25 *volgus et ceteros*, 3, 3 *volgus*

et ambitioso imperio laeti per turbas et raptus facilius ad civile bellum in-
pellerentur, simul reputans non posse principatum scelere quaesitum
subita modestia et prisca gravitate retineri, sed discrimine urbis et pe-
riculo senatus anxius, postremo ita disseruit: „neque ut affectus vestros
5 in amorem mei accenderem, commilitones, neque ut animum ad virtutem
cohortarer (utraque enim egregie supersunt), sed veni postulaturus a
vobis temperamentum vestrae fortitudinis et erga me modum caritatis.
tumultus proximi initium non cupiditate vel odio, quae multos exercitus
in discordiam egere, ac ne detrectatione quidem aut formidine pericu-
10 lorum: nimia pietas vestra acrius quam consideratius excitavit. nam
saepe honestas rerum causas, ni iudicium adhibeas, perniciosi exitus
consecuntur. imus ad bellum. num omnes nuntios palam audiri, omnia
consilia cunctis praesentibus tractari ratio rerum aut occasionum velo-
citas patitur? tam nescire quaedam milites quam scire oportet. ita se
15 ducum auctoritas, sic rigor disciplinae habet, ut multa etiam centuriones
tribunosque tantum iuberi expediat. si, cur iubeantur, quaerere singulis
liceat, pereunte obsequio etiam imperium intercidit. an et illic nocte

8 cupiditate dett.: cupidite (cupidine ed. princ.) 9 egre 10 consideratius dett.:
considerat 16 si cur Agricola: sic ubi Iuneantur 17 intercidet Heinsius

et ceteri. Draeger Synt. § 113. — ambitioso imperio] in quo princeps ambitione uteretur, quae est in captanda militum vulgique benevolentia et gratia. Suet. Oct. 42: ut salubrem magis quam ambitiosum principem scires. ERN. cf. 2, 12 Suedius Clemens ambitioso imperio regebat. — subita modestia] moderatione, qua post illud scelus repente et praeter opinionem uteretur. — supersunt] abundant, ut c. 51. — initium — periculorum] „ortum est“, suppleendum cogitatione ex seqq. pietas — excitavit; nihil enim excidit, ut nonnulli suspicati sunt. Ut solet, constructionem variavit. — nimia pietas] Omissa particula adversativa vehementiorem reddit antithesin. cf. Nipperdey ad Ann. 4, 35. — acrius quam consideratius] 2, 24 avidius quam consultus, 4, 40 ambitiosius quam honestus, 4, 65 avidius quam cautius. quod Walther suspicatus erat acrius quam considerate, uno loco defenditur Agric. 4 vehementius quam caute, quo tamen ipso Nipperdey cautius in textum recepit. cf. Draeger Synt. § 181 c. — ducum auctoritas] ad totam sententiam de divisio ducum et militum officiis cf. Antonii oratio-

nem 3, 20 divisa inter exercitum ducesque munia: militibus cupidinem pugnandi convenire, duces providendo consultando cunctatione sapius quam temeritate prodesse. ut pro virili parte armis ac manu victoriam iuverit, ratione et consilio, propriis ducis artibus, profuturum. Caesar b. G. 1, 40 vehementer eos incusavit: primum quod aut quam in partem aut quo consilio ducerentur, sibi quaerendum aut cogitandum putarent. Livius 44, 34 Unum imperatorem in exercitu providere et consulere, quid agendum sit, debere, nunc per se nunc cum iis, quos advocavit in consilium: qui non sint advocati, eos nec palam nec secreto iactare consilia sua. militem haec tria curare debere, corpus ut quam validissimum et pernicissimum habeat, arma apta, cibum paratum ad subita imperia: cetera scire de se diis immortalibus et imperatori suo curae esse. in quo exercitu milites consultant, imperator rumoribus vulgi circumagatur, ibi nihil salutare esse. se, quod sit officium imperatoris, provisurum, ut bene gerendae rei occasionem iis praebet: illos nihil, quid futurum sit, quaerere debere; ubi datum signum sit, tum militarem operam navare. —

intempesta rapiuntur arma? unus alterve perditus ac temulentus (neque enim plures consternatione proxima insanisse crediderim) centurionis ac tribuni sanguine manus imbuet, imperatoris sui tentorium inrumpet? (84) vos quidem istud pro me: sed in discursu ac tenebris et rerum omnium confusione patefieri occasio etiam adversus me potest. si Vi- 5 tellio et satellitibus eius eligendi facultas detur, quem nobis animum, quas mentes imprecentur, quid aliud quam seditionem et discordiam optabunt? ne miles centurioni, ne centurio tribuno obsequatur, hinc confusi pedites equitesque in exitium ruamus. parendo potius, commilitones, quam imperia ducum sciscitando res militares continentur; et fortissi- 10 mus in ipso discrimine exercitus est, qui ante discrimen quietissimus. vobis arma et animus sit: mihi consilium et virtutis vestrae regimen relinquite. paucorum culpa fuit, duorum poena erit: ceteri abolete memoriam foedissimae noctis. nec illas adversus senatum voces ullus usquam exercitus audiat. caput imperii et decora omnium provinciarum 15 ad poenam vocare non hercule illi, quos cum maxime Vitellius in nos ciet, Germani audeant: ulline Italiae alumni et Romana vere iuventus ad sanguinem et caedem depoposcerit ordinem, cuius splendore et gloria sordes et obscuritatem Vitellianarum partium praestringimus? nationes

3 tribunis (s. del. 1m) 6 eligendi (corr. 1m) que 7 alii 8 nec centurio
11 discrimine 13 poena 14 foedissimae senatus (s. del. 1m) 16 poenam 18 depoposcerit
(h. e. depoposcerit: syll. ri uno ductu, ut solet, scripta et litt. t inversa, ut similitudinem referat syllabae runt per compendium scriptae, quae tamen in nostro codice fere semper compendio ꝛ scribitur.) depoposcerit Iac. Gronovius 19 praestringimus Io. Fr. Gronovius:
pstringim; (h. e. perstringimus)

perditus ac temulentus] Lipsius malebat per-
citus, ut est apud Liv. 21, 53, 8: ingenium
percitum ac ferox. Haud tamen necessaria
haec est correctio: perditus, qui ceteroqui ad
determina quaeque facinora patrandi prompti
sunt, nunc insuper temulenti ac propterea etiam
magis temerarii. — consternatione] confusione
rerum, inconsiderato tumultu. Sic Liv. 34, 2:
consternatio multiebris.

84. nobis] Rhenanus malebat vobis; sed
non necesse. Oratorio artificio utitur prin-
ceps. OBERL. similiter paulo post dicit in exi-
tium ruamus. — ne centurio] „Adde: nonne
imprecentur, ne cet.: quae deinde in positi-
vam ὀφείλυ exeunt: et ut hinc confusi cet.,
qualis ratio notatur etiam Ann. 1, 77 et sae-
pius. DUEBN. cf. Draeger Synt. § 142. —
res militares continentur] expectes potius res
militaris continentur: paulo aliter Curtius 6,

2, 1 animus militarium rerum quam quietis
otique patientior. — nec — audiat] 2, 47
nec tempus computaveritis, ibid. nec diu more-
mur, 2, 76 nec speciem adulantis expaveris.
Nipperdey ad Ann. 1, 43. Draeger Synt.
§ 28 c. — caput imperii] Speciose ita vocat
senatum, cuius tamen auctoritas per se iam
nulla erat, nisi ubi principes eam comproba-
rent. — decora omnium provinciarum] qua-
tenus in eum tunc etiam ex provinciis splen-
didi viri legebantur. DUEBN. — audeant]
coniunctivus potentialis est, item quod sequi-
tur depoposcerit: Draeger Synt. § 28 b. —
depoposcerit] de numero singulari cf. paulo
supra: vobis arma et animus sit et ad c. 76
manebat. — praestringimus] „hebetamus, ob-
umbamus“. At recte mox: perstringendos
mulcendosque animos. Hoc enim, quod Per-
sius 1, 107: mordaci radere vero. GRON.

aliquas occupavit Vitellius, imaginem quandam exercitus habet: senatus nobiscum est. sic fit ut hinc res publica, inde hostes rei publicae constiterint. quid? vos pulcherrimam hanc urbem domibus et tectis et congestu lapidum stare creditis? muta ista et inanima intercideret ac reparari promisca sunt: aeternitas rerum et pax gentium et mea cum vestra salus incolumitate senatus firmatur. hunc auspicato a parente et conditore urbis nostrae institutum et a regibus usque ad principes continuum et immortalem, sicut a maioribus accepimus, sic posteris tradamus. nam ut ex vobis senatores, ita ex senatoribus principes nascuntur.“

10 (85) et oratio apta ad perstringendos mulcendosque militum animos et severitatis modus (neque enim in plures quam in duos animadverti iusserat) grate accepta, compositique ad praesens qui coerceri non poterant. non tamen quies urbi redierat: strepitus telorum et facies belli, mili-

2 res. p. inde] In 4 multa inanima Lipsius: inania 5 promiscuae possunt dett. 6 incolumitate 7 conditores 8 sicamatorib; 9 exenatorib; 10 oratio apta ad perstringendos Meiser: oratiopodpstringendos (unde ed. princ. syllaba od omissa oratio per perstringendos) oratio adcommodata ad perstringendos Ritter, qui confert Ann. 14, 62 13 urbi Rhenanus: urbis belli Döderlein: belli et (belli erat dett., belli et metus Meiser; et post habitu delent, ut maligna cura nominativus sit, Classen et L. Spengel)

cf. Oud. ad Suet. Oct. 29. Kritz. ad Vellei. 2, 118, 4. — domibus et tectis] Sic Augustus in oratione ad populum apud Dion. 56, 5, 3: "Ἀνδρωποι γάρ που πόλις ἐστίν, ἀλλ' οὐκ οἰκίαι οὐδὲ στοαὶ οὐδ' ἀγοραὶ ἀνδρῶν κεναί. LIPS. Camillus apud Liv. 5, 54, 2: in superficie tignisque caritas nobis patriae pendet? ERN. — promisca sunt] „Attractio Graeco sermoni consueta: „sine discrimine interciderunt et reparantur.“ DUEBN. Explicia, quasi esset promiscuum est (nihil refert, ἀδιάφορόν ἐστι) muta ista — intercideret cet. BACH. cf. Draeger Synt. § 152 b. — aeternitas rerum] Intellige rem publicam Romanam. ERN. — sicut — sic] Agr. 31 ac sicut in familia recentissimus quisque servorum etiam conservis ludibrio est, sic in hoc orbis terrarum vetere famulatu novi nos et viles in excidium petimur. — ex vobis senatores] „Quatenus sunt inter vos, qui honores adipiscuntur, vel, ut olim a censoribus, sic nunc a principe in senatum allegentur.“

85. et oratio] Huic et respondet alterius membri et severitatis modus, nec mutandum erat in ea. — apta ad] cum vix latine dici possit oratio ad perstringendos animos et in codice aperte vitium lateat, apta inserui: cf.

2, 14 apta ad iaciendum etiam paganorum manus. 3, 41 neque ad fallendum aptus numerus neque ad penetrandum. inter o et a vocalis a vocabuli apta absorpta esse et ex trunco pt praepositio per facta videtur. Curtius 6, 2, 20 polliceri militum quoque obsequium, si animos eorum leni et apta oratione permulcere voluisset. — compositi — coerceri] sedati et placati quidem erant ad tempus nec tamen severae disciplinae subici poterant. — quies urbi redierat] 3, 66 non ipsi, non amicis eius, non denique exercitibus securitatem — redituram. — belli, militibus] Doederlinum secutus sum, qui suspicatur Medicei belli et ex dittographia natum esse. Boetticher et Ruperti ita adprobant et, ut verborum complexionem usque ad credebant continent. „ita, inquit Ruperti, lucebunt haec verba, minori distinctione pro maxima, quae in omnibus libris reperitur, post obiecerat posita, ut verbis Vitellianos quoque milites — credebant ἀπόδοσις contineatur.“ at sic strepitus telorum et facies belli nimis abrupta et nude dicta sunt. debebat scriptor indicare, quaenam illa facies belli fuerit et qua in re manifesta facta sit, quod aptissime et suo more fecit addito ablativo absoluto militibus — sparsis. verbis

tibus ut nihil in commune turbantibus, ita sparsis per domos occulto habitu et maligna cura in omnes, quos nobilitas aut opes aut aliqua insignis claritudo rumoribus obiecerat. Vitellianos quoque milites venisse in urbem ad studia partium noscenda plerique credebant. unde plena omnia suspicionum et vix secreta domuum sine formidine. sed plurimum 5 trepidationis in publico, ut quemque nuntium fama adtulisset, animum voltumque conversis, ne diffidere dubiis ac parum gaudere prosperis viderentur. coacto vero in curiam senatu arduus rerum omnium modus, ne contumax silentium, ne suspecta libertas; et privato Othoni nuper atque eadem dicenti nota adulatio. igitur versare sententias et huc atque 10 illuc torquere, hostem et parricidam Vitellium vocantes, providentissimus quisque vulgaribus conviciis, quidam vera probra iacere, in clamore tamen et ubi plurimae voces, aut tumultu verborum sibi ipsi obstrepentes. (86) prodigia insuper terrebant diversis auctoribus volgata: in vestibulo Capitolii omissas habenas bigae, cui Victoria institerat; erupisse 15

1 nichil 2 aliquas 6 ut dett.: uim queng; 7 conversi dett. aut Ursinus 8 senatū (notam del. 1m) arduū 9 priuata (corr. 1m) 10 dicenti Lipsius: dicen|di 14 terrebat (n superser. 1m) 15 uigē

Vitellianos quoque etc. novum aliquid additur, quod formidinem augebat, quod minus bene cum praecedentibus in unum coniungi videntur. — occulto habitu] Significat milites in plebeia aut pacata veste, sine gladiis, domos perlustrasse, sermones excepisse adversus principem aut rerum statum praesentem. Arrianus eum morem mihi suggerit Diss. Epicteti 4, 13: Οὕτω καὶ ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἐν Ῥώμῃ οἱ προπετεῖς λαμβάνονται. Παρακεκάδικέ σοι στρατιωτῆς ἐν σχήματι ἰδιωτικῶ, καὶ ἀρξάμενος κακῶς λέγειν τὸν Καίσαρα, εἶτα σύ, ὡσπερ ἐνέχυρον παρ' αὐτοῦ λαβῶν τῆς πίστεως τὸ αὐτὸν τῆς λοιδορίας κατήρησαι, λέγεις καὶ αὐτὸς ὅσα φρονεῖς. εἶτα δεῖξέ τις ἀπάγη. LIPS. — animum voltumque] de accusativo graeco cf. Draeger Synt. § 39. — conversis] ablativus potius absolutus quam dativus est (cf. Draeger Synt. § 212 b); hoc enim dicit: sed plurimum trepidationis in publico erat, cum ad singulos nuntios animo voltuque converterentur, scil. ei quibus nuntium fama adtulisset. — rerum omnium modus] „In omnibus rebus modum tenere arduum et difficile erat, ne esse videretur contumax silentium cet.“ DUEBN. — atque eadem dicenti] „difficilis, inquit, in senatu rerum omnium

modus. taceres? silentium pro contumacia esset. diceres libere et censeris? invisa libertas. ad gratiam loquerere? non faceres fidem, quia privatus nuper Otho peritus harum artium et iisdem adulationibus exercitus.“ LIPS. in verbo dicenti complures haeserunt: Classen timenti, Pramner fingenti proposuit, ipse transponendum censui eadem atque dicenti, quamquam Walther existimaverat neminem dubitare Lipsium verissime locum emendasse. — aut tumultu] „Probra iaciebant aut in clamore ceterorum et ubi plurimae voces, ut ita clamor ceterorum ac voces obstreperent, aut tumultu verborum (praeproperare prolatorum) sibi ipsi obstrepentes.“ WALTH.

86. omissas] elapsas esse deae manibus: une Victoire, disait-on, avait laissé échapper les rênes de son char. Louandré. — bigae] notandus numerus singularis huius vocabuli: Sueton. Tib. 26 unius bigae adiectione. Statius Silv. 3, 4, 46 Tollit olorinaque iubet considerare biga. Theb. 1, 338 Rorifera gelidum tenuaverat aera biga. cf. Sirker Tac. Formenlehre p. 27. — Victoria] de Victoriis in Capitolio positis cf. Preller röm. Mythol. 2 p. 207 sq. 609 sq. — erupissee ella] Ann. 12, 7 erum-

cella Iunonis maiorem humana speciem; statuat divi Iulii in insula Tiberini amnis sereno et immoto die ab Occidente in Orientem conversam; prolocutum in Etruria bovem, insolitos animalium partus et plura alia rudibus saeculis etiam in pace observata, quae nunc tantum in metu 5 audiuntur. sed praecipuus et cum praesenti exitio etiam futuri pavor subita inundatione Tiberis, qui immenso auctu, proruto ponte sublicio ac strage obstantis molis refusus, non modo iacentia et plana urbis loca, sed secunda eiusmodi casuum implevit. rapti e publico plerique, plures in tabernis et cubilibus intercepti. fames in vulgus inopia quaestus et 10 penuria alimentorum. corrupta stagnantibus aquis insularum fundamenta, dein remeante flumine dilapsa. utque primum vacuus a periculo animus

1 e cella *Halm et L. Spengel* specie tiberini sed ni in rasura a 1m. (videtur fuisse nū, nam nota litterae tu supra erasa est) 3 Insolitas (in textu corr. et in marg. addit o 1m) 4 scelis (cum lin. transversa in l) 6 proruto *Io. Fr. Gronovius*: prorupto 7 adiacentia *Ritter* 9 et] ex In uolgv^s hic desinit folium 59; quae sequuntur inopia usque ad lib. 2, 2 Cyprum nunc desunt in Mediceo, cuius in margine inferiore recens manus: hic deficit unum folium dimittitur spatium pro dicto (littera d incerta) folio. Indicavimus rursus varietatem codicum a b 11 ut qui a b (ut que b²)

perent curia. Sallust. Ing. 99, 2 portis erumpere iubet. — cella Iunonis] in templo Capitolino, quod idem Iovis quoque et Minervae erat. *DUEBN.* — maiorem humana]. Sic A. 11, 21: oblata ei species muliebris ultra modum humanum. *Druso* item in Germania bellanti apparuit species barbarae mulieris humana amplior. *Suet. Claud. 1.* Ceterum cf. de hisce prodigiis *Plutarch. O. 4.* — Tiberini amnis] *Liv. 29, 14, 11* postquam navis ad ostium amnis Tiberini accessit. *Servius ad Verg. Aen. 8, 31* in sacris Tiberinus, in coenolexia Tiberis, in poemate Tiberis vocatur. — immoto die] caelo nulla procella nec tempestate turbato, neque terra mota. *Plut. l. 1.*: μήτε σεισμοῦ γεγονότος μήτε πνεύματος. — in Orientem conversam] id quod interpretabantur de transferendo imperio ad alterum utrum Orientis ducem, plerique de *Vespasiano*. *Plut. l. 1.*: ὁ φασὶ συμβῆναι περὶ τὰς ἡμέρας ἑκείνας, ἐν αἷς οἱ περὶ Οὐεσπασιανὸν ἐμφανῶς ἤδη τῶν πραγμάτων ἀντελαμβάνοντο. — in metu audiuntur] cf. A. 1, 28. *Claudian. de Bello Getico 238*: Tunc anni signa prioris Et, si quod fortasse quis neglexerat omen, Addit cura novis. *LIPS.* — etiam futuri pavor] Tiberis enim, ut ait *Plinius 3, 5, 55*, vates intellegitur potius ac monitor auctu semper religiosus verius quam saevus. Sic explanavit

Lipsius: nisi si simpliciter interpreteris: „ortus est pavor, ne postea tales inundationes perniciosae frequentiores etiam fierent.“ — sublicio] ligneo, qui ducebat ad Ianiculum prope portam Trigeminam (*Liv. 1, 33, 6. 5, 40, 8. Becker röm. Altert. I p. 693—698*); de quo *Plinius 36, 15, 100*: Cyzici et buleuterium vocant aedificium amplum sine ferro clavo ita disposita contignatione, ut eximantur trabes sine fulcris ac reponantur, quod item Romae in ponte sublicio religiosum est, posteaquam *Coclitae Horatio defendente aegre revolsus est.* — strage obstantis molis] pontis proruti. — iacentia — loca] humilia, depressa: cf. *Verg. Aen. 1, 224* Despicens mare velivolam terrasque iacentis. 3, 689 *Thapsumque iacentem.* *Ovid. met. 4, 144* vultusque attolle iacentem. 10, 194 sic vultus moriens iacet. 11, 618 iacentes via oculos tollens. — sed secunda] de particulis non modo — sed (sine etiam) cf. *Draeger Synt. § 128, Nipperdey ad Ann. 1, 60.* — secunda — casuum] cf. 3, 41 *dedeccoris securos.* *Curtius 9, 9, 8* securi casus eius, qui supervenit ignavis. 5, 10, 15 *securus periculi, quod instabat.* *Ovid. met. 6, 137* secunda futuri. *Hor. Ep. 2, 2, 17* poenae securus. *Draeger Synt. § 71 b.* — penuria alimentorum] Causam praecipuam indicat *Plut. Oth. 4*: κατακλύσας πολὺ μέρος τῆς πόλεως, πλεῖστον

fuit, id ipsum quod paranti expeditionem Othoni campus Martius et via Flaminia iter belli esset obstructum, a fortuitis vel naturalibus causis in prodigium et omen imminentium cladum vertebatur.

(87) Otho lustrata urbe et expensis belli consiliis, quando Poeninae Cottiaeque Alpes et ceteri Galliarum aditus Vitellianis exercitibus claudantur, Narbonensem Galliam aggredi statuit, classe valida et partibus fida, quod reliquos caesorum ad pontem Mulvium et saevitia Galbae in custodia habitos in numeros legionis composuerat, facta et ceteris spe honoratioris in posterum militiae. addidit classi urbanas cohortes et plerosque e praetorianis, vires et robor exercitus atque ipsis ducibus 10 consilium et custodes. summa expeditionis Antonio Novello, Suedio Clementi primipilaribus, Aemilio Pacensi, cui ademptum a Galba tribunatum reddiderat, permissa. curam navium *Moschus* libertus retinebat ad observandam honestiorum fidem immutatus. peditum equitumque copiis

1 quod] quidem a b (quidem quod b²) 3 claudium a 4 et om. b belli *Rhenanus*: bello a b Poeninae *Puteolanus*: penninae a b 5 Cottiaeque *Rhenanus*: coctiaeque; a b (Cottianaque *Ritter*) 7 caesarum a b (corr. b²) milium a, milinum b 8 custodiam a b (corr. b²) spe *Io. Fr. Gronovius*: spes a b 9 honoratę a b 10 vires et *Lipsius*: uiris ut a b 11 suelio a b 12 emulio a b pascensi b (corr. b²) qui b 13 *Moschus Orelli*: oscus a b, oscus alii 14 invitatus vel imitatus alii, [immutatus] *Muretus*

δὲ ἐν ᾧ τὸν ἐπὶ πράξει διαπολοῦσι σίτον, ὡς δεινὴν ἀπορίαν ἡμερῶν συγῶν καταγεῆν. — obstructum] *Suet. O. 8*: primo exercitus inundationibus Tiberis retardatus, ad XX. etiam lapidem ruina aedificiorum praecusam viam offendit. de constructione praedicati ad appositionem accommodati v. *Draeger Synt. § 78.*

87. lustrata urbe] ob prodigia infausta. cf. A. 13, 24. — classe valida] in portu Foroiliensi. — caesorum] cf. c. 6. 37. Erant classiarum. — in numeros] in Führlein; cf. supra c. 6. Agr. 18 „in cohortes et centurias eos descripsit, in quas, ad explendum, si forte expediret, totius legionis numerum, postea accedentes copiae recenserentur.“ *DUEBN.* De his intellige 2, 11: ipsum Othonem comitabantur — classiorum ingens numerus. — honoratioris — militiae] quam erat classica; ut igitur fierent legionarii vel etiam praetoriani. cf. *Liv. 32, 23*: navales socii, relictis nuper classibus ad spem honoratioris militiae transgressi. — plerosque] permultos, ut *Ann. 4, 9. Quintil. 6, 4, 9*: videas plerosque ira percitos exclamantes. Memorantur hi praetoriani rursus 2, 14. — vires et robor]

Ἐναργείας ergo iungit haec synonyma etiam 2, 11: plus virum ac roboris. Eiusdem generis c. 88: occultare et abdere. cf. *Draeger Syntax § 242.* — primipilaribus] ad tribunatum] cohortis urbanae. c. 20. — curam navium] ubi peditum equitumque copiae in Galliam appulissent, is remigibus praeesse et, si quid detrimenti passae essent naves, eas reficiendas curare debebat. — immutatus] Sensus est, ut *Lipsius* ait in *Dispunctione Cod. Mirandulani Ed. Antverp. 1607. p. 27*: „Sententia clara, libertum istum (cui generi principes maxime credebant) datum ab Othone ad observandam fidem honestiorum, ducum scilicet, qui praecerant classi Gallicanae. Vitium modo est in v. invitatus, quod Florentino est immutatus. Hoc expedi, (Frehere!) et vir es.“ (*Louandre*: avec mission de suivre et de surveiller ceux qui valaient mieux que lui; sed honestiores sunt ingenui atque nobiliores.) *Döderlein* suspectum voc. immutatus ita defendit: „Quem non mutaverat Otho alio navium curatore, libertum potissimum maximeque idoneum ratus ad observandam honestiorum fidem, qui flagitiosum Othonis imperium detracturi essent. Poterat sane omitti

Suetonius Paulinus, Marius Celsus, Annii Gallus rectores destinati. sed plurima fides Licinio Proculo praetorii praefecto. is urbanae militiae impiger, bellorum insolens, auctoritatem Paulini, vigorem Celsi, maturitatem Galli, ut cuique erat, criminando, quod facillimum factu est, prae-
 5 vus et callidus bonos et modestos anteibat. (88) sepositus per eos dies Cornelius Dolabella in coloniam Aquinatem, neque arcta custodia neque obscura, nullum ob crimen, sed vetusto nomine et propinquitate Galbae monstratus. multos e magistratibus, magnam consularium partem Otho non participes aut ministros bello, sed comitum specie secum expedire
 10 iubet; in quis et Lucium Vitellium, eodem quo ceteros cultu, nec ut imperatoris fratrem nec ut hostis. igitur motae urbis curae; nullus ordo metu aut periculo vacuus. primores senatus aetate invalidi et longa pace desides, segnis et oblita bellorum nobilitas, ignarus militiae eques, quanto magis occultare et abdere pavorem nitebantur, manifestius pa-
 15 vidi. nec deerant e contrario qui ambitione stolidi conspicua arma, insignes equos, quidam luxuriosos apparatus conviviorum et irritamenta

4 quuiq; b 6 dolobella b equitantē a b (corr. b²) 7/8 sed — multos om. b¹
 9 particeps b (particeps b²) speciae a se secum Ritter expediri Faernus 10 et] ut a b (corr. b²) 11 mota urbis cura alii 12 moetu b inualida a b 13 bellorum om. a b¹

immutatus post retinebat, sed ad sensum tantummodo, non item ad numeros vel periodi elegantiam; non magis quam participium 2, 98 Plures fessellere fide amicorum aut suomet astu occubati. cf. 4, 14 tradi se praefectis centurionibusque; quos ubi spoliis et sanguine expleverint, mutari. — militiae impiger] Ann. 3, 48 impiger militiae. cf. Draeger Synt. § 71 a. — maturitatem] experientiam rerum sanumque iudicium, ut nos den reifen Verstand. Sic Vell. 2, 125: veteris imperatoris maturitas.

88. sepositus] Sic Suet. Tit. 9: fratrem — neque occidere neque seponere — sustinuit. cf. c. 10. — Cornelius Dolabella] Gnaeum dicit Suet. Galb. 12. Eum simul cum Othone et Pisone adoptionem Galbae ambisse auctor Plutarchus G. 23: Γνωσσκων δὲ τῶν φίλων ἐνίους μὲν ὑπὲρ Δολαβέλλα, τοὺς δὲ πλείστοις ὑπὲρ Ὀθωνος ἀρχαίρεσιάζοντας, ὧν οὐδέτερον ἐδοκιμαζεν αὐτός, ἄφω μὴδὲν προσιπῶν μετεπέμψατο Πείσωνα. Occisus postea Vitellii iussu; infra 2, 63. — Aquinatem] oppidum Latii, etiam nunc Aquino. — neque obscura] non in carcerem conditus est,

sed magistratui alicui Aquinati in liberam custodiam datus. Ceterum cf. Plutarch. O. 5: ἐν Ῥώμῃ Δολοβέλλα, εὐπατριδῆς ἀνὴρ, ὑποψίαν παρεῖχε τοῖς μεσοφόροις νεώτερα φρονεῖν. Ἐκεῖνον μὲν οὖν εἶτε αὐτὸν εἶτε ἄλλον δεδουκῶς εἰς πόλιν Ἀκύνιον παρέπεμψε παρα-ζαρρύνας. — propinquitate] nobis ignota. — expedire] in bellum ire, expeditionem comitari, ut c. 10. — eodem — cultu] „quem Otho eadem qua ceteros ratione coluit ac tractavit.“ — metu aut periculo] pro vulgari metu periculi. Ceterum in his respexit potissimum ad cives honestiores, senatores equitesque, adeo ut nulla sit contradictio in vv. c. 89: communium curarum expers populus. — desides, segnis] Utrumque voc. iungit H. 2, 21: ut segnem et desidem — militem — increpabant. Desides, proprie qui compressis manibus sedent, die Hände in den Schofs legen; segnis opponitur prompto, idem fere ac tardus. cf. Doederlein Synon. IV p. 215. BACH. (amollis; énervec Louandre.) — quidam — mercarentur] anacluthia quaedam: nam aut mercarentur post equos ponendum aut qui pro quidam scribendum fuit. — irri-

libidinum ut instrumenta belli mercarentur. sapientibus quietis et rei publicae cura; levissimus quisque et futuri improvidus spe vana tumens; multi afficta fide in pace usi turbatis rebus alacres et per incerta tutissimi. (89) sed vulgus et magnitudine nimia communium curarum
 5 expers populus sentire paulatim belli mala, conversa in militum usum omni pecunia, intentis alimentorum pretiis; quae motu Vindicis haud perinde plebem attriverant, secura tum urbe et provinciali bello, quod inter legiones Galliasque velut externum fuit. nam ex quo divus Augustus res Caesarum composuit, procul et in unius sollicitudinem aut decus
 10 ad rem publicam pertinere; Scriboniani contra Claudium incepta simul audita et coercita; Nero nuntiis magis et rumoribus quam armis depulsus. tum legiones classesque et, quod raro alias, praetorianus urbanusque miles in aciem deducti; Oriens Occidensque et quicquid utrimque virium est a tergo: si ducibus aliis bellatum foret, longo bello materia
 15 fuere qui proficiscenti Othoni moras religionemque nondum conditorum ancilium afferrent: aspernatus est omnem cunctationem ut Neroni quoque

1 ut in rasura b instrumentum a b 1/2 rei. p. a, r. p. b 3 multis afficta fides a b usi Meiser: ac si a b (ac alii), anxii Nolte 6 pretiis b 7 proinde a b² (prouide b) et] a alii prouincilli a (corr. 1m) 9 in om. a b¹ 10 p. r. b Tyberio b caio a 11 ad om. codices r. p. pertinere a b: rei p. pertinuere alii inepta a b¹ 12 coercita a b² 14 utriq; b, utrinque a 16 religionēq; a 17 ancilium scutum uel arma celestia a b (glossam expungit b²) †

tamenta libidinum] ut exoletos formosos. — quietis et rei publicae] bellum civile detestantes, principem et Othone et Vitellio meliorem optabant. — afficta fide — usi] propter ingenū aes alienum; bei gesunkenem Credit Gutmann, qui avaient perdu tout crédit Louandre. Adfectam fidem dicit H. 3, 65. cf. 4, 28 meliore usi fide quam fortuna. Sall. Jug. 111, 2 fluxa fide usus. — per incerta tutissimi] in eo ipso securitatem suam reponebant, quod belli civilis exitus incertissimus erat.

89. magnitudine nimia] Immensus pauperiorum numerus cotidianis tantummodo vitae necessitatibus providere coactus erat neque ulla sollicitudine afficiebatur de imperii salute; sunt enim communes curae eae, quae cunctis civibus communes esse debent; non ut volebat Walther, „quibus uterque ordo, senatorius et equester,angebatur.“ — pacis adversa] delationes, exsilia, insontium saepe supplicia rem publicam affligere, quippe cum bella externa tunc gesta nulla imperio peri-

cula minitarentur. — ad rem p. pertinere] cf. c. 30 ad nos scelerum exitus, bellorum ad vos pertinebant. 3, 19 expugnatae urbis praedam ad militem, deditae ad duces pertinere. 4, 7 pertinere ad utilitatem rei publicae, pertinere ad Vespasiani honorem. 4, 52 prosperis et alii fruuntur, adversa ad iunctissimos pertineant. — Scriboniani] Suet. Claud. 13: (a. u. 795 p. Ch 42) bellum civile movit (M.) Furius Camillus Scribonianus, Delmatiae legatus; verum intra quantum diem oppressus est. Dio 60, 15. cf. Ann. 12, 52. — Oriens cet.] Tunc nondum certum erat, ad utrum, Othonemne an Vitellium sese inclinaturus foret Oriens cum viribus suis, in Syria et Iudaea sub Muciano et Vespasiano, item Aegyptus, Occidensque, Britannia, Hispania, Africa. Uterque autem bellantibus erat a tergo, im Hintergrunde vel, ut recte vertunt et Burnouf et similiter Louandre, l'Orient et l'Occident apparaissaient en seconde ligne avec toutes leurs forces. — ancilium] Suet. O. 8: Expeditionem autem incipere atque etiam

exitiosam; et Caecina iam Alpes transgressus extimulabat. (90) pridie idus Martias commendata patribus re publica reliquias Neronianarum sectionum nondum in fiscum conversas revocatis ab exilio concessit, iustissimum donum et in speciem magnificum, sed festinata iam pridem 5 exactione usu sterile. mox vocata contione maiestatem urbis et consensum populi ac senatus pro se attollens adversum Vitellianas partes modeste disseruit, inscitiam potius legionum quam audaciam increpans, nulla Vitellii mentione, sive ipsius ea moderatio, seu scriptor orationis sibi metuens contumeliis in Vitellium abstinuit, quando, ut in consilii 10 militiae Suetonio Paulino et Mario Celso, ita in rebus urbanis Galeri Trachali ingenio Othonem uti credebatur; et erant qui genus ipsum orandi noscerent, crebro fori usu celebre et ad implendas populi aures latum et sonans. clamor vocesque vulgi ex more adulandi nimiae et

1 cecina a b transgressus a (corr. 1m) Pridiae a 2 ydus b re. p. a, r. p. b
reliquias a 4 pridie b (corr. b²) 5 sterile Lipsius: sterili 8 imentione b (corr. b²)
11 [Othonem] Acidalius credebant L. Spengel 12 celebre b et om. a b 13 nimie b

praepropere inchoavit, nulla ne religionum quidem cura, sed et motis necdum conditis ancilibus, quod antiquitus infaustum habetur. Movebantur duodecim ancilia, hoc est promebantur e templo Martis ad sollemnem Saliorum saltationem cum tripudiis kal. Martii durabatque id sollemne triginta dies, auctore Polybio 21, 10, 12. cf. Ovid. Fast. 3, 387. Liv. 1, 20. Otho autem profectus est pridie idus Martias (Henzen acta fratrum Arvalium p. XCIII et 115), ancilibus igitur nondum conditis.

90. sectionum] auctionum. Lipsius in Disruptione p. 27: sectionum] Tuus liber (fictus) exactionum. Quid ita? quia scriptor aut tu, quid sectio, non cepistis. At Tacitus dicit, e bonis damnatorum sub hasta divenditis reliqua concessa nuper exulibus iuste, quia ex ipsorum aut parentum bonis. cf. Plut. Oth. 1: τοῖς δὲ ἐπὶ Νέρωνος φυγοῦσι καὶ καταλοῦσιν ἐπὶ Γάλβᾳ συγκλητικοῖς πᾶσιν ἀπέδωκεν ὅσα μὴ πεπραμένα τῶν κτημάτων ἐκάστων ἐξέουρισκεν. — exactione] ab ipsis, qui fisco praeerant; qui festinantes et, ut in talibus, diffidentes, exegerant vel ante diem: pactione etiam aliqua aut remissione. Lips. — Galeri Trachali] Praenomen fuit Marcus. cf. 2, 60. Quintil. 10, 1, 119. 12, 5, 5. 12, 10, 11. Consul fuit a. u. 821, p. Ch. 68 cum Silio

Italico. cf. Meyeri Orat. Roman. Fragm. Ed. II. p. 592. — Othonem uti credebatur] Graeca constructione apud Tacitum haud rara. A. 2, 69: quis creditur animas numinibus infernis sacrari. 4, 57. Hist. 1, 40. 3, 79. cf. Nipperdey ad Ann. 2, 69. Draeger Syntax § 152; contra Wölfflin (Philol. 26, 119) Acidalii rationem probat. — ad implendas populi aures] Consentit iudicium Quintiliani 10, 1, 119: erant clara et nuper ingenia. nam et Trachalus plerumque sublimis et satis apertus fuit et quem velle optima crederes, auditus tamen maior: nam et vocis, quantum in nullo cognovi, felicitas et pronuntiatio vel scaenae suffectura et decor, omnia denique ei, quae sunt extra, superfuere. — latum] breiuströmend, abundant. Opponitur adstricta oratio. cf. Cic. Brutus § 120: nam ut Stoicorum astrictior est oratio aliquantoque contractior quam aures populi requirunt, sic illorum liberior et latior quam patitur consuetudo iudiciorum et fori. de fin. 2, 6, 17: quod latius loquerentur rhetores, dialectici autem compressius. Quintilian. 10, 1, 106: ille concludit astrictius, hic latius. Haec autem laus h. l. nescio quid ambigui habet: significat propter verborum copiam auditores vel ex populo facile eius sententias assequi potuisse. Optimo sensu contra Plinius ep. 1, 10, 5: Platoniam illam sublimitatem et latitudinem effingit. — sonans]

falsae: quasi dictatorem Caesarem aut imperatorem Augustum prosequerentur, ita studiis votisque certabant, nec metu aut amore, sed ex libidine servitii: ut in familiis, privata cuique stimulatio et vile iam decus publicum. profectus Otho quietem urbis curasque imperii Salvio Titiano fratri permisit.

1 false a cesarem b 2 moetu b ex] et b (corr. b²) 3 quuiq; b simulatio
a b 4 Praefectus b (corr. b²) 5 Tatiano b CORNELII TACITI LIBER XVII
EXPLICIT INCIPIT XVIII b

Quintil. 12, 10, 11 sonum Trachali. — libidine servitii] perversa ad servitium propensione, entraînement pour la servitude Louandre. — ut in familiis] Populus serviendi studio eadem faciebat, quae in privatis aedibus familia servorum solet. ERN. Scilicet unus quisque exaggerata adulatione atque promptiore obedientia ceteros conservos vincere atque maiorem sibi apud herum favorem conciliare studet. — profectus Otho] eo ipso die, ut supra diximus ad c. 89, h. e. pridie idus Martias (14. die Martii), contra secundum Suet. Oth. 8: die, quo cultores deum matris lam-

tari et plangere incipiunt. Dies hic erat sanguinis, quo celebrabant Galli, Cybelae sacerdotes, memoriam Attidis pueri evirati, IX. kal. April. (24. die Martii. cf. Trebell. Poll. Claud. 4.) Quodsi Otho a. d. XVI. kal. Maias (16. die Aprilis) se interfecit (v. L. Krauss: de vitarum imperatoris Othonis fide quaestiones. Zweibrücken 1880 p. 44 s.), consequens inter professionem ex urbe eiusque mortem interlapsos esse dies XXXIV aut, si Suetonio fides habenda est, XXIV, quibus gesta quae describuntur libro sequente usque ad caput quinquagesimum.

EXCURSUS I.

AD LIB. I. CAP. VI.

W. PFITZNER *allgemeine Geschichte der Kaiser-Legionen von August bis Hadrian in Bergk und Caesar Zeitschrift für die Alterthumswissenschaft.* 1846. I. S. 14.

„Wir könnten sogleich zu den Veränderungen des Galba übergehen, wenn nicht noch gegen eine Angabe des Dio Cassius, der man bisher unbedingt Glauben geschenkt, dem Nero die Aufrichtung der legio classica, bald I. Adiutrix genannt, zu vindiciren wäre. In den Ausgaben des Tacitus findet man über dieselbe die widersprechendsten Angaben. Schon Reimarus versuchte die Schwierigkeiten zu lösen, und mit so vielem Glück, dass wir auf dem Grunde, den er zu Dio c. 64, 3, Ann. 16 gelegt, ruhig weiter bauen können. Aus den bezüglichen Stellen (D. C. 64, 3. Suet. Galb. 12. Plut. Galb. p. 1059. (c. 15.) Tac. Hist. 1, 6. 31. 37. 87) geht hervor, dass Nero viele Tausende von Schiffssoldaten und Ruderern bei der Bedrohung seines Thrones nach Rom versammelte. Aus diesen wurde die legio classica, vollständig mit Fahnen und Adler ausgerüstet, gegründet. Die übrige grosse Masse war noch nicht geordnet, und wurde als Reserve zurückgehalten mit der Aussicht auf Legionendienst und Sold. Als Galba in Rom einzog, liess er die legio classica bestehen (cf. Tac. Hist. 1, 6: remanente ea, quam e classe Nero conscripserat. 31: legioni classicae diffidebat. — Legio classica nihil cunctata praetorianis adiungitur.) Die übrige noch ungeordnete Masse sollte ihren Hoffnungen entsagen und zu dem niedrigeren Schiffsdienst zurückkehren. Die Getäuschten

treten gegen einen solchen Befehl zusammen, werden aber von dem Sieger Galba bestraft. Suet. Galb. 12. Durch den Kampf an dem pons Mulvius und die darauf erfolgte Decimierung kamen gegen 7000 um. Dies hat Xiphil. 64, 3 irrthümlich auf die Praetorianer bezogen. Die Ueberlebenden wurden als Kriegsgefangene behandelt (cf. Tac. Hist. 1, 87: quod reliquos caesorum ad pontem Mulvium et saevitia Galbae in custodia habitos.) Sobald Otho sich gegen Galba erhob, traten sie sogleich nebst ihren früheren Commilitonen der legio classica zu dem neuen Kaiser über (cf. Tac. Hist. 1, 36: universa classicorum legio). In dem Kampfe gegen Vitellius zieht die legio classica unter Spurrina gegen Caecina (Tac. Hist. 2, 11). Die übrigen classarii werden in Fähnlein geordnet, ohne jedoch eine Legion zu bilden (Tac. Hist. 1, 87 in numeros legionis composuerat). Auch denjenige, welche damals noch auf den Schiffen waren, wird Hoffnung auf ehrenvolleren Dienst gemacht (facta et ceteris spe honoratoris in posterum militiae). Eine grosse Masse der classicorum behält Otho bei sich (Tac. Hist. 2, 11: ipsum Othonem comitabantur — classicorum ingens numerus). Einige Fähnlein derselben sind bei der Schiffs Expedition gegen Gallia Narbonensis unter Suetonius Clemens (Tac. Hist. 2, 12. 14), andere sind bei der eigentlichen legio classica unter Spurrina geblieben (Tac. Hist. 2, 17. 22). Endlich kommt die legio classica, die Tacitus jetzt zum erstenmale legio Adiutrix nennt, zum Kampf mit der legio XXI. Rapax und ist begierig, sich ihrer Auszeichnung würdig zu zeigen (Tac. Hist. 2, 43: non ante in aciem deducta, sed ferox et novi decoris avida). Die Errichtung dieser legio classica oder I. Adiutrix hat Dio Cassius 55, 24 dem Galba zugeschrieben. cf. quae de eadem re Pfizner disputavit in libro novissime edito: *Geschichte der römischen Kaiserlegionen von Augustus bis Hadrianus*. Leipzig 1881 p. 42 s. 218 s.

BURNOUFII EXCURSUS II. AD LIBRI I. C. LXXXVI.

Liv. 43, 13: *Non sum nescius ab eadem negligentia, qua nihil deos portendere vulgo nunc credant neque nuntiari admodum nulla prodigia in publicum neque in annales referri. Ceterum et mihi vetustas res scribebenti nescio quo pacto antiquus fit animus et quaedam religio tenet, quae illi prudentissimi viri publice suscipienda censuerint, ea pro dignis habere, quae in meos annales referam.* Quo loco allato ita pergunt Burnouf: „Voilà le véritable point de vue où doit se placer l'historien: ces phénomènes, tout faux qu'ils étaient, donnaient lieu à des actes de gouvernement; dès lors ils appartiennent à l'histoire. De plus, ils agitaient vivement l'imagination de la multitude, et une croyance chimérique devenait souvent la cause d'événemens trop réels. Enfin, dans l'histoire de l'esprit humain, les erreurs ne sont pas la partie la moins curieuse ni la moins instructive.“

His addemus, quae ad c. 89 excerpit idem Burnouf: *Et quicquid utrimque virium est*] „Quelle belle et grande image!“ dit Ferlet: „les armées d'Othon et de Vitellius marchant pour se heurter dans les plaines de l'Italie; et derrière elles l'Orient et l'Occident prêts avec toutes leurs forces, comme deux champions redoutables, à entrer en lice pour la même querelle, si elle n'eût pas été vidée si promptement.“

HISTORIARUM

LIBER SECUNDUS.

BREVIARIUM LIBRI.

Cap. 1. Titus ad Galbam missus nuntio mortis eius accepto vertit iter. 2. Paphiae Veneris templum adit. 3. huius origo et deae cultus. 4. ibi futura edoctus aucto animo ad patrem, qui bellum Iudaicum profigaverat, redit. 5. Vespasiani Mucianique ingenium ac mores diversi. hi duces positos odiis in medium consulunt. inde 6. 7. civilis belli occasio intumescens Orientis legionibus. 8. 9. Falsi Neronis Iudibrium ab Asprenate compressum. 10. In urbe parvae res magnis motibus actae. Vibius Crispus Annium Faustum, delatorem fratris sui, pervertit.

11. Laeta Othoni principia belli. 12. miles eius in Alpinos saevit. 13. In Albintimilium iras vertit. egregium maternae pietatis exemplum. 14. imminet provinciae Narbonensi Othoniana classis. Vitelliani caesi. 15. nec Othonianis incruenta victoria. 16. Paecarium procuratorem iuvare Vitellium Corsorum viribus parantem insulani necant. 17. Vitellianorum res secundae in Italia. 18. 19. Spurrina Placentiam munit contra Vitellianos. 20. eam Caecina dum oppugnat, 21. amphitheatrum urbi proximum conflamat. 22. obsidione soluta Cremonam Caecina petit, ubi 23. Othoniani prospere pugnant. vincuntium impetum reprimunt duces, inde suspecti fiunt suis. 24. Caecinae insidias in ipsum vertit Suetonius Paulinus, cuius 25. cunctatione Vitelliani servantur. 26. utrimque tumultuantur milites.

27. Valens in Italiam copias ducit. 28. 29. gravis in eius exercitu orta Batavorum seditio Alfeni Vari consilio composita. 30. iunctis armis, aemulatione suppressa, Caecina ac Valens Vitellium fovent, Othoni probra obiectant. eorum 31. Othonisque et Vitellii comparatio. Otho consultat de ratione belli. 32. Suetonius Paulinus moram suadet. 33. Titiani fratris et Proculi consilia praevalent. Otho cum valida manu Brixellum concedit. 34. Vitelliani transitum Padi simulant; 35. 36. quem prohibentes Othoniani caeduntur. 37. vanus rumor, pavore belli fastidive utriusque principis pacis consilia inter exercitus fuisse agitata. 38. excursus de prioribus populi Romani civilibus bellis. 39. 40. Titianus et Proculus ad quartum a Bedriaco castra inperite promovent. ducibus dubiis rem in discrimen mitti Otho iubet. 41—43. Bedriacensis pugna. 44. Othonianorum fuga et adversus duces suos ira. 45. indutiae. victi cum victoribus in lacrimas effusi; civilia bella detestantur. 46—49. Accepto cladis nuntio Otho consilii certus spretis amicorum militumque solacii seditioem compescit et in ferrum pectore incumbit. funus maturatum. ad rogam quidam militum se interficiunt. 50. Othonis aetas, origo, fama.

51. Novata luctu ac dolore militum seditio. 52—54. pars senatus Othonem secuta extremum discrimen adit. 55. Romae trepidationis nihil; spectantur ludi; audita Othonis morte Vitellio plaudent. 56. gravis Italiae victor exercitus. 57. Vitellius nuntium de victoria sua accipit, 58. simulque de transgressa in partes suas utraque Mauretania 59. Blaesi odium vernilibus blanditiis velat. 60. Othonianorum promptissimos centuriones interficit, duces absolvit. 61. Maricci inserere sese fortunae ausi supplicium. 62. Vitellii gula, edicta. spretum Augusti Caesarisque praeconium. pulsati mathematici. equites arena prohibiti. 63. 64. Dolabellae caedes. Triariae licentia, Galeriae et Sextiliae modestia. 65. Cluvius absolvitur, Trebellius movetur. 66. Victae legiones ferocient. quartadecimanorum et Batavorum discordia. 67. praetorianorum honesta missio. sparguntur legiones. 68. luxuriam principis aemulatur exercitus. Ticini tumultus alio tumultu sedatus. Verginii periculum. 69. cohortes Batavorum in Germaniam remissae. amputati legionum auxiliorumque numeri, miles luxu corruptus. 70. Vitellius Bedriacenses campos laetus lustrat, propinqua sortis ignarus. 71. Neronis libidines aemulatur. consulatus partitur. 72. Falsus Scribonianus cruci suffixus.

73. Vitellius ob adactum in verba sua Orientem superbus et socors Vespasiani ad nomen excitatur. 74. hic bellum armaque parat. 75—78. nutantem firmant Mucianus, legati alii, vatium responsa et Carmeli dei sacerdos. 79. 80. imperatorem salutant Aegyptus Tacitus. II.

et Syria. 81. accedunt ad partes eius reges Sohaemus, Antiochus, Agrippa, regina Berenice. 82. belli consilia. Titus instat Iudaeae. Vespasianus claustra Aegypti obtinet. 83. 84. Mucianus cum exercitu praemissus nervum belli conquirat. 85. 86. Moesicae Pannonicaeque legiones in partes transgressae Delmaticum militem trahunt. belli faces Antonius Primus, Cornelius Fusus. 87. Vitellius, contemptior in dies, gravi urbem agmine petit eamque. 88. 89. patrata multa militum paganorumque caede, ut captam, ingressus. 90. magnificam de semet ipso orationem promit. 91. humani divinique iuris expers, nonnulla tamen popularia usurpat. 92. munia imperii Caecina ac Valens obeunt. Vitellio auctoritatis nihil. 93. militis in urbe otium, libidines, morbi, mortes, 94. insolentia, paucitas. Vitellii inopia, prodigientia, duces Galliarum postulati ad supplicium. militiae ordo confusus. 95. natalis Vitellii ingenti paratu celebratus. inferiae Neroni factae. urbis miseria. 96. defectionis Flaviana rumores male coercent Vitellius. 97. 98. excita tamen auxilia, sed necessitas dissimulata. 99. inrumpentibus hostibus Caecina ad bellum praemittitur; sed is 100. 101. cum Lucilio Basso classibusque Ravennati Misensisque proditionem componit et ad partes Vespasiani transit.

Gesta haec sunt paucis mensibus anno eodem, consulibus iisdem et aliis suffectis, de quibus videsis 1, 77.

(1) Struebat iam fortuna in diversa parte terrarum initia causasque imperio, quod varia sorte laetum rei publicae aut atrox, ipsis principibus prosperum vel exitio fuit. Titus Vespasianus e Iudaea incolumi adhuc Galba missus a patre causam profectionis officium erga principem et maturam petendis honoribus iuventam ferebat, sed vulgus fingendi avidum disperserat accitum in adoptionem. materia sermonibus senium et orbitas principis et intemperantia civitatis, donec unus eligatur, multos destinandi. augebat famam ipsius Titi ingenium quantaecumque fortunae capax, decor oris cum quadam maiestate, prosperae Vespasiani res,

2 varia sorte Lipsius: varie ortum a b, vari aborte alii letum a rei. p. a, r. p. b
3 vel] aut alii e] a b iudaea b 8 quantquamq; b 9 decor oris Rhenanus: decoris a b, decori alii (decus oris Ritter) prospere b

1. diversa] opposita et longe distante, in Oriente scilicet. — imperio] Construe cum vv. initia causasque potius quam, ut fecere alii, cum v. struebat. — varia sorte] Egregia Lipsii coniectura firmatur c. 70 varia sors rerum, c. 95: misera civitas — varia et pudenda sorte agebat. 3, 80: varia legatorum sors fuit. cf. 2, 6 vario eventu, 4, 34 varia — fortuna. — prosperum] Vespasianus et Titus boni imperatores et felices; Domitianus ex eadem domo crudelis et malo exitio affectus. DUEBN. — missus a patre] cf. 1, 10. Qua de re ita Hegesippus 4, 21: Sententiam novi principis (Galbae) de bello Iudaico sciscitari Vespasiano consilium fuit misitque Titum filium et regem Agrippam. Titus de Achaia revertit comperto, quod Galba occisus; Agrippa Romam contendit. Loci fons est apud Ioseph. B. I. 4, 9, 2. Vespasiano autem suspectus erat Galba, per-

cussos sibi ex Hispania in Iudaeam submisisse opinato. Suet. G. 23. Hinc Galbam sibi penitus conciliare volebat misso ad eum filio. — decor oris] Quintil. 6, 3, 12 inest proprius quibusdam decor in habitu ac vultu. Phaedrus 1, 13, 7 quantum decoris corpore et vultu geris! cf. Agric. c. 44 gratia oris. Ann. 15. 48 decora facies. Ne decus quidem oris, quod volebat Ritter, absurde dici docent Verg. Aen. 4, 150 tantum egregio decus emittit ore. Ovid. met. 3, 422 eburnea colla decusque oris. — prosperae Vespasiani res] „Ultima duo vv. non erant in MS. Bud. et in Guelf. a manu sec. addita sunt in margine. Unde Rhenanus volebat prospere praesaga responsa, plane ut est in Guelf. Sane alienae sunt Vespasiani patris res, cum de ipsius bonis agatur. Fortasse tantum prosperae res scripsit Tacitus.“ ERN. Mirum profecto iudicium! Quidni vidit Tacit-

praesaga responsa et inclinatis ad credendum animis loco omnium etiam fortuita. ubi Corinthi, Achaiae urbe, certos nuntios accepit de interitu Galbae et aderant qui arma Vitellii bellumque affirmarent, anxius animo paucis amicorum adhibitis cuncta utrimque perlustrat. si pergeret in urbem, nullam officii gratiam in alterius honorem suscepti ac se Vitellio sive Othoni obsidem fore: sin rediret, offensam haud dubiam victoris, set incerta adhuc victoria et concedente in partes patre filium excusatum. sin Vespasianus rem publicam susciperet, obliviscendum offensarum de bello agitantibus. (2) his ac talibus inter spem metumque iactatum spes vicit. fuerunt qui accensum desiderio Berenices reginae vertisse 10 iter crederent; neque abhorrebat a Berenice iuvenilis animus, sed gerendis rebus nullum ex eo impedimentum. laetam voluptatibus adolescentiam egit, suo quam patris imperio moderatior. igitur oram Achaiae

1 presaga a omniū a, omnium b 2 fortuita Grotius: fortuna Achaiae b [Achaiae urbe] Fr. Iacob 4 utrinque a b 5 officii nullam a (corr. 1m) 6 sin] si] in a 7 set Rhenanus: et incertam adhuc victoris a b (incertum b²), incertam adhuc victoriam alii patrię a b (corr. b²) 8 rem. p. a, r. p. b 9 et metumq; a, moetumq; b 10 fuere alii Berenices Lipsius: beronices 11 Berenice Lipsius: beronice 12 expeditum a b (corr. b²) 13 modestior alii

tum hoc dicere voluisse „redundasse in filium patris gloriam“? — praesaga responsa] „Legendum praesagia, responsa diximus Obs. 2, 20.“ GRON. Mihi multo concinnior atque efficacior videtur Codd. lectio. Refer autem ad fatidica oraculorum, vatum, (ut Flavii Iosephi), haruspicum responsa Vespasiano data, quae enumerat Suet. Vesp. 5. Similiter Ovid. met. 3, 514 praesagaque ridet verba senis. Splendor autem principatus, quem patri pollicebantur, illustrabat etiam filium. Alii referunt ad ea, quae de Tito narrantur c. 4, sed Paphii oraculi responsum ei in reversione demum ad patrem datum nemo nosse poterat tum, cum eius adventus in urbem expectabatur. — fortuita] „quorum alio tempore nemo rationem aut curam habuisset, tunc pro omnibus accipiebantur.“ cf. 1, 86 a fortuitis vel naturalibus causis in prodigium et omen — vertebatur. — Corinthi] de appositione addita cf. Nipperdey ad Ann. 5, 10 Euboeam, Aegaei maris insulam. — anxius animo] N. Heinsius: „malim animi“, at cf. c. 65 laetitiam — vultu ferens, animo anxius. — nullam officii gratiam — suscepti] apte L. Spengel verba illa confert, quibus Napoleo post pugnam ad oppidum Austerlitz factam Haugvitzium casti-

gavit: „Voilà un compliment, dont la fortune a changé l'adresse!“ — offensarum] „non cogitandum esse de offensis, eas prorsus negligendas esse iis, qui ab ipso bello, longe maxima offensa, non abhorruissent.“

2. iactatum spes vicit] Adeo haesit in his Ernestius, ut proponeret, dubitanter tamen: iactatur vel iactatus. Spes vicit. Sed modo prope poetico dictum est pro: inter spem metumque cum iactaretur, tandem in eius animo spes vicit. — Berenices] quae pulcherrima fuit proneptis Herodis Magni, maioris Aristobuli et Berenices, filia Agrippae neptrix, soror Mariae, Drusillae et Agrippae minoris, ultimi Iudaeorum regis, incesti cum fratre commissi suspecta, nupta primum Herodi patruo, Chalcididis regi, deinde Polemoni II., regi Ponti et Ciliciae, amata a Tito Caesare, cuius causa bis Romam venit. cf. 2, 81. Suet. Tit. 7: suspecta — libido, — propter insignem reginae Berenices amorem, cui etiam nuptias pollicitus ferebatur. — Berenicen statim ab urbe dimisit (ob populi indignationem), invitum invitam. Dio 66, 15. Ioseph. A. I. 18, 5, 4. 19, 5, 1. 20, 7, 3. Acta Apost. 25, 13. 23. 26, 30. — moderatior] cf. Suet. Tit. 1. 7.

et Asiae ac laeva maris praevectus Rhodum et Cyprum insulas, inde Syriam audentioribus spatiis petebat. atque illum cupido incessit ad eundi visendique templum Paphiae Veneris inclitum per indigenas advenasque. haud fuerit longum initia religionis, templi ritum, formam 5 deae (neque enim alibi sic habetur) paucis disserere. (3) conditorem templi regem Aeriam vetus memoria, quidam ipsius deae nomen id perhibent. fama recentior tradit a Cinyra sacratum templum deamque ipsam conceptam mari huc adpulsam, sed scientiam artemque haruspicum accitam et Cilicem Tamiram intulisse atque ita pactum, ut familiae 10 utriusque posteriori caerimoniis praesiderent. mox, ne honore nullo regium genus peregrinam stirpem antecelleret, ipsa quam intulerant scientia

1 leua a b insulas] hinc pergit Mediceus folio 60 4 erit L. Spengel ritum Duceau de Lamalle: sitū 6 Aeriam Rhenanus (Aerian Jac. Gronovius): uerian; (= uerianus) 7 peribent 8 aruspicum 9 et Cilicem Rhenanus: et cilicen (e Cilicia Puteolanus) 11 ipsā (notam del. 1m) intulerat (em. Puteolanus)

Dio 66, 18. — *laeva maris*] loca Syriam Corintho petentibus ad laevam sita. DUEBN. cf. Liv. 2, 34, 3 *laevo — mari*, 32, 29, 6 *in laeva Italiae*. — *praevectus*] Ann. 2, 6: *Germaniam praevechitur*. Hist. 4, 71: *dum missilia hostium praevechuntur*. — *audentioribus spatiis*] Nimirum in mari aperto navigans, quae audacia esse videbatur veteribus, oram ut plurimum legentibus. DUEBN. Hic prope poetice loquitur, ut saepe; neque talia reprehendi aut mutari debent, quemadmodum Ritter volebat *patientioribus*; *curiosius* Ann. 2, 78: *lato mari pergere in Suriam*. — *Paphiae*] Paphus, urbs Cyprae insulae. — *haud fuerit longum*] coniunctivus potentialis, ut c. 77 *absurdum fuerit*. Ann. 3, 39 *neque — dici decuerit*. 14, 56 *non — decorum fuerit*. 15, 41 *haud promptum fuerit*; sed in phrasi *longum est* sine exemplo coniunctivus est. falso enim Dräger Synt. § 28 b affert Capitol. Pert. 2, ubi nunc legitur *longum fuit conecere*. — *neque enim alibi sic habetur*] deae simulacrum et forma. ERN.

3. *Aeriam*] Ann. 3, 62 *Exim Cyprū tribus de delubris, quorum vetustissimum Paphiae Veneri auctor Aerias, post filius eius Amathus Veneri Amathusiae et Iovi Salamini Teucer Telamonis patris ira profugus possidens*. De accusativo *Aeriam* cf. Sörker Tacit. Formenlehre § 4. — *Cinyra*] Apollinis et Pharnaces filius, auctore Hesychio; alii aliter. Anti-

quissima eius mentio apud Hom. II. λ, 20, ubi thorax ab eo Agamemnoni in munus hospitale donatus memoratur: Πεύθετο γὰρ Κύπρον δε μέγα κλέος, οὐνεκ' Ἀχαιοί 'Ες Τρότην νήεσσιν ἀναπλεύσεσθαι ἔμελλον. Tum teste Plinio 7, 48, 153: *Anacreon poeta Arganthonio Tartesiorum regi OL tribuit annos, Cinyrae Cyprorum X annis amplius*; Pindar. Pyth. 2, 15: *Κελαδέοντι μὲν ἀμφὶ Κινύραν πολλάκις φᾶμαι Κυπρίων, τὸν δ' χρυσοχαίτα προσφρόνως ἐφίλησ' Ἀπόλλων Ἱερῆα κίλιον Ἀφροδίτας*. Arnob. 5, 19: *Nec non et Cypriae Veneris abstrusa illa initia praeterierimus* (sic Hildebr.), *quorum conditor indicatur Cinyras rex fuisse, in quibus sumentes ea certas stipes inferunt ut meretrici et referunt phallos propitiū numinis signa donatos*. Athen. 10, 83. In posterioribus fabulis ex incesto cum Myrrha filia generat Adonin. Ovid. Met. 10, 300. — *deamque — adpulsam*] unde Ἀναδυομένη dicta. Strabo p. 657. — *Cilicem Tamiram*] Cicero de Divin. 1, 1, 2: *(Cilicem) volatibus avium cantibusque ut certissimis signis declarari res futuras putant*. In templo sacrae columbae alebantur. DUEBN. — *posteri*] Κινυράδα (Schol. Pind. l. l.) et Ταμιράδα (Hesych.). — *stirpem antecelleret*] „ut Ann. 14, 55 et *praecellere aliquem* Ann. 2, 43, *praeminere aliquem* Ann. 3, 56. 12, 12. 33. 15, 34. Gr. *προέχεν τινά*, de quo v. Poppo ad Xenoph. Anab. 3, 2, 19.“ BACH ad Ann. 2, 43. cf.

hospites cessere: tantum Cinyrades sacerdos consulitur. hostiae, ut quisque vovit, set mares deliguntur: certissima fides haedorum fibris. sanguinem arae obfundere vetitum: precibus et igne puro altaria adolentur, nec ullis imbribus, quanquam in aperto, madescunt. simulacrum deae non effigie humana, continuus orbis latiore initio tenuem in ambitum metae modo exurgens; et ratio in obscuro. (4) Titus spectata 5 opulencia donisque regum, quaeque alia laetum antiquitatibus Graecorum genus incertae vetustati adfingit, de navigatione primum consuluit.

3 precibus; 4 quānquā (priorem notam del. 1m) 5/6 ambitu (sic, ut editio princeps) 6 meta set Wurm

Dräger Synt. § 40 c. — *cessere*] eam scientiam Cinyradae sacerdoti concessere Tamiradae. DUEBN. — *hostiae*] Hostiae non nisi extorum inspiciendorum causa mactatae, non ut in ara adolentur. ERN. — *igne puro*] taedis vel ture, sanguine non asperso. Verg. Aen. 7, 71: *Castis adolet dum altaria taedis* et 1, 416: *centumque Sabaeo ture calent arae sertisque recentibus halant*. — *altaria adolentur*] In singulari hac iunctura est: „precibus recitatis et ture cremato altaria afficiuntur religioso honore, quo dea ipsa colitur.“ Ann. 14, 30: *crucore captivo adolere aras et hominum fibris consulere deos fas habebant*. — *in aperto*] Eustathius ad Odys. 2, 362: Ἡ δ' ἄρα Κύπρον ἔκανε φιλομειδής Ἀφροδίτη Ἐς Πάφον, ἔνθα δὲ οἱ τέμενος βωμός τε ὑψηλός. haec adnotat: Ὁ δὲ ῥήθεις βωμός ἀβύρσιος προέκειτο, οἷα εἰκόσ, κατὰ καὶ ἔλλοι παρά τῷ ποιητῇ φαίνονται, περὶ οὓς βρέεσκον ὀδύται. — *madescunt*] Plin. n. h. 2, 96, 210: *celebre famum habet Veneris Paphos, in cuius quandam aream non imphuit*. Hoc miraculum de aliis etiam locis tradebatur. Polyb. 16, 12: *καταπεφῆμισται δὲ καὶ πεπίστευται παρά μὲν τοῖς Βαρβαρίταις, διότι τὸ τῆς Κινδυάδος Ἀρτέμιδος ἄγαλμα, καίπερ ὄν ὑπαβύριον, οὕτε νίφεται τὸ παράπαν οὔτε βρέχεται: παρά δὲ τοῖς Ἰασεῦσι, τὸ τῆς Ἀστιάδος: καὶ ταῦτά τινες εἰρήκασι καὶ τῶν συγγραφέων. Ἐγὼ δὲ πρὸς τὰς τοιαύτας ἀποφάσεις τῶν ἱστοριογράφων οὐκ οἶδ' ὅπως παρ' ἔλην τὴν πραγματεῖαν ἐναντιούμενος καὶ δυσανασχετῶν διατελῶ κ. τ. λ.* Ad talia magis poetico sensu praeditus erat Tacitus. — *continuus*] quasi scripsisset: „sed est orbis id est conus continuus nullis membris humanis distinctus imprimis sine capite.“ cf. Maximus Tyr. Diss.

8, 8: Παιφίος ἢ μὲν Ἀφροδίτη τὰς τιμὰς ἔχει: τὸ δὲ ἄγαλμα οὐκ ἂν εἰκάσαις ἄλλω τῷ ἢ πυραμίδι λευκῇ, ἢ δὲ ὕλη ἀγνοεῖται. Servius ad Aen. 1, 720: *Apud Cyprios Venus in modum umbilici vel, ut quidam volunt, metae colitur*. Prorsus autem similis erat Emmaeae ἄγαλμα Ἐλαγαβαλλοῦ sive Solis teste Herodiano 5, 3, 5: *λίθος τις ἔστι μέγιστος, κάτωθεν περιφερής, λήγων ἐς ὀξύτητα: κωνοειδὲς αὐτῷ σχῆμα, μελαινά τε ἢ χροιά. διπετῆ τε αὐτὸν εἶναι σεμνολογοῦσιν*. Ea species exhibetur in nummis Paphi. cf. Vailant in NN. Colon. I. p. 93 in nummo Drusi et Pitture d'Ercolano III. Tab. 52. — *ratio in obscuro*] „Eam tradit Clemens Alex. Protrept. 4, 47. Ed. Sylb. p. 13, ubi et de aliis talibus deorum dearumque forms reperies. Scilicet tales figurae sunt indicio vetustatis ultimae, qua nondum exprimere didicerant ligno aut saxo formas hominum aut animalium.“ ERN. „Consuli merentur interpretes picturarum Herculanensium l. l., quorum alii conum symbolum amoris esse, alii ad phallum pertinere arbitrantur.“ OBERL. Hoc vero videtur fuisse βασιτύλον διπετὲς (kegelförmiger Ärolith); quamquam hac de re dubitare videtur Münter *antiquarische Abhandlungen*. Copenhagen 1816 p. 280. Sed conferendus imprimis Guigniaut in disputatione de Venere Paphia, quam Burnouf inseruit interpretationi suae. Doleo eam nimis longam esse, quam ut eam repetere possim. cf. Preller Griech. Mythol. 1^a, 304.

4. *antiquitatibus*] ἀρχαιολογία, antiquis μύθοις atque historiis referendis; intelligit praesertim νεωκόρους, aedtuos illos, qui iter facientibus donaria templorum monstrabant eorumque origines et causas enarrabant. —

postquam pandi viam et mare prosperum accepit, de se per ambages interrogat caesis compluribus hostiis. Sostratus (sacerdotis id nomen erat) ubi laeta et congruentia exta magnisque consultis adnuere deam videt, pauca in praesens et solita respondens petito secreto futura aperit. Titus aucto animo ad patrem pervectus suspensis provinciarum et exercituum mentibus ingens rerum fiducia accessit.

Profligaverat bellum Iudaicum Vespasianus obpugnatione Hierosolymorum reliqua, duro magis et arduo opere ob ingenium montis et pervicaciam superstitionis, quam quo satis virium obsessis ad tolerandas necessitates superesset. tres, ut supra memoravimus, ipsi Vespasiano legiones erant, exercitae bello: quattuor Mucianus obtinebat in pace, sed aemulatio et proximi exercitus gloria depulerat segnitiam, quantumque illis roboris discrimina et labor, tantum his vigoris addiderat integra quies et inexperti belli dolor. auxilia utrique cohortium alarumque et

1 deseperā | baies 2 sacerdotib; (sic) corr. 1m (sacerdoti N. Heinsius) 5 pervectus. Suspensis Muretus 7 Iudei cū 11 obtibat 12 emulatio 14 dolor Meiser: labor (labores Agricola, ardor Rhenanus, amor Orelli; inexpertus belli labor Rhenanus in textu; inexpertis belli Lipsius, inexpertum bellum Nipperdey)

per ambages] „Hoc est, interrogat de fatiis suis, quid sperare ipse posset; verum non plane, ne periculum inde sibi nasceretur, sed verbis ambiguis, quae tamen intelligere sacerdos posset. Hinc mox vocat magna consulta. Consultit de imperio, an sibi fatiis deberetur.“ ERN. cf. Suet. Tit. 5: *adito Patriphae Veneris oraculo, dum de navigatione consulit, etiam de imperii spe confirmatus est. — ad patrem* qui tunc Caesareae in Iudaea versabatur. — *fiducia*] Recte pro nominativo habuerunt Freinshemius atque Gronovius, et hic quidem afferens ex Iustin. 11, 4, 12: *qui, ex continenti ad Dareum profecti non mediocri momentum Persarum viribus accessere;* et 13, 6, 12: *ubi et Olympias esset, mater Alexandri, non mediocri momentum partium.* „Titus ipse, qui, credo, spes ex oraculo conceptas non penitus occultabat, valde auxit militum praesertim fiduciam.“ cf. c. 5: *praecipua concordiae fides Titus.* c. 23: *acerrima seditionum — incitamenta interfectores Galbae.* 4, 85: *praecipua victoriae fides duce hostium.* Ovid. Trist. 5, 6, 1: *Tu quoque nostrarum quondam fiducia rerum.* (Minus recte Pichenae et Lipsio videbatur ablativus, ut etiam Louandre: *il arriva puissant par la confiance dans le succès.*) — *Profligaverat*] prope ad finem perduxerat, ut Cic. ad Fam.

12, 30, 2: *profligato bello ac paene sublato.* Augustus in Mon. Ancyran. cap. 20: *COEPTA. PROFLIGATAQVE. OPERA. A. PATRE. MEO. PERFECI.* Liv. 21, 40, 11: *bellum — commissum ac profligatum conficere.* Florus 1, 31, 2: *si quis trium temporum momenta consideret, primo commissum est Punicum bellum, profligatum secundo, tertio vero confectum est.* Auson. Mosella 425: *Haec profligati venit modo laurea belli: Hinc alia s alia s que feret. — ingenium montis*] Numero singulari complectitur quattuor colles, in quibus sita Hierosolyma, minores duos, Aera et Bezetha, maiores, Zion et Moriah. cf. 5, 11; dictum autem, ut Ann. 6, 41: *locorum ingenio.* Hist. 1, 51 *ingenio loci caelique.* Plin. n. h. 14, 1, 10 *caeli mores solique ingenia.* Verg. G. 2, 177 *arborum ingenis.* cf. Nipperdey ad Ann. 3, 26. Suo vero ex more iungit concretum, quod dicunt, situm arduum urbis, et abstractum, pervicaciam superstitionis Iudaicae. — *quam quo*] Sic Cicero in ep. ad fam. 10, 3, 4 *haec amore magis impulsu scribenda ad te putavi, quam quo te arbitrarer monitis et praeceptis egere.* — *memoravimus*] 1, 10. Erant legiones V Maced., X Fretensis, XV Apoll. — *quattuor*] leg. III Gall., IV Seyth., VI Ferr., XII Fulm. — *belli labor*] Mihi quoque intolerabilis videtur haec

classes regesque ac nomen dispari fama celebre. (5) Vespasianus acer militiae anteire agmen, locum castris capere, noctu diuque consilio ac, si res posceret, manu hostibus obniti, cibo fortuito, veste habituque vix a gregario milite discrepans; prorsus, si avaritia abesset, antiquis ducibus par. Mucianum e contrario magnificentia et opes et cuncta privatum modum supergressa extollebant; aptior sermone, dispositu provisuque civilium rerum peritus: egregium principatus temperamentum, si demptis utriusque vitiis solae virtutes miscerentur. ceterum hic Syriae, ille Iudaeae praepositus, vicinis provinciarum administrationibus invidia discordes, exitu demum Neronis positus odiis in medium consulere, primum per amicos, dein praecipua concordiae fides Titus prava certamina communi utilitate aboleverat, natura atque arte compositus allciendis etiam Muciani moribus. tribuni centurionesque et volgus militum industria licentia, per virtutes per voluptates, ut cuique ingenium, adscisccebantur. (6) antequam Titus adventaret, sacramentum Othonis ac ceperat uterque exercitus, praecipitibus, ut adsolet, nuntiis et tarda mole civilis belli, quod longa concordia quietus Oriens tunc primum

2 ante Ire 3|4 uix aggregario (prim. g del. 1m) 8 uiriusq; 8|9 ille Iudeq 9 prepositus 10 exitū (notam del. 1m) 13 mociani 16 precipitib; a, precipitibus b²: precib; | (pernicibus Iacob) set L. Spengel

repetitio v. labor atque insuper praeposterum praebet δξύμωρον. Itaque legendum censeo *inexpertis belli dolor.* hoc enim dicit: dolebant, quod bellum non experti erant, isque dolor vigorem eis addiderat. cf. 1, 5 *pari dolore commoda aliena ac suas iniurias metiebantur.* — *classes*] Ponti, Syriae, Aegypti. — *regesque*] Antiochus rex Commagenes, Agrippa partis Palaestinae, quae spectat inter orientem et septentriones, Sohaemus Sophenes. cf. c. 81. 5, 1.

5. *acer militiae*] Vell. 1, 3, 1 *acer belli iuvenis.* cf. Dräger Synt. § 71 a. — *noctu diuque*] 3, 76 *noctu dieque.* Ann. 15, 12 *diu noctuque.* Sall. Iug. 38, 3 et 44, 5 *diu noctuque,* 70, 1 *die noctuque.* — *cibo fortuito*] obvio, facile parabili, τῷ τυχόντι. — *aptior sermone*] cf. c. 86 *sermone promptus.* — *dispositu provisuque*] Cum Savilio haec sane coniungenda, nequaquam separanda cum Gronovio, qui *aptior sermone dispositu provisuque* iunctim accipi voluit, ut significet Tacitus „Mucianum elegantiore et diligentiore fuisse in dispositione et ordine omnium,

quae ageret circaque haberet.“ Quin immo hoc vult, Vespasianum fuisse virum militarem antiquis ducibus prope equiparandum, Mucianum insignem πολιτικόν. cf. Agr. 39 *studia fori et civilium artium decus.* Ann. 3, 75 *studiis civilibus.* Curtius 6, 11, 1 *pacis artium et civilis habitus rudis, vetus miles.* Quintil. inst. or. prooem. 10 *vir ille vere civilis et publicarum privatarumque rerum administrationi accommodatus.* Ceterum his de Muciano adde supra dicta 1, 10. — *aboleverat*] de hoc usu plusquamperfecti cf. Dräger Synt. § 27 b.

6. *praecipitibus — nuntiis*] c. 41 *praecipites exploratores.* Medicei *precibus* ortum est omissis ut saepe mediis syllabis. facilius igitur et probabilior haec emendatio quam Iacobi *pernicibus*, quamquam 3, 40 *pernicibus nuntiis* legimus. nimis argute Heraeus discrimen quoddam inter *praiceps* et *pernicia* statuere conatur. utrumque enim festinationem significat et tarditati opponi potest. — *tarda mole*] „et tarde dumtaxat nec sine multa circumspectione suscipiebat Oriens civile bel-

parabat. namque olim validissima inter se civium arma in Italia Galliave viribus Occidentis coepta; et Pompeio, Cassio, Bruto, Antonio, quos omnes trans mare secutum est civile bellum, haud prosperi exitus fuerant; auditique saepius in Syria Iudaeaque Caesares quam inspecti. 5 nulla seditio legionum; tantum adversus Parthos minae, vario eventu. et proximo civili bello turbatis aliis inconcussa ibi pax; dein fides erga Galbam. mox, ut Othonem ac Vitellium scelestis armis res Romanas raptum ire volgatum est, ne penes ceteros imperii praemia, penes ipsos tantum servitii necessitas esset, fremere miles et vires suas circumspi- 10 cere. septem legiones statim et cum ingentibus auxiliis Syria Iudaeaque; inde continua Aegyptus duaeque legiones, hinc Cappadocia Pontusque et quicquid castrorum Armeniis praetenditur; Asia et ceterae provinciae nec virorum inopes et pecuniae opulentae; quantum insularum mari cingitur, et parando interim bello secundum tutumque ipsum mare. 15 (7) non fallebat duces impetus militum, sed bellantibus aliis placuit expectari. bellum ruere in victores victosque, numquam solida fide

1 nanq; ualidissimā (notam del. 1m) 2 copta 3 secutos st (sic), corr. 1m
3/4 fuerat (n superscr. 1m) 4 aditiqu; 8 penes ceteros penes 12 quicquid asya
14 [et] Acidalius belli (corr. 1m) 16 bellum ruere in Meiser: bellū cū In (belli exitum Pichena, bello civili Heinisch) solidā (notam del. 1m)

um. — auditique] cf. 1, 76 prior auditus. — quam inspecti] Quippe nullus ibi fuerat post Caesarem Germanicum. — vario eventu] Respice ad Ann. 15, 24. 27. Sic non opus Acidalii vano. OBERL. — circumspicere] Id est computare. c. 74 Vespasianus — procul vel iuxta sitas vires circumspicabat. Ann. 14, 33 circumspicere infrequentia militis. — duaeque legiones] „Paullo aliter hoc olim. Nam C. Caesar, Aegypto devicta, tres in ea legiones reliquit. Auctor Suetonius in Iul. 76. Augustus eum numerum retinuit, immo et Tiberius: sub quo Strabo sane vixit, et haec scripsit L. 17. p. 797: Ἔστι δὲ (in Aegypto) τρία τάγματα, ὧν τὸ ἐν κατὰ τὴν πόλιν Ἰδρυται, τὰλλα δ' ἐν τῇ γῶρᾳ. Sed Tiberius tamen non in longum. Anno enim imperii eius nono Tacitus clare duas tantum legiones Aegypto adtribuit, uti et hic, Ann. 4, 5: Cetera Africae per duas legiones parique numero Aegyptus. Observa ergo obiter paullo certius de Strabonis descriptione, quam vides eum desiisse ante hunc nonum Tiberiani imperii annum. Adde etiam Hegesippum de duabus his legionibus adsentiri Tacito 4, 26:

Esse etiam illic duos ordines militarium virorum, quos sibi adiungere Vespasianus properavit.“ LIPS. Erant in Aegypto legio III. Cyrenaica et XXII. Deiotariana cf. Pfitzner: Gesch. d. röm. Kaiserlegionen p. 193. — pecuniae opulentae] Ritter scripsit pecunia opulentae, sed quidni opulentus, ut fecundus, ferax, dives, similia, genitivum quoque admittat? Sic Hor. od. 1, 17, 16 honorum opulenta. cf. Verg. Aen. 1, 14 Carthago — dives opum. Hor. sat. 1, 1, 79 pauperrimus esse honorum. non igitur mutare licet, quamquam Ann. 3, 46 legimus pecunia dives et voluptatibus opulentos. — secundum] per se opportunum ad celerius transvehendos et milites et belli instrumenta. — tutumque] ab hoste, ita ut mari opprimi aut invadi Vespasianus non posset, quia adversarii classem non habebant.

7. bellum ruere in victores victosque] h. e. bellum perdere victores victosque, ut paullo post apertius dicit alterum bello, alterum victoria periturum. cf. 4, 54 Civilis — in populum Romanum ruere. Hor. od. 1, 19, 9 In me tota ruens Venus. sat. 2, 7, 88 In quem manca

coalescere; nec referre, Vitellium an Othonem superstitem fortuna faceret. rebus secundis etiam egregios duces insolescere: discordiam his, ignaviam, luxuriam; et suismet vitis alterum bello, alterum victoria periturum. igitur arma in occasionem distulere, Vespasianus Mucianusque nuper, ceteri olim mixtis consiliis; optimus quisque amore rei publicae, 5 multos dulcedo praedarum stimulabat, alios ambiguae domi res. ita boni malique causis diversis, studio pari bellum omnes cupiebant.

(8) Sub idem tempus Achaia atque Asia falso exterritae, velut Nero adventaret, vario super exitu eius rumore eoque pluribus vivere eum fingentibus credentibusque. ceterorum casus conatusque in contextu 10 operis dicemus: tunc servus e Ponto sive, ut alii tradidere, libertinus ex Italia citharae et cantus peritus, unde illi super similitudinem oris propior ad fallendum fides, adiunctis desertoribus, quos inopia vagos ingentibus promissis corruperat, mare ingreditur; ac vi tempestatum Cythnum insulam detrusus et militum quosdam ex Oriente commeantium 15 adscivit vel abnuentes interfici iussit et spoliatis negotiatoribus manci-

2/3 discordia militis, ignavia, luxurie Madvig 3 luxurię 5 rp. 7 cupiebat (n superscr. 1m) 8 asya exterrite uelud 12 cytharę similitudine moris 13 propior Freinsheim, pronior Heinsius

ruit semper fortuna. Lucan. Phars. 2, 448 primo terrore ruentis — belli. — nuper, ceteri olim] Sensus: Vespasianum et Mucianum nuper (Titi opera) consilia de invadendo imperio consociasse; ceteris, Tito, tribunis aliisque fidis ministris rem illam multo ante agitatam. cf. c. 5. (Ceteros Lipsius recte intelligit amicos et familiares Vespasiani, qui iam dudum ominabantur fore, ut Vespasianus imperium acciperet. cf. 1, 10, 50. Suet. Vesp. 5. BACH. Sed vv. mixtis consiliis sic haud satis respiciuntur, quae manifesto significant et Vespasiani et Muciani amicos aequae eo propendisse, ut Vespasianus ad principatum perveniret.) — ambiguae domi res] aes alienum, fides decocta, conscientia facinorum. cf. 1, 88. ERN. Ann. 1, 64 secundarum ambiguarumque rerum sciens.

8. velut Nero] Nomen nemo prodidit; de alio Pseudonerone cf. Suet. Ner. 57, qui e tenebris emersit Domitiano eos. XIV a. u. c. 841, p. Ch. 88. Fuit et medius quidam sub Tito, homo Asianus, nomine Terentius Maximus, de quo v. Zonaram p. 578. cf. Dio Chrystos. Orat. 21. p. 300. ed. L. Dind.: Νέρωνά γε καὶ νῦν ἔτι πάντες ἐπιθυμοῦσι ζῆν· οἱ δὲ πλείστοι καὶ οἴονται, καὶ περ τρό-

πον τινὰ οὐχ ἄπαξ αὐτοῦ τετυνηκότος, ἀλλὰ πολλάκις μετὰ τῶν σφόδρα οἰηθέντων αὐτὸν ζῆν. Inter Christianos etiam multorum opinione receptum erat ipsum (Neronem) ante Antichristum venturum, ut ait Sulpicius Sev. Chron. 2, 28, 1 (ed. Halm) collato Lactantio de Mort. Persecut. 2, quam opinionem manasse statuunt recentiores interpretes ex Apocalypsi Ioannis apostoli sive Ioannis presbyteri sive Ioannis Marci sive alius denique c. 13, 11 seqq. de belua bicorni, „cuius numerus, inquit, est hominis numerus et quidem DCLXVI.“ (cf. Casaub. ad Suet. l. l. Reimarus ad Dionem 64, 9.) — in contextu operis] qui perit. — propior ad fallendum fides] „quia perite psallebat atque canebat, ut Nero, eo facilius fallere homines poterat;“ clarissima sententia, quam obscuravit Doederlein distinguendo: unde illi (scil. Neroni) super similitudinem oris propior, ad fallendum fides. Sine causa in adiectivo propior critici haeserunt; nam propior ad fallendum fides est fides, quae propius accedit ad fallaciam, quae magis, vehementius fallit, h. e. fallacior fides (eine täuschendere Glaubwürdigkeit). nolui igitur, quod aptum sensum praebet, temere mutare. — Cythnum] inter Cycladas meridiem

piorum valentissimum quemque armavit. centurionemque Sisennam dextras, concordiae insignia, Syriaci exercitus nomine ad praetorianos ferentem variis artibus adgressus est, donec Sisenna clam relicta insula trepidus et vim metuens aufugeret. inde late terror; multi ad celebritatem nominis erecti rerum novarum cupidine et odio praesentium gliscentem in dies famam fors discussit. (9) Galatiam ac Pamphyliam provincias Calpurnio Asprenati regendas Galba permiserat. datae e classe Misensi duae triremes ad prosequendum, cum quibus Cythnum insulam tenuit; nec defuere qui trierarchos nomine Neronis accirent. is in maestitiam compositus et fidem suorum quondam militum invocans, ut eum in Syria aut Aegypto sisterent, orabat. trierarchi nutantes seu dolo adloquendos sibi milites et paratis omnium animis reversuros firmaverunt. sed Asprenati cuncta ex fide nuntiata; cuius cohortatione expugnata navis et interfectus quisquis ille erat. corpus insigne oculis comaque et torvitate vultus in Asiam atque inde Romam pervectum est.

(10) In civitate discordi et ob crebras principum mutationes inter libertatem ac licentiam incerta parvae quoque res magnis motibus agebantur. Vibius Crispus, pecunia potentia ingenio inter claros magis quam inter bonos, Annium Faustum equestris ordinis, qui temporibus Neronis delationes factitaverat, ad cognitionem senatus vocabat. nam

1 quenq; 2 siriaci 4 aufugeret multis dett. 4|5 celebratē 5 erecti Weisenborn: erectis 6 galitiā 7 regēdas (notam del. 1m) perremiserat (re del. 1m) 8 misensi (corr. 2m) Cythnum Probenius 1544: scithinū (cythinum δ²) 9 trierchos (corr. 2m) 10 mestitiam 11 syriā (notam del. 1m) egypto trierarchis (ar in ras. 1m) 13 asprenatis (s del. 1m) 14 quisq; caput Wurm 15 asyā 16 ob] hoc crbras (e superscr. 2m) 18 scripū^s (pr. s del. 1m) 20 cognationē

versus sub Ceo insula; hodie *Thermia*, aliis *Calchi*. — *dextras*] cf. 1, 54.

9. *ut eum*] pronomen demonstrativum pro reflexivo positum est, ut c. 64 *uorem eius*. Ann. 4, 67 *quietem eius*. cf. *Dräger Synt.* § 15. — *in Syria — sisterent*] Ann. 2, 14 *isdem in terris victorem sisterent*. — *trierarchi nutantes seu dolo*] Sic sane melius correctus est Med. error *trierarchis* quam ab Ernestio *trierarchi seu n.* et a Badio *trierarchi sive nutantes*; etenim simplex seu prorsus est ex Taciti genere dicendi, ut Ann. 1, 6: *ficta seu vera promerit*. 5, 4: *fatali quodam motu — seu prava sollertia*. — *firmaverunt*] *firmare* pro *affirmare* ponitur, ut Ann. 1, 81. 4, 43. 6, 6. 28. 50. — *corpus insigne — torvitate*

vultus] Ann. 2, 14 *iam corpus ut visu torvum*. Ceterum probabilem Wurmii emendationem in textum recipere nolui, quia verbum *pervectum* est magis ad subiectum *corpus* quam *caput* spectare videtur.

10. *libertatem ac licentiam*] Cic. acad. pr. § 30 *libertatem et licentiam*. cf. *Wölfflin*: Die allitt. Verb. d. l. Spr. p. 65. — *Vibius Crispus*] De quo sunt memorabiles versus Iuvenalis 4, 81: *Venit et Crispi iucunda senectus, Cuius erant mores, qualis facundia, mite Ingenium* cet. cf. de eo dial. 8. 13. hist. 4, 41. 43. Quintil. 5, 13, 48. 10, 1, 119 cet. Sueton. Domit. 3. Dio 65, 2. *Nipperdey* ad Ann. 14, 28. — *delationes factitaverat*] Sic Cic. Brut. § 130: *qui — accusationem factitaverit*.

recens Galbae principatu censuerant patres, ut accusatorum causae noscerentur. id senatus consultum varie iactatum et, prout potens vel inops reus inciderat, infirmum aut validum retinebat adhuc terrores. et propria vi Crispus incubuerat delatorem fratris sui pervertere traxeratque magnam senatus partem, ut indefensum et inauditum dedi ad exitium postularent. contra apud alios nihil aeque reo proderat quam nimia potentia accusatoris: dari tempus, edi crimina, quamvis invisum ac nocentem more tamen audiendum censebant. et valere primo dilataque in paucos dies cognitio; mox damnatus est Faustus, nequaquam eo assensu civitatis, quem pessimis moribus meruerat: quippe ipsum Crispum 10 easdem accusationes cum praemio exercuisse meminerant, nec poena criminis sed ultor displicebat.

(11) Laeta interim Othoni principia belli, motis ad imperium eius e Dalmatia Pannoniaque exercitibus. fuere quattuor legiones, e quibus bina milia praemissa; ipsae modicis intervallis sequebantur, septima a Galba conscripta, veteranae undecima ac tertia decima et praecipui fama quartadecumani rebellione Britanniae compressa. addiderat gloriam Nero eligendo ut potissimos, unde longa illis erga Neronem fides et erecta

1 recenti *Nipperdey* principatū 2 uarię 3 adhuc a b: ad hunc | terrores *Madvig*: troris (terrore a b), terrorem I. Fr. *Gronovius*, aliquid terroris *Iacob*. retinebatur adhuc terrori *Acidalius*, *Halm*, *Ritter* 4 set *Halm*, set et *Ritter* 5 *Indefensus* (s del. 1m) 6 nichil 11 pena 17 britannię c̄pressa (notam supra p del. 1m)

GRON. — *recens Galbae principatu*] non ausus sum Medicei scripturam mutare; nam quod *Wölfflin* (Philol. 27 p. 140) statuit *recens* adverbii loco participiis tantum perfecti passivi aut adiectivis pro participiis talibus positus addi, non tam certum et exploratum videtur, ut locos huic regulae contrarios iam corrigere liceat. nam cavendum est, ne fictas leges scriptori obrudamus. Ceterum initio Galbae principatus hoc senatus consultum factum esse docet 4, 42: *elanguimus, patres conscripti, nec iam ille senatus sumus, qui occiso Nerone delatores et ministros more maiorum puniendos flagitabat. optimus est post malum principem dies primus*. — *varie iactatum*] quod non eandem semper vim habuerat, modo parum, modo multum valuerat, ut mox ipse explicat. ERN. (*diversement exécuté* Louandre.) — *incubuerat — pervertere*] Verg. G. 4, 249 *incumbent generis lapsi sarcire ruinas*. — *fratris sui*] *Vibii Secundi*, de quo Ann. 14, 28. —

aeque — quam] Sic Tacitus omnibus locis dicit, uno loco (4, 5) *aeque ac* cf. *Gerber* et *Greef Lex. Tac.*, *Dräger Synt.* § 176. Similem rem refert Suetonius Iul. 12: *sorte iudea in reum ductus tam cupide condemnavit, ut ad populum provocanti nihil aeque ac iudicis acerbitas profuerit*.

11. *septima a Galba conscripta*] cf. 1, 6 *legione Hispana*; diversa ab ea est VII *Claudia*. — *undecima*] *Claudia* erat in Dalmatia. — *tertia decima*] *Gemina* in Pannonia. — *quartadecumani*] legio XIV *Gemina*, propter virtutem, quam in Britannia praestiterat, *Martia Victrix* cognominata, a Nerone e Britannia excita a Galba in Dalmatiam missa erat. cf. *W. Pfitzner Geschichte d. r. Kaiserlegionen* p. 257. — *rebellione Britanniae*] de qua Ann. 14, 29 seqq. Agr. 15 seqq. *Cerialis quartadecumanos domitores Britanniae* appellat H. 5, 16. — *eligendo ut potissimos*] Nero eos accessiverat sive contra *Vindicem* sive ad

in Othonem studia. sed quo plus virium ac roboris, e fiducia tarditas inerat. agmen legionum alae cohortesque praeveniebant. et ex ipsa urbe haud spernenda manus, quinque praetoriae cohortes et equitum vexilla cum legione prima, ac deforme insuper auxilium, duo milia gladiatorum, sed per civilia arma etiam severis ducibus usurpatum. his copiis rector additus Annus Gallus, cum Vestricio Spurinna ad occupandas Padi ripas praemissus, quoniam prima consiliorum frustra ceciderant, transgresso iam Alpes Caecina, quem sisti intra Gallias posse speraverat. ipsum Othonem comitabantur speculatorum lecta corpora cum ceteris praetoriis cohortibus, veterani e praetorio, classicorum ingens numerus. nec illi segne aut corruptum luxu iter, sed lorica ferrea usus est et ante signa pedes ire, horridus incomptus famaue dissimilis. (12) blandiebatur coeptis fortuna, possessa per mare et naves maiore Italiae parte penitus usque ad initium maritimarum Alpium, quibus temptandis adgrediendae-

1 roboris 2 cohortisq; (corr. 1m) 3 quitum (e superscr. 2m) 4 deformę 8 cecina 9 robora Fr. Waller 11 loricā (notam del. 1m) est om. dett. 12 pedes ire Madvig: pedestre (pedester dett.) visus est ante signa pedester L. Spengel horridus (sic) Incomptus 13 maiore Rhenanus: et maiore (possesso per naves mari et maiore L. Spengel), maiore orae Madvig partes (s del. 1m)

bellum, quod in Albanos parabat. cf. W. Pfitzner 1. l. p. 47. 207. 257 s. — in Othonem] ut Neronis ultorem. — virium ac roboris] vires referuntur ad numerum, robur ad virtutem bellicam, ut supra 1, 87. — inerat] de omisso eo cum comparativo cf. 1, 14 ea pars morum eius, quo suspectior sollicitis, adoptanti placebat. Dräger Synt. § 181. — alae cohortesque] auxiliares quattuor illarum legionum. — equitum vexilla] praetorianorum: c. 25 promptissimos praetorianorum equitum. Ann. 1, 24 additur magna pars praetoriani equitis. — legione prima] classica sive Adiutrice. cf. H. 1, 6. 31. — etiam severis ducibus usurpatum] ut D. Bruto bello Mutinensi: Appian 3, 49 στρατιά δ' ἦν αὐτῶ μονομάχων τε πλῆθος καὶ ὀπλιτῶν τρία τέλη. — Annus Gallus] cf. 1, 87. — Vestricio] cf. ad c. 18. — Padi ripas] „regiones et urbes circa Padum in istis locis, quibus Caecina venturus videbatur, Placentiam et Cremonam.“ ERN. „Utraeque Padi ripae iis in locis, ubi Vitellianis trans-eundum erat, occupatae a duobus ducibus; australis, quoniam a septentrione veniebant Vitelliani Padum transiituri; septentrionalis, ut legiones e Dalmatia Pannoniaque venientes sine periculo cum reliquo Othonis exercitu iungerentur, simul ne hostis ubivis trans-

ire posset.“ RYCK. — prima consiliorum] cf. 1, 87. — transgresso — Caecina] cf. 1, 70. 89. — speculatorum] cf. 1, 24. — veterani e praetorio] Distinguit a cohortibus veteranos; et recte, quia exauctoratos intelligit, et qui post sedecim stipendia habebantur sub vexillo, non aliter quam legionarii. cf. ad A. 1, 17. Atque hi nec in legionibus ultra censebantur nec illi in cohortibus. LIPS. — classicorum ingens numerus] Sunt ii, quos in numeros quidem legionis composuerat (1, 87), sed qui in iustam legionem nondum erant conscripti. — ferrea] non lintea, molliore ac leviore. — usus est et] exspectes potius participium usus, ut est et delendum videatur. — pedes ire] cf. Verg. Aen. 6, 880 cum pedes iret in hostem. Pedibus incedebat more veterum ducum Romanorum. contra de Domitiano Suet. Dom. 19 in expeditione et agmine equo varius, lectica assidue vectus est. — incomptus] Contrarium tradit Iuvenalis 2, 102: Res memoranda novis annalibus atque recenti Historia, speculum civilis sarcina belli.

12. naves] classes Misensensem et Ravennatem. mare et naves iunxit, ut Liv. 21, 32, 2 ad mare ac naves rediit. — maritimarum Alpium] provinciae Romanae ad utram-

que provinciae Narbonensi Suedium Clementem, Antonium Novellum, Aemilium Pacensem duces dederat. sed Pacensis per licentiam militum vinctus, Antonio Novello nulla auctoritas, Suedius Clemens ambitioso imperio regebat, ut adversus modestiam disciplinae corruptus, ita proeliorum avidus. non Italia adiri nec loca sedesque patriae videbantur: 5 tanquam externa litora et urbes hostium urere vastare rapere, eo atrocius, quod nihil usquam provisum adversum metus. pleni agri, apertae domus; occursantes domini iuxta coniuges et liberos securitate pacis et belli malo circumveniebantur. maritimas tum Alpes tenebat procurator Marius Maturus. is concita gente (nec deest iuventus) arcere provinciae 10 finibus Othonianos intendit, sed primo impetu caesi disiectique montani, ut quibus temere collectis, non castra, non ducem noscitantibus neque in victoria decus esset neque in fuga flagitium. (13) irritatus eo proelio Othonis miles vertit iras in municipium Albintimilium. quippe in acie nihil praedae, inopes agrestes et vilia arma; nec capi poterant, pernix 15 genus et gnari locorum; sed calamitatibus insontium expleta avaritia. auxit invidiam praeclaro exemplo femina Ligus, quae filio abdito, cum simul pecuniam occultari milites credidissent eoque per cruciatus inter-

1 narbonensis 2 emiliū 3 vinctus (n superscr. 1m) 4 corruptius (corruptos — avidos Io. Fr. Gronovius) 4/5 pliorū 5 adiris (s del. 1m) 8/9 [et] belli Acidalius 9 Marti mastū 14 Albintimilium Putcolanus: albiniti militū (tū del. et v superscr. 1m) 15 nichil p̄de agrastes (corr. 2m) uilla poterat (n superscr. 1m) 17 ausit

que Vari ripam sitae et ad Rutubam fl. finesque Liguria porrectae. Eadem contermina provinciae Narbonensi, quae, si rationem situs habueris, prima proximaque Romanorum provincia in Gallis fuit, dicta etiam Gallia Braccata. cf. 3, 42. Ann. 15, 32. RUPERTI. — Suedium cet.] De his supra dictum 1, 87. — ambitioso imperio] ut supra 1, 83. cf. de Mario Sall. Iug. 64, 5 neque facto ullo neque dicto abstinere, quod modo ambitiosum foret; milites, quibus in hibernis praecerat, laxiore imperio quam antea habere. — adversus modestiam] h. e. quod ad modestiam disciplinae attinebat: v. Gerber et Greef Lex. Tac. s. v. adversus. non igitur recte Döderlein suspicabatur adversus immodestiam. cf. 1, 35 adversus blandientes incorruptus. ad v. modestiam cf. Ann. 1, 35 ubi modestia militaris? ubi veteris disciplinae decus? — corruptus] „animus in ambitionem (Gunsucht) corrupto modestam ac severam disciplinam dissolvi sinens.“ DUEBN. Duplex igitur vitium in eo

notatur: „ut nimis indulgens erga milites, ita temerarius erat.“ Ceterum Med. corruptius eodem ex errore ac c. 23 promptius pro promptus. — proeliorum avidus] similiter Caecina 1, 67 dicitur belli avidus. — loca sedesque] Synonyma iunxit, quo lector aliquanto diutius immoraretur in miserabili hac imagine Italiae ab ipsis Italis depopulatae. — adversus metus] cf. 4, 5 constans adversus metus. — pleni agri] Sall. Iug. 46, 5 contra belli faciem turguria plena hominum, pecora cultoresque in agris erant. — et belli malo] et posuit, quia sensus est: „pacem simul et bellum habebant.“ Zeugma igitur quoddam statuendum est; nam hoc dicere vult: securitate pacis utebantur et belli malo circumveniebantur. cf. Ann. 4, 74 gratiam aut fastus ianitorum perpetiebantur. Dräger Synt. § 239, 4.

13. Albintimilium] s. Albium Intemelium, Ligurum oppidum Strabo 4 p. 202. Plin. 3, 48. Forma, quam ad fidem Med. praetulumus, et in Spon Misc. p. 155 et Anton. Itin.

rogarent, ubi filium occuleret, uterum ostendens latere respondit, nec ullis deinde terroribus aut morte constantiam vocis egregiae mutavit. (14) imminere provinciae Narbonensi in verba Vitellii adactae classem Othonis trepidi nuntii Fabio Valenti attulere; aderant legati coloniarum 5 auxilium orantes. duas Tungrorum cohortes, quattuor equitum turmas, universam Trevirorum alam cum Iulio Classico praefecto misit, e quibus pars in colonia Foroiliensi retenta, ne omnibus copiis in terrestre iter versis vacuo mari classis adceleraret. duodecim equitum turmae et lecti e cohortibus adversus hostem iere, quibus adiuncta Ligurum cohors, 10 vetus loci auxilium, et quingenti Pannonii nondum sub signis. nec mora proelio, sed acies ita instructa, ut pars classicorum mixtis paganis in colles mari propinquos exurgeret, quantum inter colles ac litus aequi loci praetorianus miles expleret, in ipso mari ut adnexa classis et pugnae parata conversa et minaci fronte praetenderetur: Vitelliani, quibus minor 15 peditum vis, in equite robor, Alpinos proximis iugis, cohortes densis ordinibus post equitem locant. Trevirorum turmae obtulere se hosti incaute, cum exciperet contra veteranus miles, simul a latere saxis ur-

1 ostendens | 2 egregie | 3 audactā e | 6 uniūsa mire uirorū | 10 quingentis
11 plio sed] et Fr. Thomae | acies Al. Ruperi: acie | paginis | 13 praetorianus
et urbanus ex 1, 87 Nipperdey | 16 p'quietē (sic, ut ed. princ.)

W. p. 296, h. Ventimiglia. In hac ipsa incursione interfecta est mater Agricolae. Agr. 7. — *latere*] Ernesti coniciebat *ibi latere* (Agricola hic latere), sed adverbium loci post *uterum ostendens* non magis desideratur quam in Schilleri nostri carmine: *Der Gang nach dem Eisenhammer*, ubi poeta scribit:

Und grinsend zerrn sie den Mund

Und deuten in des Ofens Schlund:

„Der ist besorgt und aufgehoben,

Der Graf wird seine Diener loben.“

si quid addendum est, ad similitudinem loci Ann. 14, 8 (*protendens uterum "ventrem feri" exclamavit*) scribere malim: *uterum ostendens in ventre latere respondit*.

14. *Tungrorum*] in episcopatu Leodiensi, ubi hodie *Tongern* et *Spaa*, fons *Tungrorum* apud Plin. 31, 12. — *Iulio Classico*] de eo cf. 4, 55 sqq. — *Foroiliensi*] hodie *Fréjus* prope mare, quod ibi se incurvat in sinum Foroiliensem, tunc occupatum a classe Othoniana. — *vacuo mari*] 3, 2 *vacuumque Illyricum mare*, 3, 47 *vacuo mari eludens*. — *vetus loci*] 4, 20 *illi veteres militiae*, 4, 76 *veterem expertumque belli*. cf. *Nipperdey* ad

Ann. 1, 20. *Dräger* Synt. § 71 a. — *Pannonii*] Cum partim ex vv. c. 11: *motis ad imperium eius e Dalmatia Pannoniaque exercitibus* colligi possit Pannonica auxilia stetisse ab Othonis partibus et c. 17 disertis verbis memoretur *copta* a Vitellianis *Pannoniorum cohors*, Savilius hic proposuit *Alpini*, quod recepit Oberlinus. At vero cum haec correctio sit quam maxime improbabilis, statuendum erit, antequam Pannoniae exercitus Othonis partes amplexaretur, fuisse alios auxiliares Pannonicos inter Vitellii copias; et similiter habebat *cohortem Thracum* (1, 68). — *acies*] scil. *Othonianorum*, quod quamquam facile intellegitur, num Tacitus omiserit, iure dubites. quare Ulrichs post *proelio* inserit *Othonianis*, *Nipperdey* post *sed* addit *ab Othonianis*. — *paganis*] qui *militibus* opponuntur, ut 1, 53. 2, 88. 3, 24. 43. 77 4, 20, etiam ab aliis huius aetatis scriptoribus et haud raro ab Ictis. Intelligi autem de rusticis, quos Othoniani vel coegerant vel mercede induxerant, ut ipsis auxiliarentur. — *conversa*] non, ut assolebat, puppibus, sed prorsus et rostris litori obversis. DUEBN. — *Alpinos*] ad

geret apta ad iaciendum etiam paganorum manus, qui sparsi inter milites, strenui ignavique, in victoria idem audebant. additus percussis terror invecta in terga pugnantium classe. ita undique clausi deletaeque omnes copiae forent, ni victorem exercitum attinisset obscurum noctis, 5 obtentui fugientibus. (15) nec Vitelliani quanquam victi quievere: accitis auxiliis securum hostem ac successu rerum socordius agentem invadunt. caesi vigiles, perrupta castra, trepidatum apud navis, donec sidente paulatim metu, occupato iuxta colle defensi, mox irrupere. atrox ibi caedes et Tungrarum cohortium praefecti sustentata diu acie telis obruuntur. ne Othonianis quidem incruenta victoria fuit, quorum in- 10 provide secutos conversi equites circumvenerunt. ac velut pactis indutiis, ne hinc classis inde eques subitam formidinem inferrent, Vitelliani retro Antipolim Narbonensis Galliae municipium, Othoniani Albiganum interioris Liguria revertere.

(16) Corsicam ac Sardiniam ceterasque proximi maris insulas fama 15 victricis classis in partibus Othonis tenuit. sed Corsicam prope adfixit Decumi Pacarii procuratoris temeritas, tanta mole belli nihil in summam profutura, ipsi exitiosa. namque Othonis odio iuvare Vitellium Corsorum viribus statuit, inani auxilio, etiam si provenisset. vocatis principibus insulae consilium aperit et contra dicere ausos, Claudium 20 Pyrrhicum trierarchum Liburnicarum ibi navium, Quintium Certum equitem Romanum, interfici iubet. quorum morte exterriti qui aderant, simul ignara et alieni metus socia imperitorum turba, in verba Vitellii iuravere.

3/4 de leteq; omis | 4 uictore | 5 obtentui | 6 securum (notam del. 1m) | 7 cesi
8 sidentē (unde sedentem ed. princ.) | 9 cedēs | Tungrorum L. Spengel | prefecti
11 uelud | 12 nec (c del. 1m) | 15 sardinie scripturus libarius e in ā correvit | 17 nichil
17/18 summam Rhenanus: sūma | 18 prefectura Freinsheim nanq; | Iurauere
(unde vitavere ed. princ.) | 21 phyrriū | 23 ignava Sirkker | Imperatorū

intellege *Ligurum cohortem*. — *obtentui*] „quo idoneo praetextu fugere honestius poterant Vitelliani.“ ERN. Verum aptior est explicatio Ritteri, Burnouffii ac Louandrii, ut *obtentus* sensu vocabuli magis proprio, qui elucet e Vergili illo Aen. 11, 66: *Extractosque toros obtentu frondis immbrant*, accipiatur de tutela noctis, qua usi Vitelliani hostibus se subdlexerunt. *Die Nacht dient den Fliehenden als (schützende) Hülle*. Sic utitur v. *obtendere* Hist. 3, 56: *ut nube atra diem obtenderent*. cf. 3, 36: *Vitellius curvis lacum obtendebat*. Et Louandre: *si l'obscurité de la nuit, en arrêtant les vainqueurs, n'eût couvert les fuyards*.

15. *Tungrarum cohortium*] cf. Ann. 4, 47 *Sugambrae cohortis*. — *Antipolim*] coloniam Massiliensium, ab his conditam a. ante Chr. 340, hodie *Antibes*. — *Albiganum*] hodie *Albenga*. — *interioris Liguria*] Ann. 5, 10 *Piraeum Atticae orae*. cf. *Nipperdey* ad Ann. 2, 63 *gentis Quadorum*.

16. *tanta mole belli*] „cum esset tanta moles belli, in qua parvi momenti erat, utrum Pacarius ab hac staret, an ab illa parte.“ WALTH. Etenim is nec Vitellio neque Othoni principatum parare poterat. — *in summam*] cf. Ann. 13, 38: *nihil in summam pacis proficiebatur*. Liv. 31, 37: *in summam etiam belli profectum foret*. — *ignara — turba*]

sed ubi dilectum agere Pacarius et inconditos homines fatigare militiae muneribus coepit, laborem insolitum perosi infirmitatem suam reputabant: insulam esse quam incolerent et longe Germaniam viresque legionum, direptos vastatosque classe etiam quos cohortes alaeque protegerent. et aversi repente animi, nec tamen aperta vi: aptum tempus insidiis legere. digressis qui Pacarium frequentabant, nudus et auxiliium inops balineis interficitur; trucidati et comites. capita ut hostium ipsi interfectores ad Othonem tulere; neque eos aut Otho praemio affecit aut puniit Vitellius, in multa conluvie rerum maioribus flagitiis permixtos.

(17) Aperuerat iam Italiam bellumque transmiserat, ut supra memoravimus, ala Siliana, nullo apud quemquam Othonis favore, nec quia Vitellium mallent, sed longa pax ad omne servitium fregerat occupantibus et melioribus incuriosos. florentissimum Italiae latus, quantum inter Padum Alpesque camporum et urbium, armis Vitellii (namque et praemissae a Caecina cohortes advenerant) tenebatur. capta Pannoniorum cohors apud Cremonam; intercepti centum equites ac mille classici inter Placentiam Ticinumque. quo successu Vitellianus miles non iam flumine aut ripis arcebat: inritabat quin etiam Batavos Transrhenanosque Padus ipse; quem repente contra Placentiam transgressi raptis quibusdam exploratoribus ita ceteros terruere, ut adesse omnem

1 picariūs (notam del. 1m) 4 aleq; 6 picariū 11 Italiam Rhenanus: Italia bellū que (unde bellū quē ed. princ., bellum quod dett.) 12 quenquā favore sed corr. 1m 14 meliorum Grosstotius 15 nānq; (notam del. 1m) 16 cohortes (pr. litt. h evanida)

scilicet cui Pacarius consilium non aperuerat. — *inconditos*] nunquam exercitationibus militaribus ac disciplinae assuefactos ideoque non solum bello inutiles, sed etiam ad seditiones promptos. — *qui Pacarium frequentabant*] Intellige Corsos indigenas ac Romanos, qui in insula domicilium habebant; opponuntur *comites*, qui ex urbe cum Pacario in eam venerant, cohors amicorum. — *balineis*] de omisa praepositione in cf. *Nipperdey* ad Ann. 3, 61. *Drüger* Synt. § 57. — *permictos*] Cum multo graviora patrata essent, quae punirentur, hi latuere et poenam effugere. ERN.

17. *Aperuerat*] *aperire* est *aditum* *facere* ad cf. *Gerber* et *Greef* Lex. Tac. Curtius 7, 1, 3 *Primus* *Asiam* *aperuerat* *regi*. similiter Tacitus dicit 3, 2: *iam reserata* *Italiam*. Cic. Phil. 7 § 2: *ut reserare nos ceteris gen-*

tibus Italiam iuberet. — *supra*] 1, 70. — *fregerat*] „Ita fregerat pax gentes Italicas illius regionis (ad quas etiam v. *mallent* referendum), ut facile se dederent occupantibus, curam nullam impenderent meliora et honestiora suadentibus.“ DUEBN. Notanda constructio v. *incuriosos* cum dativo pro solito genit. A. 2, 88. 4, 32 cet. Ut hic, 14, 38: *serendis frugibus incuriosos*. (*Melioribus incuriosi* sunt, qui non curant de melioribus, utrum sint hi, an illi meliores. WALTH.) — *apud Cremonam*] „On peut se figurer l'armée d'Otho comme échelonnée sur la ligne de Modène, Plaisance, Crémone, Bédriac; Vérone donnant la main aux provinces illyriques. On voit que les Vitelliens opéraient déjà sur le flanc des Othoniens.“ BURNOUF. — *Ticinumque*] hodie *Pavia*. — *Transrhenanos*] Germanos, dextram Rheni ripam incolentes.

Caecinae exercitum trepidi ac falsi nuntiarent. (18) certum erat Spurrinae (is enim Placentiam optinebat) necdum venisse Caecinam et, si propinquaret, coercere intra munimenta militem nec tris praetorias cohortes et mille vexillarios cum paucis equitibus veterano exercitui obicere. sed indomitus miles et belli ignarus correptis signis vexillisque ruere et retinenti duci tela intentare spretis centurionibus tribunisque: quin prodi Othonem et accitum Caecinam clamitabant. fit temeritatis alienae comes Spurrina, primo coactus, mox velle simulans, quo plus auctoritatis inesset consiliis, si seditio mitesceret. (19) postquam non iam in conspectu Padus et nox appetebat, vallari castra placuit. is labor urbano militi insolitus contundit animos. tum vetustissimus quisque castigare credulitatem suam, metum ac discrimen ostendere, si cum exercitu Caecina patentibus campis tam paucas cohortes circumfudisset. iamque totis castris modesti sermones, et inserentibus se centurionibus tribunisque laudari providentia ducis, quod coloniam virium et opum validam robur ac sedem bello legisset. ipse postremo Spurrina non tam culpam exprobrans quam rationem ostendens relictis exploratoribus ceteros Placentiam reduxit minus turbidos et imperia accipientes. solidati muri,

6 tribunisq; providentiā ducis laudari; *verba inculeata ex seqq. delenda esse perspexit Muretus* quin *Agricola*: qui (qui del. L. Spengel et sic iungit: intentare; spretis centurionibus tribunisque prodi Othonem — clamitabant) 7 prodi *Bekker*: pro 9 postquam non iam *Meiser* et *nuper Heraeus*: Postquā | 11 contudit *alii* 15 providentia *Io. Fr. Gronovius*: providentiā (laudare providentiam *alii*) 17 rationem *Nipperdey*: ratione (rationes *Rhenanus*) extendens sed ex in os *mutavit 1m*

18. *certum erat*] duplici sensu positum est: prius significat certo sciebat, tum decreverat. — *Spurrinae*] *Vestricius* est *Spurrina*, egregius dux et qui ad Taciti medium aevum vixit. Plin. Epp. 2, 7: *Here a senatu Vestricio Spurrinae principe auctore triumphalis statua decreta est* cet. Item Epp. 3, 1. De vita eius v. *Bayerus* in *Comm. Petropol.* II p. 311. *Vestritii* (ut alii scribunt) *Spurrinae* *Lyricor.* Reliq. recogn. et adnot. instruxit C. A. M. Axtius. Francof. 1840. Mihi quidem quattuor *Odae* a *Gasp. Barthio* editae in *Adverss.* 14, 5 subdititiae videntur, atque libenter eas ipsi *Barthio*, malo utique poetae, tribuerim; certe pessimae sunt. cf. *Aem. Bachrens*: *Poetae* lat. min. 5 p. 408 sqq. — *necdum*] *pro nondum*, ut 1, 31; aliter *Drüger* Synt. § 118. — *tris praetorias cohortes*] ex quinque illis memoratis c. 11. — *mille vexillarios*] videntur esse electi e legione prima sub vexillo praemissi, cf. c. 11. Ann. 15, 10

expediri tamen itinere singula milia ex tribus legionibus — iussit. — quin prodi Othonem] cf. *Plutarch.* Oth. 5: ὁ δὲ Σπουρίνας προσβιαζόμενος αὐτοῦς ἐκινδύνευσε μικρὸν ἐλθόντας ἀνελεῖν αὐτόν. ὕβρεως δὲ καὶ βλασφημίας οὐδεμιᾶς ἐφέεισαντο προδότην καὶ λυμεῶνα τῶν Καίσαρος καιρῶν καὶ πραγμάτων λέγοντες.

19. *postquam non iam*] *non iam* inserendum putavi, quia, cum a Placentia in patentes campos procederent, a Pado abeundum fuit et sublato e conspectu flumine tum demum metum milites invadere coepisse appareret. post voc. *postquam* in fine versus *non iam* excidisse mihi magis probatur quam *Heraei* prior emendatio e conspectu. — *vetustissimus*] ut H. 1, 23, quicumque diutissime meruerant ideoque experientia praediti. — *virium et opum validam*] Ann. 4, 21 *orandi validus* cf. *Drüger* Synt. § 71 b.

propugnacula addita, auctae turres, provisa parataque non arma modo sed obsequium et parendi amor, quod solum illis partibus defuit, cum virtutis haud paeniteret.

(20) At Caecina velut relicta post Alpes saevitia ac licentia modesto agmine per Italiam incessit. ornatum ipsius municipia et coloniae in superbiam trahebant, quod versicolori sagulo, bracas, barbarum tegmen, indutus, togatos alloqueretur. uxorem autem eius Saloninam, quanquam in nullius iniuriam insigni equo ostroque veheretur, tanquam laesi gravabantur, insita mortalibus natura recentem aliorum felicitatem acribus oculis introspicere modumque fortunae a nullis magis exigere quam quos in aequo viderunt. Caecina Padum transgressus, temptata Othonianorum fide per colloquium et promissa, isdem petitus, postquam pax et concordia speciosis et iritis nominibus iactata sunt, consilia curasque in oppugnationem Placentiae magno terrore vertit, gnarus, ut initia belli provenissent, famam in cetera fore. (21) sed primus dies impetu magis

1 aucte 2 obsequio sed o in ū mutavit 1m (unde obsequia ed. princ.) 3 peniteret
4 uelud seuitia 6 ūsicoloris (s del. 1m) tegmen Walther: teggin (sic) braccatus
[barbarum tegmen indutus] Ian. Gulielmus, [barbarum tegmen] Ritter 7 aū (h. e. autem),
in marg. qq; 2m (eodem compendio autem scriptum est 4, 32 uos aū treueri) uxoremque
Haase quod quamquam Classen 8 insigni Puteolanus: insignis 9 Insita (notam del.
1m) agris; 10 Introspicere cere (pr. cere del. 1m) 10|11 quos Inequos 11 uider
(= viderunt) Cęcinā (notam del. 1m) pad; (= padus, sed corr. 1m) 11|12 othia-
norum 15 fama

20. saevitia ac licentia] quam in Helvetios praesertim exercuerat. — versicolori sagulo] quod Batavis, Nervii Gallisque tribuitur a Tacito H. 5, 23. Caes. B. Gall. 5, 42. Diodoro 5, 30. Liv. 7, 10, 7. Verg. Aen. 8, 660. RUPERTI. — bracas] unde Francogallorum v. braies, quo usi sunt Burnouf et Louandre. de accusativo cf. Drüger Synt. § 40 e. Plut. Oth. 6: Κεκίνας μὲν οὔτε φωνὴν οὔτε σχῆμα δημοτικός, ἀλλ' ἐπαχρῆς καὶ ἀλλόκοτος, σώματος μεγάλου, Γαλατικῶς ἀναξυρίσι καὶ χειρῶν ἐνεσκευασμένος, σημεῖοις καὶ ἄρχουσι Ῥωμαίων διαλεγόμενος. καὶ τὴν γυναῖκα παρέπεμπον αὐτῷ λογάδην ἱππεὶς ὄχουμένην ἔκπεω κεκοσμημένην ἐπιφανῶς. — tegmen] ut 1, 79. Ann. 2, 21, 3, 43. Ceterum Tacitus verba barbarum tegmen non explicandi, sed exprobandi causa addit. ne igitur cum interpretibus nonnullis putes esse ea e glossemate. WALTHER. — uxorem autem] raro utitur Tacitus particula autem (cf. Nip-

perdey ad Ann. 13, 25) nec tamen ideo hoc loco particulam auctoritate codicis fultam expellere licet et cavendum est grammaticis nostris, ne specie recti decipiantur. — quamquam] non opus est cum Classeno quod ante quamquam inserere, quod manifestum erit, si sententiam loci in hanc formam tibi finxeris: „Saloninam, quamquam neminem laedebat insigni equo vecta, tanquam laesi gravabantur.“ — insigni equo] item c. 89; Ann. 3, 45 equo insigni. — gravabantur] gravari aliquem dicit, ut Seneca de clem. 1, 13, 1 at illam acerbum et sanguinarium necesse est graventur stipatores sui. — insita mortalibus natura] item 1, 55. — acribus oculis] cum invidia atque indignatione. — a nullis] cf. Nipperdey ad Ann. 2, 77 nulli. — iactata sunt] de neutro genere cf. Drüger Synt. § 30. — famam] scil. talem (bonam vel malam). ad sententiam cf. Agr. 18 non ignarus instandum famae ac, prout prima cessissent, terrorem ceteris fore.

quam veterani exercitus artibus transactus: aperti incautique muros subiere, cibo vinoque praegraves. in eo certamine pulcherrimum amphitheatri opus situm extra muros conflagravit, sive ab oppugnatoribus incensum, dum facies et glandes et missilem ignem in obsessos iaculantur, sive ab obsessis, dum paria regerunt. municipale vulgus pronum ad suspiciones fraude inlata ignis alimenta credidit a quibusdam e vicinis coloniis invidia et aemulatione, quod nulla in Italia moles tam capax foret. quocumque casu accidit, dum atrociora metuebantur, in levi habitum, reddita securitate, tanquam nihil gravius pati potuissent, maerebant. ceterum multo suorum cruore pulsus Caecina, et nox parandis operibus absumpta. Vitelliani pluteos cratesque et vineas subfodiendis muris protegendisque obpugnatoribus, Othoniani sudes et immensas lapidum ac plumbi aerisque moles perfringendis operibus obruendisque hostibus expediunt. utrimque pudor, utrimque gloria et diversae exhortationes hinc legionum et Germanici exercitus robur, inde urbanae militiae et praetoriarum cohortium decus attollentium; illi ut segnem et

2 eius (s del. 1m) 2|3 amphitheatri 4 glandes obsesso 5 opsessis (corr. 1m) paria regerunt Meiser: reportans gerunt (gerunt in rasura 1m), regerunt Puteolanus, retorta ingerunt Tac. Gronovius 6 fraude // (litt. m? erasa) et (ex Halm) 7 invidia et Muretus: Inuidi] molestā 9|10 merebant 10 pulso sed corr. 1m 11 absumpta Muretus: assumpta 13 perfringendis operibus dett.: perfringendis | 14|15 exortationes

Ann. 12, 31 gnarus primis eventibus metum aut fiduciam gigni. Hist. 3, 70 cetera secundum eventum proelii cessura.

21. veterani exercitus artibus] cautione ac prudentia. — aperti] non tecti pluteis, cratibus vineisque, quibus oppugnatores protecti muros suffodere solent, dictione petita a ludo gladiatorio, in quo latus apertum, quod ictibus patet, ut apud Liv. 25, 16. 38 et al. RUPERTI. cf. Caesar b. G. 7, 25, 1 deustos pluteos turrium videbant nec facile adire apertos ad auxiliandum animadvertabant. — amphitheatri opus] Amphitheatra ista municipalia ligneis compagibus exstructa erant; sic hoc Placentinum, Fidenas illud A. 4, 62. — glandes] hic videntur non solitae illae plumbeae, quarum una superest cum inscriptione ROMA FERII (Inser. m. L. N. 4932), sed ferreae candentes, les globes ardents Louandre. at cf. Lucretius 6, 306 plumbea saepe Ferrida fit glans in cursu, cum multa rigoris Corpora dimittens ignem concepit in auris et Ovid. met. 14, 825 ut lata plumbea funda Missa solet

medio glans intabescere caelo; similiter 2, 727 aliosque locos, quos affert Lipsius de mil. Rom. 5, 20. — missilem ignem] nobiliter dixit quam vulgaribus verbis malleolos, falaricas. cf. Lips. Poliorcet. 5, 5. — paria regerunt] cf. 1, 74 paria Vitellius ostentabat, 4, 54 paria de Britannia fingebantur. Ann. 11, 26 paria metuentes. vitium in Mediceo, ut saepe, ortum est syllabis transpositis. — invidia et aemulatione] item 3, 65; cf. 2, 101: aemulatione etiam invidiae. 1, 65: unde aemulatio et invidia. — in levi habitum] Ann. 3, 54 in levi habendum. — absumpta] idem vitium, quod hic, in Mediceo recurrit 4, 60, ubi legitur assumptis umentis pro absumptis umentis. — pluteos cet.] les mantelets, les claies, les galeries Louandre. cf. Veget. 4, 15. Lips. Poliorcet. 1, 7. — gloria] Gloria est h. l. gloriae cupido, ut apud Ciceronem non uno loco; quod vidi Savillum non animadvertisse. ERN. Hic scilicet explicavit: „Pudor, si vincerentur, gloria, si vincerent. cf. Nipperdey ad Ann. 1, 43 pudor et gloria. —

desidem et circo ac theatris corruptum militem, hi peregrinum et externum increpabant. simul Othonem ac Vitellium celebrantes culpantesve uberioribus inter se probris quam laudibus stimulabantur. (22) vixdum orto die plena propugnatoribus moenia, fulgentes armis virisque campi; 5 densum legionum agmen, sparsa auxiliorum manus altiora murorum sagittis aut saxis incessere, neglecta aut aevo fluxa comminus adgredi. ingerunt desuper Othoniani pila librato magis et certo ictu adversus temere subeuntium cohortes Germanorum cantu truci et more patrio nudis corporibus super umeros scuta quatentium. legionarius pluteis et cratibus tectus subruit muros, instruit aggerem, molitur portas: contra praetoriani dispositos ad id ipsum molares ingenti pondere ac fragore provolvunt. pars subeuntium obruti, pars confixi et exsanguis aut laceri: cum augetur stragem trepidatio eoque acrius e moenibus volnerarentur, rediere infracta partium fama. et Caecina pudore coeptae 15 temere obpugnationis, ne inrisus ac vanus isdem castris adsideret, traiectione rursus Pado Cremonam petere intendit. tradidere sese abeunti Turullius Cerialis cum compluribus classicis et Iulius Briganticus cum

1 hii 4 campis (s. del. 1m) 5 legionariorum Ritter 7 iactu Th. Kiessling
9 legionariū 9|10 gratib; 11 p̄torianis (praetorianus ed. princ.) molarēs (notam del. 1m) 14 redire // partiū (ante p. litt. a vel e? erasa) cecina fama pudore (fama del. 1m) 14|15 cepta & emere 15 obpugnationes (super e. scr. i 1m) inritus W. Hevaeus 17 breganticus

peregrinum et externum] Fremdlinge und Ausländische; barbare et étranger Louandre. Iunxit haec synonyma etiam Quintil. 8, 1, 2: (Verba) sint quam minime peregrina et externa. Doederlein Syn. III p. 389. — uberioribus — probris] quorum maior copia in utriusque probrosam vitam suppetebat.

22. legionum agmen] „Sed unicam tantum legionem habuit Caecina. cf. 1, 61.“ SAVIL. Verum praeter unam eamque plenam legionem Caecina multa milia electorum ex aliis legionibus ducebat, qui haud dubie in legionum numeros (Fähnlein) compositi pugnare nec sparsi cum auxiliis. WALTHER. cf. 1, 70 grave legionum agmen. — librato magis] Similitudinem quandam habet locus Livii 30, 10, 13: Ex rostratis Poeni vana pleraque, utpote supino iactu, tela in locum superiorem mittebant: gravior ac pondere ipso librator superne ex onerariis ictus erat. — certo ictu] cf. Curtius 7, 5, 41 certo ictu destinata feriebant. 7, 9, 9 hastas certo ictu — mittit.

Ann. 4, 51 incerti ictus. — cantu truci] barditu illo, de quo Germ. 3. Eiusmodi cantus praeter preces dis oblatas heroum quoque laudes continebant. A. 2, 88: (Arminius) canitur adhuc barbaras apud gentes. cf. Hist. 4, 18: ut virorum cantu, feminarum ululatu sonuit acies. Liv. 5, 37, 8 de Gallis: nata in vanos tumultus gens truci cantu clamoribusque variis horrendo cuncta compleverant sono. Curtius 10, 1, 12 truci cantu deterritas. — nudis corporibus] Germ. 6 nudi aut sagulo leves. — aggerem] cui turres et tormenta imponentur. cf. 3, 20. 4, 23. Ann. 2, 81. Veget. 4, 15. Lipsii Poliorcet. 2, 3. RUP. — molitur] laborat, ut effringat. DUEBN. Sic Ann. 1, 39. Liv. 23, 18, 2: moliri portas et claustra refringere parat. — exsanguis aut laceri] item 3, 27 exsanguis aut laceros. — Turullius] Sic apud Cic. ad Fam. 12, 13. Cod. Med. et Murat. 1757, 8., TVRVLLIVS apud Grut. 735, 2. — classicis] ex classicorum illo ingenti numero c. 11 et 17. — Iulius Briganticus] de eo cf. 4, 70 (Iulius Briganticus so-

paucis equitum, hic praefectus alae in Batavis genitus, ille primipilaris et Caecinae haud alienus, quod ordines in Germania duxerat.

(23) Spurrina comperto itinere hostium defensam Placentiam, quaeque acta et quid Caecina pararet, Annium Gallum per litteras docet. Gallus legionem primam in auxilium Placentiae ducebat, diffusus paucitati cohortium, ne longius obsidium et vim Germanici exercitus parum tolerarent. ubi pulsum Caecinam pergere Cremonam accepit, aegre coercitam legionem et pugnandi ardore usque ad seditionem progressam Bedriaci sistit. inter Veronam Cremonamque situs est vicus, duabus iam Romanis cladibus notus infaustusque. 10

Isdem diebus a Marcio Macro haud procul Cremona prospere pugnatum. namque promptus animi Marcius transvectos navibus gladiatores in adversam Padi ripam repente effudit. turbata ibi Vitellianorum auxilia et ceteris Cremonam fugientibus caesi qui restiterant. sed repressus vincentium impetus, ne novis subsidiis firmati hostes fortunam proelii 15 mutarent. suspectum id Othonianis fuit omnia ducum facta prave aestimantibus. certatim, ut quisque animo ignavus, procax ore, Annium Gallum et Suetonium Paulinum et Marium Celsum aliosque quos Otho

5|6 paucitate (e in i mutavit 2m) 7 pulsu 9 beronā (corr. 1m) 10 Infastusq; 11 haut (t in d mutavit 1m) 12 nanq; promptius aīni 14 cesi resisterat (super at ser. n 1m) 14|15 reprehensu uicentū (super ic ser. n 1m) 15 plii 16 ducum Freinsheim: quoicū 18 pauliū (corr. 1m) aliosque quos Meiser: nā eos qq; [nam eos quoque Otho praefecerat] Ritter, nam eos copiis Otho praefecerat Ulrichs, [quoque] Halm 3. ed.

rore Civitis genitus) et 5, 21. — primipilaris] cf. ad 1, 31.

23. diffusus paucitati] sic recte in Mediceo correctum videtur, quia nusquam Tac. diffidere cum ablativo iungit, cf. Gerber et Greef Lex. Tac. — Bedriaci] Varie scribitur: Bedriacum Suet. Oth. 9. Plut. Oth. 8: ἔστι δὲ πολὺν πληρὸν Κρεμῶνης τὸ Βητριάκον. Βητριάκον est Iosepho B. I. 4, 9, 9. Apud Hieron. in Chron. Scal. Vetriacum, sed Roncallius p. 438: Bebriacum. Schol. Iuven. 2, 99: Othonis et Vitellii bellum scripsit Cornelius; scripsit et Pompeius Planta, qui ait Bebriacum (sic, etiam in Heinricchio Iuvenale ipso) vicum esse a Cremona vicissimo lapide. (Pompeium Plantam suspicatur Reinesius Ep. XXVII esse, quem Plinius Epp. ad Trai. 10 vocat praefectum Aegypti, amicum Traiani.) Et ad v. 106: Bebriacos campos inter Hostiam (hodie Ostiglia) et Cremonam. Hodiernum putant esse Cameto, alii volunt esse la Bina, alii Ustiano, alii denique S. Lorenzo Guazzone. V. Exc. I. — sistit] „Gallus me-

nait la première légion au secours de Plaisance et il s'arrêta à Bédriac. Il venait donc de plus loin sur la route de Vérone. Mais pourquoi s'arrêta-t-il dès qu'il apprend la levée du siège? pour trois raisons: 1) ce siège étant levé, son objet était rempli; 2) restant à Bédriac, il était à même d'être joint plus promptement par les légions de l'Illyricum et par Othon qui était resté plus loin pour les attendre; 3) il y aurait eu de la folie à aller se battre en rase campagne, et avec une légion qui n'avait pas encore vu l'ennemi, contre une armée des soldats vétérans. Ces raisons étaient solides et dignes de la maturité de jugement qui le caractérisait: maturitatem Galli, a dit Tacite, 1, 87. FERLET. — duabus — cladibus] Altera Othonis, victore Vitellio; altera Vitellii, vincente Vespasiano, de qua 3, 15 sqq. Ea vulgo dicitur ad Cremonam facta; sed inter Cremonam et Bedriacum pugnatum est eaque de causa utrique loco proelium more scriptorum adsignari potest. ERN. — in adversam] in sinistram. — aliosque quos]

praefecerat variis criminibus incessebant. acerrima seditionum ac discordiae incitamenta interfectores Galbae: scelere et metu vecordes miscere cuncta, modo palam turbidis vocibus, modo occultis ad Othonem litteris; qui humillimo cuique credulus, bonos metuens trepidabat, rebus prosperis incertus et inter adversa melior. igitur Titianum fratrem accitum bello praeposuit.

(24) Interea Paulini et Celsi ductu res egregie gestae. angebant Caecinam nequiquam omnia coepta et senescens exercitus sui fama. pulsus Placentia, caesis nuper auxiliis, etiam per concursum exploratorum, crebra magis quam digna memoratu proelia, inferior, propinquante Fabio Valente, ne omne belli decus illuc concederet, recipere gloriam avidius quam consultius properabat. ad duodecimum a Cremona (locus Castorum vocatur) ferocissimos auxiliarium imminentibus viae lucis occultos componit; equites procedere longius iussi et irritato proelio sponte refugi festinationem sequentium elicere, donec insidiae coererentur. proditum id Othonianis ducibus, et curam peditum Paulinus, equitum Celsus sumpsere. tertiae decimae legionis vexillum, quattuor auxiliorum co-

1 incessebant *Agricola*: Incesserant 7 Celsi] celsi] egregiae 8 coepta 9 cursu
(c. superscr. 1m) 10 plia 13 Castorum *Alciatus*: castrorū (castrarū corr. 1m) auxi-
liarios (post ri superscr. v̄ 1m) 14 iussi *Rhenanus*: iussit plio 15 festinatione
coererentur *Rhenanus*: coererentur

scripturam Medicei artificiosius quam verius Burnouf ita explanare studuit: „On a vu (1, 87), que des commandements avaient été destinés à Gallus, à Suetonius et à Celsus, rectores destinati. On a vu (2, 11) la mise en activité de Gallus. Eos ne se rapporte donc ici qu'aux deux autres.“ Verum hanc sententiam aliter utique expressisset Tacitus, clarius separando Suetonium Celsumque a Gallo; neque vero sufficisset scribere hos pro eos, sed certe hos duos. non possunt igitur non corrupta videri verba codicis, quae emendavi scribendo: aliosque quos, ut Spurrinam (c. 18) et hunc Marcium Macrum. cf. c. 36 de in Flavium Sabinum consulem designatum Otho rectorem copiis misit, quibus Macer praefuerat. vitium in codice ortum est syllabis prave distributis al ios quequos, unde postremo corrupta illa lectio nam eos quoque evasit. — humillimo] infimo atque ideo, ut ex sordibus emergeret, per criminationes Othonis favorem captanti. — bonos metuens] id est eos, qui a

partium studiis alieni, verae saluti rei publicae prospicere cupiebant.

24. per concursum] „etiam ubi concurrerent utriusque partis dumtaxat exploratores praemissi, Caecina inferior manebat.“ Vv. crebra — proelia epexegei inseruiunt vv. per concursum exploratorum, ex quo oriebatur proelia Vitellianis semper adversa. — ad duodecimum] scil. lapidem, ut c. 39. 3, 15. cf. Drüger Synt. § 238. — Castorum] id est Castoris et Pollucis. Suetonius Oth. 9 eum locum ad Castoris dixit, Orosius 7, 8, 6: circa locum, quem Castores vocant. LIPS. cf. Servius ad Verg. G. 3, 89 ambo licenter et Polluces et Castores vocantur. nam et Iudi et templum et stellae Castorum appellantur. — componit] ita illo in loco collocat, ut, donec eos pugnam incipere iuberet, sine strepitu atque clamore quieti manerent. — irritato proelio] βραχυλογία pro irritando hostem excitato proelio. DUEBN. — Paulinus — Celsus] Silentio hic praeteritur Annus Gallus, quia

hortes et quingenti equites in sinistro locantur; aggerem viae tres praetoriae cohortes altis ordinibus obtinere; dextra fronte prima legio incessit cum duabus auxiliariis cohortibus et quingentis equitibus: super hos e praetorio auxiliisque mille equites, cumulus prosperis aut subsidium laborantibus, ducebantur. (25) antequam miscerentur acies, terga 5 vertentibus Vitellianis, Celsus doli prudens repressit suos: Vitelliani temere exsurgentes cedente sensim Celso longius secuti ultro in insidias praecipitantur. nam a lateribus cohortes, legionum adversa frons, et subito discursu terga cinxerant equites. signum pugnae non statim a Suetonio Paulino pediti datum: cunctator natura et cui cauta potius 10 consilia cum ratione quam prospera ex casu placerent, compleri fossas, aperiri campum, pandi aciem iubebat, satis cito incipi victoriam ratus, ubi provisum foret, ne vincerentur. ea cunctatione spatium Vitellianis datum in vineas nexu traducum impeditas refugiendi, et modica silva adhaerebat, unde rursus ausi promptissimos praetorianorum equitum 15 interfecere. volneratur rex Epiphanes inpigre pro Othone pugnam ciens.

23 ingressit 3 auxiliariis *Mercerus*: uexillarib; | quingentib; (corr. 1m) 4 et
(ex Bach) 7 cedunt | e 8 legionū | (legionariorum *Orelli*) 9 cinxerat eques *Ritter*
15 ausi | (ausi prorumpere *Ritter*) 16 othonē (notam del. 1m)

paucos ante dies lapsu equi afflictus erat. c. 33. — vexillum] quod advenerat ex Illyrico. — aggerem viae] Intellegi viam Postumiam patet e 3, 21. Viae autem altae et aggeratae. Aggerem de via etiam Vergilius dixit Aen. 5, 273. ERN. — altis ordinibus] „densis, confertis.“ Sic etiam Francogallice en ordre profond (Burnouf), en colonnes profondes (Ferlet). cf. Vegetius 3, 15: dicunt, si angustior locus sit vel multitudo sufficiat, etiam in deno vel amplius acies ordinari. Magis enim expedit, ut conferti pugnent, quam longius separati. — dextra fronte] frons opponitur subsidiis, ut apud Sall. Cat. 59, 2 octo cohortis in fronte constituit, reliquarum signa in subsidio potius conlocat. — prima legio] classica Adiutrix. — cumulus prosperis aut subsidium laborantibus] similis locus Agric. 35 legiones pro vallo stetero, ingens victoriae decus citra Romanum sanguinem bellandi et auxiliū, si pellerentur.

25. Vitelliani] ii nimirum, qui in lucis viae vicinis occulti erant. — a lateribus] Dicit ab omnibus partibus circumventos Vitellianos. Cohortes latera circumfuderat, equites terga, legio frontem. ERN. — legionum] plu-

ralem posuit, quia praeter primam legionem tertiae decimae legionis vexillum aderat; cf. 1, 70. 2, 22. — compleri fossas] factas a rusticis recipiendis aquis ad campos irrigandos. — aperiri campum] caedendo arbores, vites. — nexu traducum] Scilicet in eo Italiae tractu vites inter arbores etiam nunc seruntur traducesque suos ex una alteri connectunt. — unde rursus ausi] cf. 4, 76 ausuros rursus, 5, 11 longius ausuri. — Epiphanes] Filius Antiochi, regis Commageni, cuius in rebus Vespasiani et apud Tacitum mentio. Is tunc Romae fuit, sive obses, regnante adhuc patre, sive alia qua de causa, Othonemque comitatus est. De eius parentisque fati v. Iosephus B. J. 7, 7. Rex vocatur vetere more, quo etiam regum filii et quicumque regiae stirpis sunt, reges vocantur, ut apud Graecos βασιλεῖς. ERN. Sic etiam 5, 9: rex Paocorus dicitur pro regis filio. 3, 72: pulsus regibus pro rege eiusque familia. Cum fratre Callinico exhibetur Epiphanes in nummo Commagenorum apud Pellerin *Méd. de rois* p. 124. cf. Eckhel D. N. III p. 258. OBERL. Inscriptio eius est ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΥΙΟΙ et in parte aversa ΚΟΜ-

(26) tum Othonianus pedes erupit. protrita hostium acie versi in fugam etiam qui subveniebant. nam Caecina non simul cohortes, sed singulas acciverat; quae res in proelio trepidationem auxit, cum dispersos nec usquam validos pavor fugientium abriperet. orta et in castris seditio, quod non universi ducerentur: vinctus praefectus castrorum Iulius Gratus, tanquam fratri apud Othonem militanti proditorem ageret, cum fratrem eius, Iulium Frontonem tribunum, Othoniani sub eodem crimine vinxissent. ceterum ea ubique formido fuit apud fugientes occurrentes, in acie pro vallo, ut deleri cum universo exercitu Caecinam potuissent, ni Suetonius Paulinus receptui cecinisset, utrisque in partibus percrebruerit. timuisse se Paulinus ferebat tantum insuper laboris atque itineris, ne Vitellianus miles recens e castris fessos adgrederetur et percussis nullum retro subsidium foret. apud paucos ea ducis ratio probata, in vulgus adverso rumore fuit.

(27) Haud proinde id damnum Vitellianos in metum compulit quam ad modestiam composuit; nec solum apud Caecinam, qui culpam in militem conferebat seditioni magis quam proelio paratum: Fabii quoque Valentis copiae (iam enim Ticinum venerat)posito hostium contemptu et recuperandi decoris cupidine reverentius et aequalius duci parebant. gravis alioquin seditio exarserat, quam altiore initio (neque enim rerum a Caecina gestarum ordinem interrumpi oportuerat) repetam. cohortes Batavorum, quas bello Neronis a quarta decima legione digressas, cum

1 acies Ritter 3 plio 9 cum] cū (corr. 1m) 10[11 percrebruerit Beroaldus: percrebruit 12[13 periculo]sis 14 aduersorū ore (item ed. princ.) 15 perinde alii 17 plio 18 cētenta 19 equalis | (v superscr. 1m), aequalibus Agricola 21 Int]rūpit (t del. 1m)

ΜΑΙΗΝΩΝ. cf. Visconti *Iconogr. gr.* III p. 16.

26. *erupit*] I. F. Gronovius malebat *irrupit*. At *prorumpere* et *erumpere* etiam dicuntur milites in acie constituti, cum impetum facere incipiunt. Prioris verbi permulta apud Tacitum exempla. A. 1, 65. 4, 71 cet. Verg. Aen. 11, 608: *Iamque intra iactum telii progressus uterque Substiterat: subito erumpunt clamore*. ERN. Adde Liv. 29, 33, 6: *circa se conglobatos — erumpere iubet*, id est agredi, adoriri. Ita et *eruptio* de impetu facto dicitur Liv. 38, 13, 12. — *fratri — proditorem ageret*] explicat: „in gratiam fratris proditorem moliretur“, ut *fratri* sit datus commodi, cf. Dräger Synt. § 49; sed suspi-

cor scribendum esse *fratre — militante*, ut causa indicetur, cur in suspicionem proditionis venerit, eo scilicet, quod frater apud Othonem militabat. — *tantum insuper*] „timuisse se tantum laborem, qui post iter duodecim M. P. in delendo Caecina ipsis superfuturus fuisset, ne, hoc facto, (hoc labore exanclato) recens exercitus Vitellii cet.“ DUEBN. — et — *nullum*] cf. ad 1, 31. — *adverso rumore*] tamquam proditorem ageret. cf. c. 23. Ann. 14, 11 *Seneca adverso rumore erat*.

27. *Fabii*] de omnia particula sed cf. Dräger Synt. § 128. — *aequalius*] cf. Horat. Sat. 1, 3, 9: *Nil aequale homini fuit illi*. — *alioquin*] hoc loco et 3, 32 *Roth Germanice vertit „ohnehin“*, cf. Ann. 4, 37. — *bello Ne-*

Britanniam peterent, audito Vitellii motu in civitate Lingonum Fabio Valenti adiunctas rettulimus, superbe agebant, ut cuiusque legionis tentoria accessissent, coercitos a se quartadecimanos, ablatam Neroni Italiam atque omnem belli fortunam in ipsorum manu sitam iactantes. contumeliosum id militibus, acerbum duci corrupta iurgiis aut rixis disciplina; ad postremum Valens e petulantia etiam perfidiam suspectabat. (28) igitur nuntio adlato pulsam Trevirorum alam Tungrosque a classe Othonis et Narbonensem Galliam circumiri, simul cura sociotuendi et militari astu cohortes turbidas ac, si una forent, praevalidas dispergendi, partem Batavorum ire in subsidium iubet. quod ubi auditum volgatumque, maerere socii, fremere legiones. orbari se fortissimorum virorum auxilio; veteres illos et tot bellorum victores, postquam in conspectu sit hostis, velut ex acie abduci. si provincia urbe et salute imperii potior sit, omnes illuc sequerentur; sin victoriae columen in Italia verteretur, non abrumpendos ut corpori validissimos artus. (29) haec ferociter iactando, postquam inmissis lictoribus Valens coercere seditionem coeptabat, ipsum invadunt, saxa iaciunt, fugientem sequuntur. spolia Galliarum et Viennensium aurum, pretia laborum suorum, occultare clamitantes, direptis sarcinis tabernacula ducis ipsamque humum pilis et lanceis rimabantur. nam Valens servili veste apud de-

2 cuiusque det.: cul; 2[3 tentoria | tentoria 5 aut] ac *Nipperdey* 6 e&Iā (litt. e *paene evanida*) 7 Ire uirorū ungrosq; (t superscr. 1m) 9 praevalidas 11 merere 13 uelud 14 uictorię sanitas sustentaculū colūm glossam e textu sustulit *Nipperdey*, unde irrepperit infra docuī (cf. *Fleckeiseni annal.* 1884 p. 775 sq.) 16[17 coherere (h del. 1m) 17 ceptabat 18 pretia *Classen*: et p̄tia 19 occultari *Halm* tabernaculum *Nipperdey*

ronis] cf. ad 1, 6 et 2, 11. — *Lingonum*] hodie *Langres*. — *rettulimus*] *Hist.* 1, 59. 64. — *ut cuiusque — accessissent*] cf. 1, 85 *ut quemque nuntium fama adtulisset*. — *iactantes*] Harum rerum narratio cum fine *Annalium* perit. DUEBN. — *duci corrupta*] recte editio princeps interpunctionem post *duci* omisit, nam ablativo absoluto *corrupta — disciplina* causa additur, cur acerbum duci fuerit.

28. *pulsam Trevirorum* cet.] cf. c. 14. — *tot bellorum victores*] ut 4, 58. — *victoriae columen*] postquam *Nipperdey* sano iudicio ductus voce *sanitas sustentaculum* spuria iudicavit, iam mihi contigit, ut invenirem, unde hoc additamentum ortum esset. legitur enim apud *Luctatium Placidum* (ed. *Deuring* p. 19, 1) haec glossa: „*columen* uel *sanitas* uel *sustentaculum*, quia a columna fit“

quam huc translata in textum irrepsisse apparet. cf. similem glossam 1, 89 *ancilium scutum vel arma caelestia*, quae haud scio an et ipsa ex *Placido* hausta sit; cf. *Deuring* p. 4, 12. de eo quod *columen* vocabulo *sanitas* explicatur cf. *Löwe*: glossae nominum Lipsiae 1884 p. 208 (= *Fleckeiseni annal.* 1875 p. 537). — *ut corpori*] cf. *Ovid. Trist.* 1, 3, 74 *Et pars abrumpi corpore visa suo est*. *Curtius* 6, 9, 19 *videbar enim mihi partem viscerum meorum abrumpere*. *Iordanis Getica* c. 39, 205 (in alloquio *Attilae*): *abscisa autem nervis mox membra relabuntur, nec potest stare corpus, cui ossa subtraxeris*.

29. *Viennensium aurum*] cf. 1, 66. — *pretia laborum*] cf. *Agri* 12 *aurum et argentum et alia metalla, pretium victoriae*. *Ann.* 15, 12 *castra Romana — pretium laboris peti*.

curionem equitum tegebatur. tum Alfenus Varus praefectus castrorum deflagrante paulatim seditione addit consilium, vetitis obire vigiliis centurionibus, omisso tubae sono, quo miles ad belli munia cietur. igitur torpere cuncti, circumspectare inter se attoniti et id ipsum, quod nemo regeret, paventes: silentio patientia, postremo precibus ac lacrimis veniam quaerebant. ut vero deformis et flens et praeter spem incolumis Valens processit, gaudium miseratio favor: versi in laetitiam, ut est volgus utroque inmodicum, laudantes gratantesque circumdatum aquilis signisque in tribunal ferunt. ille utili moderatione non supplicium cuiusquam poposcit; ac ne dissimulans suspectior foret, paucos incusavit, gnarus civilibus bellis plus militibus quam ducibus licere. (30) munientibus castra apud Ticinum de adversa Caecinae pugna adlatum et prope renovata seditio, tanquam fraude et cunctationibus Valentis proelio defuissent. nolle requiem, non expectare ducem, anteire signa, arguere signiferos: rapido agmine Caecinae iunguntur. inprospera Valentis fama apud exercitum Caecinae erat: expositos se tanto pauciores integris hostium viribus querebantur, simul in suam excusationem et adventantium robur per adulationem attollentes, ne ut victi et ignavi despectarentur. et quanquam plus virium, prope duplicatus legionum auxiliorumque numerus erat Valenti, studia tamen militum in Caecinam inclinabant, super benignitatem animi, qua promptior habebatur, etiam vigore aetatis, proceritate corporis et quodam inani favore. hinc aemulatio ducibus: Caecina ut foedum ac maculosum, ille ut tumidum ac vanum iridebant.

1 alfenius 2 seditionē (notam del. 1m)
rebant 7 fabor sed corr. 1m 13 plio
etia 22 fabore sed corr. 1m 23 fēdū

circuire in marg. 2m 5 ꝑcibus 6 que-
rebantur 15 cecinē 21 habebantur (n del. 1m)

Hist. 4, 32 egregium, inquit, pretium laborum recepi, necem fratris etc. — consilium, vetitis] βραχυλογία, pro qua alius scriptor facile dixisset: vetuit enim obire vigiliis centuriones. — patientia] Malim poenitentia. Lips. Haud opus. Patienter ac tacite ferebant istam omissionem solitorum, non frementes, non irascentes. ERN. Quo scilicet non exasperarent Alfenum atque is ipsorum patientia citius mitigaretur. — ut est volgus] ad sententiam cf. 1, 69. — paucos] Lipsius malebat paucis scil. verbis; sed sensus est: „non totius exercitus istum furorem, sed paucorum fuisse, qui exercitum concitassent.“ Eadem ratione usus Otho 1, 84: Paucorum culpa fuit; duo-

rum poena erit. Atqui omnes seditiosi fuerant. ERN.

30. tanto pauciores] de numero militum cf. 1, 61 et 64. — inani favore] „a causis inanibus orto, ita ut ipsi prope nescirent, cur tantopere Caecinae faverent.“ cf. 1, 53: Caecina decorus inventa, corpore ingens, animi inmodicus, scito sermone, erecto incessu studia militum inlecebat. — foedum ac maculosum] Refer ad eius libidinem et rapacitatem, quae vitia in Valente arguit etiam 1, 66: Valentem magna pecunia emptum. — quotiens pecuniae materia deesset, stupris et adulteriis exorabatur. Eadem compositione vv. utitur A. 13, 33. H. 1, 7. — iridebant] de nu-

sed condito odio eandem utilitatem fovere, crebris epistulis sine respectu veniae probra Othoni obiectantes, cum duces partium Othonis quamvis uberrima conviciorum in Vitellium materia abstinerent. (31) sane ante utriusque exitum, quo egregiam Otho famam, Vitellius flagitiosissimam meruere, minus Vitellii ignavae voluptates quam Othonis flagrantissimae libidines timebantur. addiderat huic terrorem atque odium caedes Galbae: contra illi initium belli nemo inputabat. Vitellius ventre et gula sibi inhonestus, Otho luxu saevitia audacia rei publicae exitiosior ducebatur.

Coniunctis Caecinae ac Valentis copiis nulla ultra penes Vitellianos mora, quin totis viribus certarent: Otho consultavit, trahi bellum an fortunam experiri placeret. tunc Suetonius Paulinus dignum fama sua ratus, qua nemo illa tempestate militaris rei callidior habebatur, de toto genere belli censere, festinationem hostibus, moram ipsis utilem disseruit: (32) exercitum Vitellii universum advenisse, nec multum virium attingo, quoniam Galliae tumeant et deserere Rheni ripam inrupturis tam infestis nationibus non conducat. Britannicum militem hoste et mari distineri; Hispanias armis non ita redundare; provinciam Narbonensem incursu classis et adverso proelio contremuisse; clausam Alpibus et nullo maris subsidio transpadanam Italiam atque ipso transitu exercitus

1 eplis cum tm. transversa in l 5 ignave uoluptatis (super i scr. e 1m) fraglan-
tissimae 6 cedēs 7 gula sed corr. gula 8 inhonestus Victorius: Inhostus (super ult.
s rasura) sibi met hostis Rhenanus, sibi infestus Heinsii seuitia R. P. 10 penes
11 trai 17 britannicum 18 destineri 19 plio

mero plurali cf. c. 24 curam pedum Paulinus, equitum Celsus sumpserunt, c. 31 meruere. Dräger Synt. § 29. Nipperdey ad Ann. 2, 42.

31. nemo inputabat] nam ignavus homo ad res novas a Fabio Valente et Caecina stimulatus erat. cf. 1, 52. RUP. Sciebant Vitellium a suis paene coactum, ipsum nunquam quidquam ultro ausurum fuisse. ERN. — sibi inhonestus] Etsi non nego perquam ingeniosam ac propter accuratam ἀντιθεσιν aptissimam esse Heinsii coniecturam, a Duebnero receptam, sibi infestus („sibi met ipsi perniciem mox allaturus, id quod vile erat damnum:“), tamen externa probabilitate antecellit Victorii et Pichenae sibi inhonestus, propterea quod ventre et gula sibi soli quidem infamiam contrahebat, minus vero nocebat rei publicae, quae item ἀντιθεσις, ut ita dicam, obliqua minime spernenda est:

sed maxime hanc ideo praetuli, quia idem vitium irrepsit in Med. Ann. 15, 25: paz inhosta pro inhonesta. similiter Hist. 4, 62 pro Medicei inhora Victorius inhonora correxit. cf. 1, 5 accessit Galbae vox pro re publica honesta, ipsi anceps. 2, 76 quam inhonesta, tam tuta servitus. — habebatur] propter expeditiones claras in Britannia (Ann. 14, 29) et in Africa. Plin. n. h. 5, 14: Suetonius Paulinus, quem consulem vidimus, primus Romanorum ducum transgressus quoque Atlantem etc.

32. tumeant] „ad turbas concitandas novasque res molientes promptae sint:“ nos gähren. Cic. ad Att. 14, 4: post interitum Caesaris: tument negotia. Ibid. 5: hunc rerum tumorem. Plin. Paneg. 28: tumentibus plebis animis. — non ita redundare] erant ibi legiones VI. Victrix et X. Gemina. — nullo

vastam; non frumentum usquam exercitui, nec exercitum sine copiis retineri posse. iam Germanos, quod genus militum apud hostis atrocissimum sit, tracto in aestatem bello fluxis corporibus mutationem soli caelique haud toleraturos. multa bella impetu valida per taedia et moras evanuisse. contra ipsis omnia opulenta et fida, Pannoniam Moesiam Delmatiam Orientem cum integris exercitibus, Italiam et caput rerum urbem senatumque et populum, numquam obscura nomina, etiam si aliquando obumbrentur; publicas privatasque opes et immensam pecuniam inter civiles discordias ferro validiorem; corpora militum aut Italiae sueta aut aestibus. obiacere flumen Padum, tutas viris murisque urbes; e quibus nullam hosti cessuram Placentiae defensione exploratum. proinde duceret bellum. paucis diebus quartam decimam legionem, magna ipsam fama, cum Moesicis copiis adfore: tum rursus deliberaturum, et si proelium placuisset, auctis viribus certaturos. (33) accedebat sententiae Paulini Marius Celsus; idem placere Annio Gallo paucos ante dies lapsu equi adfecto missi, qui consilium eius sciscitarentur, rettulerant. Otho pronus ad decertandum; frater eius Titianus et praefectus praetorii Proculus imperitia properantes fortunam et deos et numen Othonis adesse consiliis, adfore conatibus testabantur, neu quis obviam ire sententiae auderet, in adulationem concesserant. postquam pugnari placitum, interesse pugnae imperatorem an seponi melius foret dubitare. Paulino et Celso iam non adversantibus, ne principem obiectare periculis viderentur, idem illi deterioris consilii auctores perpulere, ut Brixillum concederet ac dubiis proeliorum exemptus summae rerum et imperii se ipsum reservaret. is primus dies Othonianas partes adfixit.

1 uastatam alii 6 capud 6/7 [urbem] Heraeus 7 etiam si det.: etiā (etsi alii) 8 pecuniā 10 sueta 11 censurā defensionē (notam del. 1m) 12/13 magnā ipsū famā 13 cum om. moesaicis (Moesiacis alii) Moesicis cum Ritter 14 plium 15 celsū (notam in s mutavit 1m) 16 labu 20 audiret 24 pliorum summā 25 Imperiis (s del. 1m)

maris subsidio] quia classes cunctae parebant Othoni. — fluxis] per intemperiem caeli, maxime per aestus laxati, facile morbis pestilentibus expositi erant Germani (hinfällig). cf. c. 93: Germanorum Gallorumque obnoxia morbis corpora. — numquam obscura nomina] Hic rhetorice; vere H. 1, 55: senatus populi Romani oblitterata iam nomina. — obiacere — Padum] nimirum regressis cis Padum, quod vult Suetonius: nam nunc ipsum versantur trans Padum (in sinistra eius ripa) Bedriaci. DUEBN. — cum Moesicis copiis] cf. c. 85; tres erant legiones, III. Gallica, VII.

Claudiana, VIII. Aug., Aquileiam iam tunc ingressae c. 46.

33. numen Othonis] cf. Hor. od. 4, 5, 34 de Augusto: Laribus tuum Miscet numen. Ovid. Trist. 5, 10, 52 Caesaris offenso numine. — Brixillum] in dextra Padi ripa, prope Parmam et Regium, hodie Bersello sive Bresello in ducatu Mutinensi. — se ipsum] Othonem ipsum opponunt sibi legati, qui nunc seposito Othone res sunt gesturi. Igitur ipsum non friget, ut videbatur Ernestio; immo efficacissimum est. (Nos dicimus: seine eigene

namque et cum ipso praetoriarum cohortium et speculatorum equitumque valida manus discessit et remanentium fractus animus, quando suspecti duces, et Otho, cui uni apud militem fides, dum et ipse non nisi militibus credit, imperia ducum in incerto reliquerat.

(34) Nihil eorum Vitellianos fallebat, crebris, ut in civili bello, transfugiis: et exploratores cura diversa sciscitandi sua non occultabant. quieti intentique Caecina ac Valens, quando hostis imprudentia rueret, quod loco sapientiae est, alienam stultitiam opperiebantur, inchoato ponte transitum Padi simulantes adversus obpositam gladiatorum manum, ac ne ipsorum miles segne otium tereret. naves pari inter se spatio, validis utrimque trabibus conexae, adversum in flumen dirigebantur, iactis super ancoris, quae firmitatem pontis continerent; sed ancorarum funes non extenti fluitabant, ut augescente flumine inoffensus ordo navium attolleretur. claudebat pontem inposita turris et in extremam navem educta, unde tormentis ac machinis hostes propulsarentur. Othoniani in ripa turrim struxerant saxaque et faces iaculabantur. (35) et erat insula amne medio, in quam gladiatores navibus molientes Germani nando praelabebantur. ac forte plures transgressos completis Liburnicis per promptissimos gladiatorum Macer adgreditur, sed neque

2 suspectu 3 et ut otho 4 in om. 5 Nichil 6 occultabant 7 qui et 8 aliena 12 insuper dett. anchoris firmitate 12/13 ancorarū 13 extensi (corr. 1m) fluitabant 14 turbis (r super b scr. 1m) 18 praelabebantur (perlabebantur Halm)

Person.) WALTH. — in incerto reliquerat] nemo fuit certus, penes quem summum imperium esset, quis superior aut inferior. WALTHER. cf. c. 39.

34. diversa] „Dum quisque, in hostium partibus et castris quid ageretur, explorare tentant.“ ERN. — iactis super ancoris] naves fundantur ancoris, ut Vergilius loquitur Aen. 6, 4. Ergo etiam super iactis ancoris dirigebantur contra impetum fluminis. ERN. Facilior tamen est interpretatio, ut sit adverbium pro insuper, praeterea; „non contenti erant trabibus illis firmando ponti destinatis, sed praeterea ancoras iecerunt.“ Atque hunc sensum esse viderunt Gutmann: und überdiess et. et Louandre: on avait de plus jeté des ancres. — educta] ut hoc v. distinguatur a praeced. inposita, vertes vorgeschoben. cf. 5, 18 e mole, quam eductam in Rhenum retulimus. Tacitum autem supplet Plutarchi Oth. 10 narratio digna sane, quae legatur.

35. erat insula] sub confluentibus Adduae ac Padi, mille passus a ripa distans, e regione vici hodie appellati Spinadesco. — Germani] Batavi, c. 43, quorum de nandi studio et arte cf. c. 17 et 4, 12; Agr. 18, Ann. 2, 8. — praelabebantur] recte iam Micyllus locum intellexisse videtur, qui ita vertit: „Darzu so war mitten im Wasser ein Insel oder Werre, welches als sich die Fechter mit ihren Schiffen unterstanden einzunehmen, sind ihnen die Deutschen knecht mit ihrem schwimmen zuvorkommen.“ Halmii perlabebantur laudem Germanorum tollit, qui nandi peritia celeritatem navium praevenisse dicuntur, et sic demum voc. molientes ut otiosum offendit. — Liburnicis] Dictae sunt a Liburnis, Illyrici populo, quorum auxilio cum usus esset Augustus bello Actiaco et experimento didicisset eorum naves ad celeriter navigandum ceteris aptiores esse, tales etiam in classibus Romanis faciendas curavit. cf. Ve-

ea constantia gladiatoribus ad proelia, quae militibus, nec proinde nuntantes e navibus quam stabili gradu e ripa volnera derigebant. et cum variis trepidantium inclinationibus mixti remiges propugnatoresque turbarentur, desilire in vada ultro Germani, retentare puppes, scandere
5 foros aut comminus mergere. quae cuncta in oculis utriusque exercitus quanto laetiora Vitellianis, tanto acrius Othoniani causam auctoremque cladis detestabantur. (36) et proelium quidem abruptis quae supererant navibus fuga diremptum: Macer ad exitum posebatur, iamque volneratum eminus lancea strictis gladiis invaserant, cum intercurso tribuno-
10 rum centurionumque protegatur. nec multo post Vestricius Spurinna iussu Othonis relicto Placentiae modico praesidio cum cohortibus subvenit. dein Flavium Sabinum consulem designatum Otho rectorem copiis misit, quibus Macer praefuerat, laeto milite ad mutationem ducum et ducibus ob crebras seditiones tam infestam militiam aspernantibus.

(37) Invenio apud quosdam auctores pavore belli seu fastidio utriusque principis, quorum flagitia ac dedecus apertiore in dies fama noscebantur, dubitasse exercitus, num posito certamine vel ipsi in medium consultarent vel senatui permetterent legere imperatorem, atque eo duces Othonianos spatium ac moras suasisse, praecipua spe Paulini, quod

1 perinde dett. 2 stabiles Nipperdey, stabili illi Io. Müller tum 7 praelium
arruptis (abreptis Io. Fr. Gronovius) 8 ad om. (in fine versus) 10 purinna (s super
p add. 1m) 12 sabinū (b ea u corr. 1m) 13 praefuerit (a superscr. 1m) milite.
et ad (et milite ad Döderlein; et prono Ritter, et mitigato Sirker) 14 infesta 19 praecipua spe Bipontini: praecipuas

get. 4, 33. — ea constantia gladiatoribus] utpote qui antea soliti essent singuli dumtaxat cum singulis depugnare. — stabili gradu] Liv. 6, 12, 8: obnixos vos stabili gradu impetum hostium excipere. Boet. consol. 1, 1, 22: Qui cecidit, stabili non erat ille gradu. — volnera derigebant] „Nove hoc dictum: proprie ictus et tela deriguntur.“ RITTER. Modus est Vergilianus Aen. 10, 139: Te quoque magnanimae viderunt, Ismare, gentes Volnera derigere. — foros] forus, der Gang auf dem Schiffe; sic stiegen über Bord. Gutmann. — comminus] i. e. manibus cf. Gerber et Greef Lex. Tac. — in oculis utriusque exercitus] „Par ces mots il faut entendre seulement, d'un côté le corps de gladiateurs campé sur la rive droite du Pô, et de l'autre les troupes employées par Octave sur la rive gauche à la construction et à la garde du pont. Car les armées elles-mêmes étaient l'une

à Bédriac, l'autre (de Vitellius) à Crémone. Le savant Tillemont I. p. 430 (p. 377. Ed. Par. 1720) paraît n'avoir pas fait cette distinction, ce qui rend son récit tout-à-fait intelligible. FERLET et BURNOUF.

36. abruptis] scilicet e manibus retentantium; aliter dictum est 4, 27 navem abripunt et 5, 22 praetoriam navem — abripunt. — cohortibus] praetoriis. — Sabinum consulem designatum] diversum a Vespasiani fratre, praefecto urbis, qui tunc Romae erat. cf. 1, 77.

37. dubitasse exercitus, num] cf. 4, 19 consultavit, num obsequium alnuentes vi coereret; Dräger Synt. § 153, 2. — in medium] communiter de legendo novo imperatore. c. 5 in medium consulere. — praecipua spe Paulini] Auctores illos tradidisse a Paulino praesertim speratum esse imperium, nequam vero praecipuam spem ceteris a ducibus in eo esse collocatam, ut alii voluere,

vetustissimum consularium et militia clarus gloriam nomenque Britannicis expeditionibus meruisset. ego ut concesserim apud paucos tacito voto quietem pro discordia, bonum et innocentem principem pro pessimis ac flagitiosissimis expetitur, ita neque Paulinum, qua prudentia fuit, sperasse corruptissimo saeculo tantam volgi moderationem reor, ut qui 5 pacem belli amore turbaverant bellum pacis caritate deponerent, neque aut exercitus linguis moribusque dissonos in hunc consensum potuisse coalescere aut legatos ac duces, magna ex parte luxus egestatis scelearum sibi conscios, nisi pollutum obstrictumque meritis suis principem passuros. (38) vetus ac iam pridem insita mortalibus potentiae cupido 10 cum imperii magnitudine adolevit erupitque. nam rebus modicis aequalitas facile habebatur: sed ubi subacto orbe et aemulis urbibus regibusve excisis securas opes concupiscere vacuum fuit, prima inter patres ple-

1 consularium Ithenamus: consiliariū clarus (l ex r corr. 1m) gloriam bis (in fine et in initio columnae) britannicis 2 concesserit (t del. et notam litterae m superscr. 1m) 5 corruptissimos (s del. 1m) 10 insita (notam del. 1m) 12 emulis 13 partes (r post t superscr. 1m)

sane elucet ex confutatione mox allata neque Paulinum sperasse cet. — vetustissimum consularium] „Quadiennio ante consul fuerat a. 819 (Ann. 16, 14) et omnium, qui circa Othonem, praeter imperatoris fratrem, consularium primus.“ RYCK. Nam hic iam a. u. c. 795 (p. Ch. 42) cos. I fuisse videtur, cf. Ios. Klein: Fasti consulares p. 32 et 40. — Britannicis expeditionibus] de quibus narrat Ann. 14, 29—39, Agr. 14—16. — pacem belli amore — bellum pacis caritate] Haase in commentatione de Taciti vita ingenio scriptis p. LII, ubi Tacitum abhorre dicit ab eiusmodi verborum lusibus, quibus creber est L. Seneca, in adnotatione 329 addit hoc unum apud Tacitum inveniri figurae, quae dicitur ἀντιμεταβολή, exemplum. — obstrictumque meritis suis] i. e. quem ipsi vi et armis principem fecissent. Kiessling. falso in deterioribus codicibus pro meritis scriptum est moribus. — passuros] scilicet fuisse, cf. Nipperdey ad Ann. 2, 31 petiturum, Dräger Synt. § 36 c.

38. urbibus regibusve] significat Romanis partim liberis cum civitatibus, partim cum regibus depugnandum fuisse. cf. Ann. 4, 32 expugnationes urbium, fusos captosque reges. —

excisis] Heraeus hic et aliis locis excisis scribendum esse censet, at cf. Sirker Tac. Formenlehre p. 56 sq. — securas opes] potentiam ceterasque prosperitates ab exteris hostibus iam non impugnatas neque impeditas. — vacuum fuit] „Id est satis otii fuit ab externa vi, ut possent cogitare de propria potentia augenda. Imitatus est Sallustium in Fragm. Hist. 1, 12 Kr.: Postquam remoto metu Punico similitates exercere vacuum fuit, plurimae turbae, seditiones et ad postremum bella civilia orta sunt cet. Vett. Glossae: Vacuum, εὐσυχλον, εὐκαιρον.“ ERN. Sic Ann. 13, 3: quibus otiosum est. — prima inter patres plebemque certamina] certamina dicit inter nobilitatem et factionem popularem: quae prius agitata sunt ab ordinibus patriciorum plebisque, in iis ad seditiones et pugnas non fere res progressa est. Ritter. Ne igitur conicias ex Sallustii loco pro prima scribendum esse plurima, cf. Flor. 2, 2: Primam certaminum facem Ti. Gracchus accendit, Vell. 2, 3, 3: hoc initium in urbe Roma civilis sanguinis gladiatorumque impunitatis fuit. Plut. Ti. Gracchus 20: ταύτην πρώτην ἱστοροῦσιν ἐν Ῥώμῃ στάσιν, ἀφ' οὗ τὸ βασιλευέσθαι κατέλυσαν, αἵματι καὶ φόνῳ πολιτῶν

bemque certamina exarsere. modo turbulenti tribuni, modo consules praevalidi, et in urbe ac foro temptamenta civilium bellorum, mox e plebe infima C. Marius et nobilium saevissimus Lucius Sulla victam armis libertatem in dominationem verterunt. post quos Cn. Pompeius occultior, non melior, et numquam postea nisi de principatu quaesitum. non discessere ab armis in Pharsalia ac Philippis civium legiones, nedum Othonis ac Vitellii exercitus sponte posituri bellum fuerint. eadem illos deum ira, eadem hominum rabies, eadem scelerum causae in discordiam egere. quod singulis velut ictibus transacta sunt bella, ignavia principum factum est. sed me veterum novorumque morum reputatio longius tulit: nunc ad rerum ordinem venio.

(39) Profecto Brixillum Othone honor imperii penes Titianum fratrem, vis ac potestas penes Proculum praefectum; Celsus et Paulinus, cum prudentia eorum nemo uteretur, inani nomine ducum alienae culpa praetendebantur; tribuni centurionesque ambigui, quod spretis melioribus deterrimi valebant; miles alacer, qui tamen iussa ducum interpretari quam exequi mallet. promoveri ad quartum a Bedriaco castra placuit, adeo imperite, ut quanquam verno tempore anni et tot

3 G. seivissimus ulla (s. *superscr.* 1m) 4 p'quo. gn. 5 principatū (*notam del. 1m*) 7 eodē 8 rabies eodē 9 uelud 11 uenit; (*iuncta u. scr. o 2m*), ueniam a b, redeo *Heraeus* 17 Intptari exequi cum *lin. transversa in litt.* q (= exequi uim) sed *notas del. 1m*, ut exequi restet 18 Imperite

διακριτήνα. — turbulenti tribuni] Ann. 3, 27: Hinc Gracchi et Saturnini, turbatores plebis. — consules praevalidi] de L. Opimio Plut. C. Gracchus 18: οὗτος μέντος πρώτος έξουσία δικτάτορος ἐν ὑπατείᾳ χρησάμενος καὶ κατακτείνας ἀκρίτους ἐπὶ τρισχιλίοις πολιταῖς Γάϊον Γράκχον καὶ Φούλβιον Φλάκκον etc. — et numquam] pro nec umquam cf. *Nipperdey* ad Ann. 1, 38 et nihil, *Dräger* Synt. § 111. — quaesitum] i. e. certatum, ut Ann. 2, 74: inter Vibium Marsum et Cn. Sentium diu quaesitum. — in Pharsalia] cf. 1, 50; item Flor. 2, 13, 64. — rerum ordinem] Curtius 8, 9, 37 morari ordinem rerum. — venio] nimis audacter critici pro venio scripserunt redeo vel revertar; nam qui fieri potuit, ut hoc in illud mutaretur? ipsa difficilior lectio retinenda videtur, quae tantundem valet ac „nunc rerum ordinem sequor“: *ietzt komme ich (von meinen Betrachtungen) auf den Gang der Ereignisse, auf die Entwicklung der Dinge.*

39. Brixillum] cf. c. 33. — vis ac potestas] eadem voce iunxit 3, 11, dial. 19. *Dräger* Synt. § 242. — alienae culpa] Titiani et Proculi, qui culpam malorum in hos duces conferebant. *RUPERTI*. Ad rem ita Plutarchus Oth. 7: „Ἐπεμψεν οὖν Τίτιανὸν ἐπὶ τὰ στρατεύματα τὸν ἀδελφὸν καὶ Πρόκλον τὸν ἔπαρχον, ὃς εἶχεν ἐργῶ τὴν πᾶσαν ἀρχήν, πρόσχημα δὲ ἦν ὁ Τίτιανός· οἱ δὲ περὶ τὸν Κέλσον καὶ Παυλῖον ἄλλως ἐφέλικοντο συμβούλων ὄνομα καὶ φίλων, έξουσίαν καὶ δύναμιν ἐν τοῖς πράγμασι μηδεμίαν έχοντες. — iussa ducum interpretari] inquirere in causas iussionis et explorare ac ponderare, quam simplici obedientia patrare. *LIPS.* — ad quartum] lapidem, Cremonam versus. cf. c. 24. „E Plutarcho Oth. 11 scriberes ad sextum. Nam ille quinquaginta stadia numerat. Sed et paullo post, ubi Tacitus XVI. M. P. numerat, Graeci eiusdem computatione XII. tantum efficiuntur. Nihil tamen ego mutem. *LIPS.* — adeo imperite] Totum h. l. ad ver-

circum annibus penuria aquae fatigaretur. ibi de proelio dubitatum, Othone per litteras flagitante ut maturarent, militibus ut imperator pugnae adesset poscentibus; plerique copias trans Padum agentes acciri postulabant. nec proinde diiudicari potest quid optimum factu fuerit, quam pessimum fuisse quod factum est. (40) non ut ad pugnam sed ad bellandum profecti confluentes Padi et Aduae fluminum sedecim inde milium spatio distantes petebant. Celso et Paulino abnuentibus militem

1 manib; paenuria praelio 3/4 plerisque — postulantibus *L. Spengel* 4 perinde dett. quid *Rhenanus*: quod factum 6 uellandū (*corr. 2m*) Addnae *Putolanus*

bum Plutarchus expressit, ut pleraque alia: etsi haud multum aetate Tacito inferior. *LIPS.* Velut hic: προήγαγεν αὐτοὺς ὁ Πρόκλος ἐκ τοῦ Βητριακοῦ καὶ κατεστρατοπέδευσεν ἀπὸ πεντήκοντα σταδίων οὕτως ἀπειρώς καὶ καταγελάστως, ὥστε τῆς μὲν ὄρας ἐαρρινῆς οὔσης, τῶν δὲ κύκλω πεδίων πολλὰ νάματα καὶ ποταμοὺς ἀενάους έχόντων, ὕδατος σπάνει πείξεσθαι. Heeren quidem de fontibus vitarum Plutarchi, Gottingae 1820 p. 188 Tacito et Suetonio eum non usum arbitratur. Quod si est, certe omnes tres iisdem ex fontibus hauserunt. Plutarchus ipse in Galba c. 27 et in Othone c. 9 multos et varios sese consultasse monet. In Oth. 3 Clavium Rufum appellat. c. 9 commemoratis causis, cur sapientibus Paulini, Celsi, Galli consiliis non obtemperarit Otho, addit: Καὶ τοῦτο μὲν δηγεῖτο Σεκουῦδος ὁ ῥήτωρ ἐπὶ τῶν ἐπιστολῶν γενόμενος τοῦ Ὀθωνος, cuius commentarii de eius rebus exstitisse videntur. Denique c. 14 testem oculatum proelii Bedriacensis, Mestrium Florum consularem adducit. Et hos quidem nominat Heeren; non norat Pompeium Plantam, de quo vide ad c. 23 quemque inter multos illos a Plutarcho inspectum esse probabile est. cf. *Ios. Lezius*: de Plutarcho in Galba et Othone fontibus. *Dorpati Livonorum* 1884. — de proelio] de loco pugnae potissimum. *DUEBN.*

40. ad bellandum] *Ad debellandum* corrigi Grotius. „Ibant non quasi ad incertum certamen, sed ut finem imposituri bello una victoria.“ At rectius *Duebner*: „Ac si ex urbe ad bellandum proficiscerentur longinquo hoste, nullo erant ad pugnam idoneo apparatu nec expediti (sine sarcinis), ut Vitelliani, de quibus c. 45 legimus: expediti et tantum Tacitus. II.

ad proelium egressis.“ Praeiverat Heinsius haec adscribens: „Qui ad bella proficiscuntur, sarcinas secum ferunt: qui ad pugnam, eas in loco proximo relinquunt. Quod non factum, etsi hostis in vicinia.“ cf. *Germ.* 30: *Alios ad proelium ire videas, Chattos ad bellum.* — *Aduae*] cf. *Strabo* 3 p. 192. 209. *Plinius* 2, 224 itemque *Sidonius* 1, 5: *Vidimus ubrosom Lambrum, caeruleum Adduam, velocem Athesin, pigrum Mincium.* *LIPS.* Graece Ἄδουας, ut *Med. Aduae*, hodie *Adda*. Ceterum confluentes illi (*Bocca d'Adda presso Castel nuovo*) quinque milia passuum distant a Cremona, Caecinae autem pons mille passibus propior erat Cremonae, quocirca mox est *vix quattuor M. P.* De difficultatibus narrationis Taciteae, si nomen *Aduae* recte se habet, quod iure dubitari potest, post *Savium* eum alii viri docti dissenserunt, tum *Th. Mommsen* in commentatione illa: *Die zwei Schlachten von Bedriacum im J. 69.* *Hermes* V. 1871 p. 161—173. nuper omnes de his rebus dubitationes summa diligentia expedire conatus est *Ioannes Gerstenecker* in programme Monacensi: *Der Krieg des Otho u. Vitellius in Italien im J. 69. 1882*, sed nimis argute et parum probabiliter, ut mihi quidem videtur. *Nipperdey* in editione sua nomina fluminum *Padi et Aduae* uncis inclusit et haec adnotavit: „flumina praeter Padum sunt annis Caneta et rivi complures prope Cremonam Orientem versus in Padum influentes.“ At quis hoc sibi persuadeat Tacitum confluentes fluminum scripsisse neque nominasse flumina? — *sedecim inde milium spatio distantes*] inde h. e. a quarto a Bedriaco, quem locum paulo ante (c. 39) memoraverat, ut recte interpretatur *Ryckius.*

itinere fessum, sarcinis gravem obicere hosti non omissuro, quo minus expeditus et vix quattuor milia passuum progressus aut incompositos in agmine aut dispersos et vallum molientes adgrederetur, Titianus et Proculus, ubi consiliis vincerentur, ad ius imperii transibant. aderat sane citus equo Numida cum atrocibus mandatis, quibus Otho increpita ducum segnitia rem in discrimen mitti iubebat, aeger mora et spei in-patiens.

(41) Eodem die ad Caecinam operi pontis intentum duo praetoriarum cohortium tribuni colloquium eius postulantes venerunt. audire con-diciones ac reddere parabat, cum praecipites exploratores adesse hostem nuntiavere. interruptus tribunorum sermo, eoque incertum fuit, insidias an proditorem vel aliquod honestum consilium coeptaverint. Caecina dimissis tribunis revector in castra datum iussu Fabii Valentis pugnae signum et militem in armis invenit. dum legiones de ordine agminis 15 sortiuntur, equites prorupere; et mirum dictu, a paucioribus Othonianis quo minus in vallum impingerentur, Italicae legionis virtute deterriti

1 omissuro *b* corr.: amissuro 2 expeditus (notam del. 1m) 8 Intentus sed s in m mut. 1m 10 explora | adesse 12 vel proditorem an Herm. Schütz ceptauerint 15 dictū (notam del. 1m)

sed numerus milium minor indicatur, quam revera est, si quidem Bedriacum a Cremona viginti milium spatio distat, cf. supra ad c. 23. Contra Gerstenecker inde ad confluentes refert et distantes pro nominativo accipit. sic enim (l. l. p. 31 sq.) rem exponit: ad pugnam profecti, cum confluentes Padi et Aduae fluminum peterent, ad locum quandam pervererunt, ubi sedecim milium spatio ab illis confluentibus distabant. Quae si Tacitus dicere voluisset, mea quidem sententia aliter scripsisset. — Numida] ex servis Othonis. Viris enim lautioribus ditioribusque Afri aut Numidae equites erant ad iter. Praecurrerant illi et agmen ducebant heri sequentis. Seneca Ep. 87, 9: O quam cuperem illi (Catonii Censorio) nunc occurere aliquem ex his trossulis in via [divitibus] cursores et Numidas et multum ante se pulveris agentem! Idem expressius Ep. 123, 7: Omnes iam sic peregrinantur, ut illos Numidarum praecurrat equitatus, ut agmen cursorem antecedit. Martialis 10, 13, 1: Cum cathedralicis portet tibi reda ministros, Et Libys in longo pulvere sudet

eques cet. De tali igitur hic capies, quando et principibus illi in usu, ex Martiale, in adventum Domitiani 10, 6, 7: Quando eques et picti tunica Nilotide Mauri Ibitis, et populi vox erit una „Venit“? Nec Suetonium aliter interpretemur (viderat sagacissimus Turnebus Advv. 24, 6. 30, 3) in Nerone 30: Iter fecisse traditur phalerata cum Mazacum turba atque cursorum. Nam Mazaces Afri. LIPS.

41. pontis cf. c. 34 et 35. — insidias an proditorem vel aliquod honestum cons.] an — vel defenditur loco Ann. 14, 3 veneno an ferro vel qua alia vi. Dräger Synt. § 129. — in castra] circa Cremonam cf. 3, 26 Othoniano bello Germanicus miles moenibus Cremonensium castra sua, castris vallum circumiecerat. — a paucioribus] cf. 3, 2, ubi Antonius Primus contionabundus: duae tunc Pannonicae ac Moesicae alae perripere hostem. — impingerentur] Memor fortasse fuit Vergiliani illius Aen. 5, 804: cum Troia Achilles Exanimata sequens impingeret agmina muris, ubi v. ἐμπλήσσειν collatum ab Heynio. „A fama autem huius victoriae deceptus videtur

sunt: ea strictis mucronibus redire pulsos et pugnam resumere coegit. disposita Vitellianarum legionum acies sine trepidatione: etenim, quanquam vicino hoste, aspectus armorum densis arbustis prohibebatur. apud Othonianos pavidi duces, miles ducibus infensus, mixta vehicula et lixae, et praeruptis utrimque fossis via quieto quoque agmini angusta. 5 circumsistere alii signa sua, quaerere alii; incertus undique clamor adcurrentium, vocantium: ut cuique audacia vel formido, in primam postremamve aciem prorumpabant aut relabebantur. (42) attonitas subito terrore mentes falsum gaudium in languorem vertit repertis, qui descivisse a Vitellio exercitum ementirentur. is rumor ab exploratoribus 10 Vitellii dispersus, an in ipsa Othonis parte seu dolo seu forte surrexerit, parum compertum. omisso pugnae ardore Othoniani ultro salutavere; et hostili murmure excepti, plerisque suorum ignaris, quae causa salutandi, metum proditorem fecere. tum incubuit hostium acies, integris ordinibus, robore et numero praestantior: Othoniani quanquam dispersi 15 pauciores fessi, proelium tamen acriter sumpsere. et per locos arboribus ac vineis impeditos non una pugnae facies: comminus eminus, catervis et cuneis concurrebant. in aggere viae conlato gradu corporibus et umbonibus niti, omisso pilorum iactu gladiis et securibus galeas loricisque percurrere: noscentes inter se, ceteris conspicui, in eventum totius 20

1 ea strictis Ithenanus: et astrictis (Hęc astrictis δ²) 2 acies Lipsius: arte (acie in marg. δ²) 4 vehicula (corr. 1m) 5 agminangusta (i post in superscr. 1m) 6 quaerere 7 vocantium Io. Fr. Gronovius: clamantium in initio versus; ab alia, sed vetere manu in marg. vo praescriptum et la leviter inductum est: correctorem nihil aliud voluisse nisi uocantium docui in Fleckeiseni annal. a. 1882 p. 138 (uolantium ab, uocantium Pini chena) 8 relabebantur Victorius: relebebantur 9/10 quidē cuius se (corr. 1m addita litt. s post ē) 12 omisse 13 set Ritter 14 Incubuit (t super lin. add. 2m) 15 praestantior 16 praelium 19 cladib; (c in g mut. 1m)

Iosephus, qui B. I. 4, 9, 9: Καὶ γενομένης συμβολῆς κατὰ Βηθριακὸν τῆς Γαλιλαίας πρὸς τὸ Οὐάλεντα καὶ Κακινίαν τοὺς Οὐιτελλίου στρατηγούς τῆ πρώτῃ μὲν ἡμέρᾳ περὶ τὴν Ὀθῶν, τῆ δευτέρᾳ δὲ τὸ Οὐιτελλίου στρατιωτικόν.“ Рыск. — arbustis] Arbusta hic quoque, ut saepe, sunt arbores vitibus vestitae, quarum traduces conexi prospectum prohibent. cf. c. 25. 3, 21. — clamor — vocantium] cf. 3, 68 clamor obsistentium — in Palatium vocantium. Curtius 3, 8, 26 festinatio discurrantium suosque ad arma vocantium. Liv. 41, 2, 7 una vox audiebatur ad mare vocantium. — relabebantur] metaphora ducta ab undis. Verg. Aen. 10, 307: Retrahitque

pedem simul unda relabens. Ann. 2, 24: relabente aestu.

42. seu dolo] Ita Suet. Oth. 9. — arboribus ac vineis] cf. c. 25. — viae] Postumiae, ut c. 24. Compara Plutarchi narrationem huius pugnae c. 11 seqq. — noscentes inter se] Dio 65, 12: γνωρίζοντες ἀλλήλους. Sic Cic. ad Att. 6, 1: Cicerones pueri amant inter se. — conspicui] utpote in aggere viae. Describitur hic ratio in aggere pugnantium diversa ab eorum, qui per locos arboribus ac vineis impeditos. WALTH. — in eventum totius belli certabant] fortissime, quasi ex ipsorum virtute totius belli eventus penderet. RUPERTI.

belli certabant. (43) forte inter Padum viamque patenti campo duae legiones congressae sunt, pro Vitellio unaetvicensima, cui cognomen Rapaci, vetere gloria insignis, e parte Othonis prima Adiutrix, non ante in aciem deducta, sed ferox et novi decoris avida. primani stratis una-
 5 etvicesimanorum principiis aquilam abstulere; quo dolore accensa legio et inpulit rursus primanos, interfecto Orfidio Benigno legato, et plurima signa vexillaque ex hostibus rapuit. a parte alia propulsa quintanorum impetu tertia decima legio; circumventi plurium adcursum quartadecimani.
 et ducibus Othonis iam pridem profugis Caecina ac Valens subsidiis
 10 suos firmabant. accessit recens auxilium, Varus Alfenus cum Batavis, fusa gladiatorum manu, quam navibus transvectam obpositae cohortes in ipso flumine trucidaverant: ita victores latus hostium invecti. (44) et media acie perrupta fugere passim Othoniani Bedriacum petentes. in-
 mensum id spatium; obstructae strage corporum viae; quo plus caedis
 15 fuit: neque enim civilibus bellis capti in praedam vertuntur. Suetonius Paulinus et Licinius Proculus diversis itineribus castra vitavere. Vedidum Aquilam tertiae decimae legionis legatum irae militum inconsultus pavor obtulit. multo adhuc die vallum ingressus clamore seditiosorum et fugacium circumstrepitur; non probris, non manibus abstinent; de-

2 una et vicensima (unetvicesima *Nipperdey*, *Sirker Tac. Formenlehre* p. 41) 4 ñ uī
 4/5 unq̄ et vicesimanorum (unetvicesimanorum *Nipperdey*) 10 Varus *Rhenanus*: ualren;
 11 obp̄sitae 13 b̄driacū 14 cedis 15 belli (s. *add.* 2m) 16 diūs (poster. s
 in *rasura* 1m) 17 legionis 19 cir|circumstrepitur

43. *Rapaci*] "Αραξ̄ Plut. Oth. 12. Ita cognominata videtur, quod eius legionis virtus velut torrens omnia secum raperet. cf. c. 100. 3, 22. BACH. (Sane est *die Reissende*, non *die Räuberische*. at cf. *Pfitzner Geschichte der röm. Kaiserlegionen* p. 8 sq.) — non ante in aciem deducta] Legio prima classica Adiutrix memoratur quidem c. 24 in leviori proelio ad locum Castorum vocatum commisso, verum ad decertandum pervenisse non videtur. — *principiis*] primis ordinibus, ut Sall. Iug. 50, 2: *Marium post principia habere*. Liv. 2, 65, 2. 3, 22, 6. Plut. Oth. 12: πάντας ὁμοῦ τι τοὺς προμάχους ἀποκτείναντες. Praetoriani quomodo pugnarint, non narrat Tacitus; verum Plut. l. 1: Ἀλχιιστα δὲ ἠγωνίασαντο πάντων οἱ στρατηγικοί, μηδὲ ὅσον ἐν χερσὶ γενέσθαι τοὺς ἐναντίους ὑπομείναντες, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀπτητήτους ἔτι φόβου καὶ παραγῆς ἀνεπίμπλασαν φεύγοντες δὲ αὐτῶν. — a parte alia] in dextro cornu Othonianorum. — *quintanorum*] pro Vitellio,

cf. 1, 55 et 61. — *tertia decima legio*] e parte Othonis; ex Illyrico advenerat c. 11 et 24. — *quartadecimani*] dumtaxat vexillarii eius. cf. c. 66: *Bedriacensi acie vexillariis tantum pulsus vires legionis non adfuisse*. — *Varus Alfenus*] cf. c. 29. — *fusa gladiatorum manu*] haec gladiatorum clades diversa est ab illa, quam supra c. 35 legimus. cf. *L. Krauss*: de vitarum imperatoris Othonis fide quaestiones p. 49 sq.

44. *immensum id spatium*] cf. c. 23 et 40 et Excursum I. „*Immensum* autem vocat respectu fugientium, qui vehementer defatigati omnes, pars vulnerati erant.“ RYCK. — *strage corporum*] cf. Plut. O. 14: ὀνήσκειν μὲν γὰρ παρὰ τοὺς ἐμφυλίους πολέμους, ὅταν τροπή γένηται, πλείονας εἰκός ἐστι τῷ μηδένα ζωγρεῖν χρῆσθαι γὰρ οὐκ ἔστι τοῖς ἀλλοκομένοις. Dio 64, 10: "Ἐπεσον δὲ τέσσαρες μυριάδες ἀνδρῶν ἑκατέρωθεν ἐν ταῖς μάχαις ταῖς πρὸς τῇ Κρεμῶνῃ γενομέναις. — *castra vitavere*] Plut. O. 13: Τῶν δὲ

sertorem proditoremque increpant, nullo proprio crimine eius, sed more volgi suum quisque flagitium aliis obiectantes. Titianum et Celsum nox iuivit, dispositis iam excubiis compressisque militibus, quos Annus Gallus consilio precibus auctoritate flexerat, ne super cladem adversae pugnae suismet ipsi caedibus saevirent: sive finis bello venisset seu resumere arma mallent, unicum victis in consensu levamentum. ceteris fractus animus: praetorianus miles non virtute se sed prodicione victum fremebat. ne Vitellianis quidem incruentam fuisse victoriam, pulso equite, rapta legionis aquila; superesse cum ipso Othone militum quod trans Padum fuerit; venire Moesicas legiones; magnam exercitus partem Bedriaci remansisse: hos certe nondum victos, et si ita ferret, honestius in acie perituros. his cogitationibus truces aut pavidi extrema desperatione ad iram saepius quam in formidinem stimulabantur.

(45) At Vitellianus exercitus ad quintum a Bedriaco lapidem consedit, non ausis ducibus eadem die obpugnationem castrorum; simul 15 voluntaria deditio sperabatur. sed expeditis et tantum ad proelium egressis munimentum fuere arma et victoria. postera die haud ambigua Othoniani exercitus voluntate et, qui ferociores fuerant, ad paenitentiam inclinantibus missa legatio; nec apud duces Vitellianos dubitatum, quo

5 ipsis edib; (*poster. s in e mut. 1m*) seuirent 6 ceteris 6—8 ceteris — fremebat post perituros (*v. 12*) collocat *W. Dieckmann* 8 Incruenta 14 b̄driaco 16 praelium 18 exercitu penitentiam 19 legatio nec apud *Pichena*: legatione. capud

στρατηγῶν οὔτε Πρόκλος οὔτε Παυλῖνος συνεσελθεῖν ἐτόλμησαν, ἀλλ' ἐξέκλυαν, φοβούμενοι τοὺς στρατιώτας. — si ita ferret] ut Ann. 3, 15. — *truces*] praetoriani (quamquam, si Plutarcho fides, male pugnarant), *pavidi* ceteri, quis fractus animus. Ed. Spir. *haud pavidi*, uti vult Dureau de Lamalle. Perperam: ablativus *his cogitationibus* pertinet ad *truces* tantum, non ad *pavidi*. WALTER. Nihil in hoc capite mutavi, quamquam mihi quoque persuasum est verba *ne Vitellianis quidem — perituros* Anni Galli, non praetorianorum esse. sunt enim manifeste ducis mitigantis, non militum seditiosorum proditos se esse frementium. iratos milites alia oratione usuros fuisse certum est, cf. 4, 24 et 27. et verba *honestius in acie perituros* nonne aperte respiciunt ad illa *ne super cladem adversae pugnae suismet ipsi caedibus saevirent?* Idem docet Plutarchus, qui Oth. 13 haec de Anno Gallo refert: "Ἄνιος δὲ Γάλλος ἀνελάμβανεν ἐν τῇ πόλει

καὶ παρεμυθεῖτο τοὺς ἐκ τῆς μάχης συλλεγμένους, ὡς ἀγγωμάλου γεγεννημένης καὶ πολλοῖς κεκρατηχότας μέρεσι τῶν πολεμίων. Galli igitur orationem vv. *ceteris* — *fremebat* prave interpretum pro certo habeo, qua ratione turbatus locus sanari possit, nescio; neque enim transpositionem certam medelam iudico.

45. *obpugnationem castrorum*] prope Bedriacum; neququam vero eorum, quae Othoniani promoverant ad quartum a Bedriaco quaeque tunc deserta esse videntur, c. 39. cf. Plutarchus O. 13: "Ἄνιος Γάλλος ἀνελάμβανεν ἐν τῇ πόλει (Bedriaci, ubi post illum lapsum equi (c. 33) debebat). — *munimentum*] pro munimento, quo instrumentis tunc destituti saepire se nequibant, ea nocte sub armis manserunt, atque per se satis securitatis eis praebebat victoria. — *nec apud duces Vitellianos dubitatum*] Plut. O. 13: τοῦ δὲ Κελίνα προσελάσαντος τῷ ἔπιφω καὶ τῷ

minus pacem concederent. legati paulisper retenti. ea res haesitationem attulit ignaris adhuc, an impetrassent. mox remissa legatione patuit vallum. tum victi victoresque in lacrimas effusi, sortem civilium armorum misera laetitia detestantes. isdem tentoriis alii fratrum, alii propinquorum volnera fovebant. spes et praemia in ambiguo, certa funera et luctus, nec quisquam adeo mali expers, ut non aliquam mortem maueret. requisitum Orfidii legati corpus honore solito crematur; paucos necessarii ipsorum sepelivere; ceterum vulgus super humum relictum.

(46) Opperiebatur Otho nuntium pugnae nequaquam trepidus et 10 consilii certus. maesta primum fama, dein profugi e proelio perditas res patefaciunt. non expectavit militum ardor vocem imperatoris. bonum haberet animum iubebant: superesse adhuc novas vires et ipsos extrema passuros ausurosque. neque erat adulatio: ire in aciem, excitare partium fortunam furore quodam et instinctu flagrabant. qui procul astiterant,

4 misera] mixta Schöntag 10 mesta praelio 14 fraglabant

δεξιῶν ὀρέγοντος οὐδεὶς ἀντέσχευ. de constructione verbi *dubitare* cf. Dräger Synt. § 187. — *misera laetitia*] *laetitia* ob reconciliationem et finem totius belli, sed *misera*, miserabili mixtaque cum tristitia propter caedem tot civium et quod pro Othone et Vitellio, omnium mortalium impudicitia, ignavia, luxuria deterrimis pugnassent. RUP. Dräger Synt. § 244 confert aliud oxymoron: Ann. 1, 8 adrogantem moderationem.

46. nequaquam trepidus] Antea, teste Dione Sturzii IX p. 110: καὶ ἐν τοῖς ὑπνοῖς ἐταράττετο, ἀλλ' οὐκ ἦν ἀποφυγὴ τοῦ λοιποῦ. — *furore quodam et instinctu*] „Accipe dictum per ἐν διὰ δυοῖν: *instinctu furoris*, furore quodam instincti. Cic. Verr. 5, 72: *quodam furore instinctus*. Adde pro Domo 55.“ ERN. Verum dicam potius: horum alterum alterius vim vicissim auget: tolle alterum utrum, et alterum in Tacito misere languebit. Ceterum operae pretium est videre, quantopere in his vv. sese defatigarint interpretes. „Substantivo quam adiectivo uti maluit Tacitus, quod *instinctus furibundus* notionem quandam irarum et rabiei habuisset, quae ab substantivo *furore* abest.“ ROTH de Synon. apud Tac. p. 27. „*Furore* est ira et ultionis cupido, *instinctus* incredibilis exercitus amor in Othone.“ BIPONTINI. „Sunt hic potius synony-

ma: nam in utroque vocabulo est notio necessitatis, cui abest consilium: etenim necessitate et sine consilio agunt et qui furore agunt et qui instinctu.“ WALTHER. „*Furore* est *μανία*, quae ex animo proficiscitur, *instinctus* est impulsus, qui fit extrinsecus, ut 1, 70: *instinctu decurionum*.“ PABST Ecl. Tac. p. 297 et BAÖH. „Synonyma *furore* et *instinctus* ita diversa sunt, ut prius effectum, causam alterum significet.“ RITTER. „*Avec enthousiasme et une sorte de fureur*.“ LOUANDRE. Ceterum conferre iuvat Plutarch. Oth. 15: Τὸ δὲ τῶν στρατιωτῶν πάθος ἄπασαν ὑπερέβαλε πίστιν, ὡς οὐκ ἀπῆλθεν οὐδεὶς οὐδὲ μετέστη πρὸς τοὺς κρατοῦντας οὐδ' ὄφρη τὸ κατ' αὐτὸν ζητῶν ἀπεγνωσμένου τοῦ ἡγεμόνος, πάντες δ' ὁμαλῶς ἐπὶ δύρας ἤλθον, ἐκάλουν αὐτοκράτορα, προελθόντος ἐγένοντο προστρόπαιοι, μετὰ βοῆς καὶ ἰκεσίας χειρῶν ἤπτοντο, προσέπιπτον, ἐδάκρυον, ἐδέοντο μὴ σφᾶς ἐγκαταλιπεῖν, μὴ προδοῦναι τοῖς πολεμίοις, ἀλλὰ χρῆσθαι, μέχρι ἂν ἐμπνέωσι, καὶ ψυχαῖς καὶ σώμασιν ὑπὲρ αὐτοῦ. Ταῦτα ὁμοῦ πάντες ἰκέτευον. Εἰς δὲ τῶν ἀφανέστερων ἀνατείνας τὸ ξίφος καὶ εἶπεν, „Ἰσθι, Καῖσαρ, οὕτως ὑπὲρ σοῦ παρατεταγμένους ἄπαντας“ ἀπέσφαξεν ἑαυτὸν. Ἄλλὰ τούτων οὐδὲν ἐπέκλασε τὸν Ὄθωνα. — *ire* — *flagrabant*] de constructione cf. Dräger Synt.

tendere manus, et proximi prensare genua, promptissimo Plotio Firmo. is praetorii praefectus identidem orabat, ne fidissimum exercitum, ne optime meritos milites desereret: maiore animo tolerari adversa quam relinqui; fortes et strenuos etiam contra fortunam insistere spei, timidos et ignavos ad desperationem formidine properare. quas inter voces ut flexerat vultum aut induraverat Otho, clamor et gemitus. nec praetoriani tantum, proprius Othonis miles, sed praemissi e Moesia eandem obstinationem adventantis exercitus, legiones Aquileiam ingressas nuntiabant, ut nemo dubitet potuisse renovari bellum atrox, lugubre, incertum victis et victoribus. (47) ipse aversus a consiliis belli „hunc“ inquit „animum, 10 hanc virtutem vestram ultra periculis obicere nimis grande vitae meae pretium puto. quanto plus spei ostenditis, si vivere placeret, tanto pulchrior mors erit. experti in vicem sumus ego ac fortuna. nec tempus

1 et del. L. Spengel 4 insistre 7 propius (sic) 8 aquile Iā nuntiabat (n superscr. 1m) 12 p̄tiū

§ 145. — *Plotio Firmo*] „Duo praefecti praetorio sub Othone, Plotius Firmus et Licinius Proculus (1, 46), nec alios usquam nominat Tacitus. Hinc apud Plut. Oth. 18 pro Πολλίωνος τοῦ ἐτέρου τῶν ἐπαρχῶν legendum videtur Πλωτίου cet., nisi huic Pollionis cognomen fuit, quod unum dici superest.“ LIPS. — *maiore animo tolerari adversa*] Lipsius praeter alios locos comparat Aristot. Eth. Nicom. 3, 11 (1116a, 12) τὸ δ' ἀποπρῆσκειν φεύγοντα πενίαν ἢ ἔρωτα ἢ τι λυπηρὸν οὐκ ἀνδρείου, ἀλλὰ μᾶλλον δειλοῦ. — *ut flexerat*] „prout vultu significaverat his vocibus se commoveri aut constantem manere in proposito.“ DUEBN. — *clamor et gemitus*] Clamorem intellige laetantium, ubi flexerat vultum, tamquam obsecuturus militum studiis; *gemitum* dolentium, ubi induraverat, tamquam consilii certus. ERN. — *legiones Aquileiam ingressas*] De Moesiae legionibus tribus loquitur, de quibus hoc ipsum infra c. 85: *Aquileiam progressae* — *rapta pecunia et inter se divisa hostiliter egerant*. Hoc eo noto, quod in Suetonio aliter legas, et dumtaxat *bina ex his legionibus milia praemissa Aquileiam pervenisse*. Vespas. 6: *Moesiaci exercitus bina e tribus legionibus milia missa auxilio Othoni, postquam ingressis iter nuntiatum est, victum cum ac vim vitae suae attulisse, nihilo scilicet Aquileiam usque perseveraverint,*

quasi rumori minus crederent. Et addit, metuentes ultionem de alio imperatore cogitasse. Sed vereor, ne Suetonius hallucinetur in *duobus milibus*, qui non e Moesiaciis, sed Pannonicis Dalmaticisque fuere. cf. c. 11. Nec apud Tacitum leges de praemissis illis e legionibus Moesiaciis. Sane, si et rem vides, probabilius tres ipsas legiones illa violenta atque hostilia Aquileiae ausas et de imperatore deliberasse, quam sola ex iis duo milia electa. LIPS. — *ut nemo dubitet*] etiamnunc dubitet, tunc potuisse cet. Male nonnemo malebat *dubitaret* propter praecedens imperfectum.

47. *experti in vicem sumus ego ac fortuna*] sensus est: *ego fortunam expertus sum* scilicet et secundam et adversam; nihil iam mihi dare poterit nec amplius experiar: *fortuna me experta est* scilicet eum, cui neque secunda neque adversa animi constantiam ademerit. cf. 1, 15 *fortunam adhuc tantum adversam tulisti: secundae res acrioribus stimulis animos explorant, quia miseriae tolerantur, felicitate corrumpimur*. 1, 29 *ut qui adversas res expertus cum maxime discam ne secundas quidem minus discriminis habere*. — *nec tempus computaveritis*] cf. ad 1, 84 *nec — audiat*. sensus est: neu computaveritis, quam breve imperii mei tempus fuerit. —

computaveritis: difficilius est temperare felicitati, qua te non putes diu usurum. civile bellum a Vitellio coepit, et ut de principatu certaremus armis, initium illic fuit: ne plus quam semel certemus, penes me exemplum erit; hinc Othonem posteritas aestimet. fruetur Vitellius fratre, 5 coniuge, liberis: mihi non ultione neque solaciis opus est. alii diutius imperium tenuerint: nemo tam fortiter reliquerit. an ego tantum Romanae pubis, tot egregios exercitus sterni rursus et rei publicae eripi patiar? eat hic mecum animus, tanquam perituri pro me fueritis, set este superstites. nec diu moremur, ego incolumitatem vestram, vos 10 constantiam meam. plura de extremis loqui pars ignaviae est. praecipuum destinationis meae documentum habete, quod de nemine queror. nam incusare deos vel homines eius est, qui vivere velit." (48) talia locutus, ut cuique actas aut dignitas, comiter appellatos, irent prope ne remanendo iram victoris asperarent, iuvenes auctoritate, senes precibus 15 movebat, placidus ore, intrepidus verbis, intempestivas suorum lacrimas coercens. dari naves ac vehicula abeuntibus iubet; libellos epistulasque studio erga se aut in Vitellium contumeliis insignes abolet; pecunias distribuit parce nec ut periturus. mox Salvium Cocceianum, fratris filium prima iuventa, trepidum et maerentem ultro solatus est laudando 20 pietatem eius, castigando formidinem: an Vitellium tam inmitis animi fore, ut pro incolumi tota domo ne hanc quidem sibi gratiam redderet? mereri se festinato exitu clementiam victoris: non enim ultima despe-

1 tēparere 2 ciuili cepit 3 malim illine Rhenanus penes 4 estimat (a in e mut. 1m) 7 streni 8,9 se teste (et este L. Spengel) 11 nomine (o in e mut. 1m) 12 uellit 14 ꝑcib; 16 eplasq; cum lin. in l 17 ergā | ea ut 18 parcens sed litterae ns deletae nec ut dett.: ne cui 19 salatus sed corr. 1m 20 pietate 22 merieri

difficilius est temperare] Acute, ut solet, Statius hoc expressit Theb. 2, 446: *Non parcit populis regnum breue.* LIPS. — illic] penes illum, respondet *penes me*; poterat sane dicere *illinc*, non debebat. — coniuge] Respondent ex parte Plutarchea illa O. 15: *παρ' ἡμῶν καὶ τέκνα τῶν ἐναντῶν καὶ γυναῖκες*, quoniam praeter uxorem Vitellii mater quoque Sextilia in Othonis potestate erat. cf. c. 5: *Ἰσχυρῶς δὲ καὶ τῆς μητρὸς ἐπεμελήθη τοῦ Οὐτελλίου καὶ τῆς γυναῖκος, ὅπως μὴδὲν φοβήσονται περὶ αὐτῶν.* conicias post fratre excidisse matre cf. 1, 75 *ni incolumes sibi mater ac liberi seruantur*; de fratre 1, 88. — *solaciis*] „quae capere possem ex in-

terficiendis eius fratre, coniuge, liberis, qui mea adhuc in potestate sunt." — *animus*] „persuasio vos voluisse pro me perire." — *nemine*] ut Ann. 16, 27 pro nullo. *Sirker* Tac. Formenlehre § 39 p. 29. Ceterum cum sublimi hac oratione cf. eam, quam Othoni tribuit Plutarchus. Vide Excursum.

48. *Cocceianum*] Melius ita, quam *Cocceium*, quod Plutarchus praefert O. 16. Nam et Suetonius ita appellat in Dom. 10. At hic non fratris solum filium, sed ipsum hic fratrem praesentem facere videtur: contra Taciti et Plutarchi narrationem aperte. Nam ille in castra evaserat e pugna seque cum aliis dedit. Suetonii tamen verba Oth. 10:

ratione, sed poscente proelium exercitu, remisisse rei publicae novissimum casum. satis sibi nominis, satis posteris suis nobilitatis quaesitum. post Iulios Claudios Servios se primum in familiam novam imperium intulisse. proinde erecto animo capesseret vitam, neu patrum sibi Othonem fuisse aut obliuisceretur umquam aut nimium meminisset. (49) post 5 quae dimotis omnibus paulum requieuit. atque illum supremas iam curas animo volutantem repens tumultus avertit, nuntiata consternatione ac licentia militum: namque abeuntibus exitium minitabantur, atrocissima in Verginium vi, quem clausa domo obsidebant. increpitis seditionis auctoribus regressus vacavit abeuntium adloquiis, donec omnes inuolati 10 digrederentur. vesperscente die sitim haustu gelidae aquae sedavit. tum adlatis pugionibus duobus, cum utrumque pertemptasset, alterum capiti subdidit. et explorato iam profectos amicos, noctem quietam, utque adfirmatur, non insomnem egit. luce prima in ferrum pectore incubuit. ad gemitum morientis ingressi liberti servique et Plotius Firmus 15 praetorii praefectus unum volnus invenere. funus maturatum: ambitiosus id precibus petierat, ne amputaretur caput ludibrio futurum. tulere

1 praelium exercitū rei. p. 2 posterū (ru in ris mut. 1m nota non deleta) 6 supmas 7 uoluntatē 8 nanq; 11 digredirentur (corr. 1m) gelida | ea; sed/uit 12 duobus om. utrimq; (super i scr. v 1m) 13 subdidit ea subsidiū corr. 1m 14/15 Incubuit (i superscr. 1m) 15 gemitu 16 uolnū (notam in s mut. 1m) 17 ꝑcib;

Fratrem igitur fratrisque filium et singulos amicorum cohortatus. LIPS. — *Servios*] *Expectabas Sulpicios*; sed praenomen *Servius Sulpiciae* genti tam familiare quam *Claudiae Appii* aut *Tiberius*. *Plutarchus* itidem G. 3: *μέγα ἔχων εὐγενεῖας ἀξίωμα τὸν Σερουίων οἶκον κτλ. ΡΥΟΚ.* — *familiam novam*] *Salvius*. Suet. Oth. 1: *Maiores Othonis orti sunt oppido Ferentino, familia vetere et honorata atque ex principibus Etruriae.* — *meminisset*] *Plut. Oth. 16: μήτε ἐπλατῆσαι παντάπασι μήτε ἄγαν μνημονεύειν, ὅτι Καίσαρα θεῖον ἔσχε.* At nimium meminisse visus est *Domitiano*, qui interfici iussit, quod patri natalem celebraverat. Suet. D. 10. ceterum cf. *Verg. Aen. 6, 514 nimium meminisse necesse est.*

49. *Verginium*] de quo 1, 8. 9. 52. 77. — *pugionibus duobus*] *Plut. Oth. 17: θνεῖν ὄντων αὐτῷ ξιφῶν ἑκατέρου κατεμάνθανε τὸ σπᾶσμα πολλῶν χρόνον καὶ τὸ ἕτερον ἀπέδωκε.* Suet. Oth. 11: *post hoc sedata siti gelidae aquae potione arripuit duos pugiones et ex-*

plorata utriusque acie, cum alterum pulvino subdidisset, foribus adopertis artissimo somno quieuit. similiter de *Nerone* c. 49 *Suetonius: duos pugiones — arripuit temptataque utriusque acie rursus condidit.* — *non insomnem egit*] Ita, quantum ad mortem, *Catoni Othonem* aequiparare potuit *Martialis* 6, 32: *Cum dubitaret adhuc belli civilis Enyo Forsitan et posset vincere mollis Otho, Damnauit multo staturum sanguine Martem Et fudit certa pectora tota manu. Sit Cato, dum vivit, sane vel Caesare maior: Dum moritur, numquid maior Othone fuit? — incubuit*] *Vim* sibi attulit *Otho* die 16. mensis *Aprilis* a. u. 822 post Chr. 69 imperii die XCII. cf. *Clinton Fasti Romani. Oxford* 1845 p. 54. *Mors eius cognita Romae die 19. m. Aprilis, infra c. 55.* — *ambitiosus*] *Proprement „des prières intéressées.*" *Ambitiosus a rapport à ne amputaretur caput ludibrio futurum. Othon, près de mourir, se rappelle comment on avait traité les restes de Galba, et il craint des représailles.* BURNOUF. cf. *Gerber et Greef Lex.*

corpus praetoriae cohortes cum laudibus et lacrimis volnus manusque eius exosculantes. quidam militum iuxta rogum interfecere se, non noxa neque ob metum, sed aemulatione decoris et caritate principis. ac postea promisce Bedriaci Placentiae aliisque in castris celebratum id
 5 genus mortis. Othoni sepulchrum exstructum est modicum et mansurum. hunc vitae finem habuit septimo et tricensimo aetatis anno. (50) origo illi e municipio Ferentino, pater consularis, avus praetorius; maternum genus inpar nec tamen indecorum. pueritia ac iuventa, qualem mon-
 10 stravimus. duobus facinoribus, altero flagitiosissimo, altero egregio, tantundem apud posteros meruit bonae famae quantum malae. ut con-
 quirere fabulosa et fictis oblectare legentium animos procul gravitate coepti operis crediderim, ita volgatis traditisque demere fidem non ausim. die, quo Bedriaci certabatur, avem invisitata specie apud Regium Lepidum celebri luco consedissee incolae memorant, nec deinde coetu

4 celebrārū 6 etatis 7 Ferentino *det. et ed. princ.*: ferentio 10|11 conqui-
 retet *sed litt. t. erasa* 11 grauitatē (*notam del. 1m*) 12 cęptū 14 cętū

Tac. sub hac voce. — *exosculantes*] fervido cum affectu. cf. 1, 45. Ann. 1, 34. Plin. Epp. 5, 17, 4: *multum ac diu exosculatus adulescentem*. Plut. Oth. 17: τῶν δὲ ἄλλων οἱ μὲν τὸ τραῦμα τοῦ νεκροῦ καταφίλουσιν προσπίπτοντες, οἱ δὲ ἤπιοντο τῶν χειρῶν, οἱ δὲ προσεκύνουσι πόρρωθεν. — *non noxa neque ob metum*] Est ἐν διὰ θυοῦ, h. e., „non quod noxae sive culpae alicuius maioris in Vitellium sibi conscii in metu futurae ultionis essent.“ WALTH. Aliter Ruperti: „Sed duae potius et diversae rationes afferuntur, non — *neque*. Intellige, non quod noxae admittat in Othonem sibi essent conscii, *neque ob metum* a victore.“ Et haec interpretatio potior videtur. cf. etiam Plut. l. l.: „Ἐνοι δὲ τῆ πυρᾷ λαμπάδας ὑφέντες ἑαυτοὺς ἀπέσφαξαν οὐδὲν ἐκδήλωσας οὔτε πεπονθότες χρηστὸν ὑπὸ τοῦ τεθνηκότος οὔτε κείσεσθαι δεινὸν ὑπὸ τοῦ κρατοῦντος δεδιότες. — *et mansurum*] propter ipsam monumenti modestiam dirutum non est, sed incolume mansit. Plut. Oth. 18: κρύψαντες δὲ τῆ γῆ τὰ λείψανα τοῦ Ὀθωνος οὔτε μεγέθει σήματος οὔτ' ἐπιγραφῆς ὄγκῳ τὸν τάφον ἐποίησαν ἐπιφθονοῦν. Εἶδον δὲ ἐν Βριξίλλῳ γενόμενος καὶ μνημα μέτριον καὶ τὴν ἐπιγραφὴν οὕτως ἔχουσαν, εἰ μεταφρασθεῖη: Ἀθλώσει Μάρκου Ὀθωνος. (Ἀθλώσει corruptum videtur atque emendan-

dum Δαίμοσι, *DIS MANIBVS*.) Suet. Vit. 10: (*Vitellius*) *patri vanitate atque insolentia lapidem memoriae Othonis inscriptum intuens, „dignum eo Mausoleo“ ait, pugionemque, quo is se occiderat, in Agrippinensem coloniam misit Marti dedicandum. — septimo et tricensimo] tricensimo et octavo, ait Suetonius Oth. 11, qui suo more comprehendit annum, quo natus est et quo obiit. Proprie habuit modo annos XXXVI., menses XI., dies XX. cf. Oudendorp ad Suet. l. l.*

50. *Ferentino*] in Etruria cf. Ann. 15, 53 *Ferentino in oppido*. Plin. n. h. 3, 52. Strabo 5, 2 p. 226. — *genus inpar*] Haud repugnat Suet. Oth. 1, qui matrem vocat *Albiam Terentiam, splendidam feminam*, quippe hoc ἐπίθετον ipsum significat fuisse eam filiam equitis Romani, magistratibus non functi. — *monstravimus*] 1, 13. — *altero egregio*] Zonaras 11, 15: κάκιστα ἀνδρῶπων ζήσας κάλλιστα ἀπέθανεν. — *celebri luco*] id est religione aliqua sacro, propter quam eum frequentabant, id quod auget arcanam totius miraculi speciem. Non debebant Colero auctore mutare in *loco* neque cum Puteolano in *vico*. — *nec deinde*] Petersen coniecit *neque inde*, ut avis illa *ex hoc loco* non coetu hominum territa pulsasse fuisse narretur. Retinui tamen Med. scripturam *nec*

hominum aut circumvolitantium alitum territam pulsasse, donec Otho se ipse interficeret; tum ablatam ex oculis; et tempora reputantibus initium finemque miraculi cum Othonis exitu competisse.

(51) In funere eius novata luctu ac dolore militum seditio, nec erat qui coereret. ad Verginium versi, modo ut reciperet imperium, 5 nunc ut legatione apud Caecinam ac Valentem fungeretur, minitantes orabant: Verginius per aversam domus partem furtim digressus inrum-
 pentes frustratus est. earum quae Brixelli egerant cohortium preces Rubrius Gallus tulit, et venia statim impetrata, concedentibus ad victo-
 rem per Flavium Sabinum iis copiis, quibus praefuerat. 10

(52) Posito ubique bello magna pars senatus extremum discrimen adiit, profecta cum Othone ab urbe, dein Mutinae relicta. illuc adverso de proelio adlatum: sed milites ut falsum rumorem aspernantes, quod infensum Othoni senatum arbitrabantur, custodire sermones, voltum habitumque trahere in deterius; conviciis postremo ac probris causam 15 et initium caedis quaerebant, cum alius insuper metus senatoribus instaret, ne praevalidis iam Vitellii partibus cunctanter excepsisse victoriam

2 ablata 5 ugeniū 7 uerginius adūsā degressus Inrūpente 8 p̄ces
 9 ueniā impetrata; eadem data L. Spengel 10 copis 12 profectā (*notam del. 1m*)
 13 praelio 16 querebant 16|17 instraret

deinde, i. q. *nec postea*, ἐκ τούτου. cf. Hand Tursell. II. p. 240, qui praeterea explicat: „*nec deinde, cum coetus hominum adesset*.“ BACH. — *tempora reputantibus*] id est, „si quis tempora reputaret.“ (vel potius: „ii, qui tunc tempora accuratius reputabant, testabantur competisse cet.“) Similiter 3, 8: *magni momenti locum obtinuit reputantibus*. 4, 17: *vereque reputantibus Galliam suismet viribus concidisse*. 5, 11: *turres — procul intuentibus pares*. Germ. 6: *in universum aestimanti plus penes peditem roboris*. BACH. cf. Drüger Synt. § 50. — *competisse*] *zusammentreffen, concurrir* Burnouf, *concorde* Louandre, ut Plin. 16, 191: *si competant coitus (lunae) in novissimum diem brumae*. Ceterum quoniam *initium finemque miraculi* Tacitus distinxit neque simpliciter dixit *miraculum* — *competisse*, mancā orationem iudico, quam sic suppleo: *initium finemque miraculi (cum initio pugnae et) cum Othonis exitu competisse*. cf. Sueton. Vesp. 5 *acieque Betriacensi, priusquam committeretur, duas aquilas in conspectu omnium confluisse*.

51. *partem*] Sic 3, 84: *per aversam (poeticam) Palatii partem*. — *et venia statim impetrata*] „Bekkerus interpungit: *tulit. et venia statim impetrata concedentibus* etc. Sed, nisi fallor, *verba et venia statim impetrata arte cohaerent cum antecedentibus spectatque venia impetrata ad preces Rubrii Galli*. Ablativus *concedentibus* cet. non reddit rationem praecedentium, sed simpliciter indicat, quae sint facta eodem tempore.“ WALTHER. Sic etiam Louandre: *le pardon leur fut accordé, et en même temps Sabinus remit au vainqueur les troupes qu'il commandait*. — *Flavium Sabinum*] consulem designatum, de quo supra c. 36.

52. *Posito — bello*] Sall. Iug. 112, 1 *posse condicionibus bellum poni*. — *ubique*] Bedriaci, Placentiae, Brixelli. — *voltum habitumque*] 1, 14 *vultu habituque moris antiqui* 1, 17. — *conviciis ac probris*] cf. 1, 47; 3, 10. — *cunctanter excepsisse victoriam*] „non alacri gaudio excepsisse nuntium victoriae et cunctati esse victori se submittere.“ RUP. —

crederentur. ita trepidi et utrimque anxii coeunt, nemo privatim expedito consilio, inter multos societate culpaet tutior. onerabat paventium curas ordo Mutinensis arma et pecuniam offerendo appellabatque patres conscriptos intempestivo honore. (53) notabile iurgium fuit, quo Licinius Caccina Marcellum Eprium ut ambigua disserentem invasit. nec ceteri sententias aperiebant: sed invisum memoria delationum expositumque ad invidiam Marcelli nomen inritaverat Caccinam, ut novus adhuc et in senatum nuper adscitus magnis inimicitias claresceret. moderatione meliorum dirempti. et redire omnes Bononiam, rursus consiliaturi; simul medio temporis plures nuntii sperabantur. Bononiae divis per itinera, qui recentissimum quemque percunctarentur, interrogatus Othonis libertus causam digressus habere se suprema eius mandata respondit; ipsum viventem quidem relictum, sed sola posteritatis cura et abruptis vitae blandimentis. hinc admiratio et plura interrogandi pudor; atque omnium animi in Vitellium inclinavere. (54) intererat consiliis frater eius L. Vitellius seque iam adulantibus offerebat, cum repente Coenus libertus Neronis atroci mendacio universos perculit, adfirmans superventu quartae decimae legionis, iunctis a Brixello viribus, caesos victores, versam partium fortunam. causa fingendi fuit, ut diplomata Othonis, quae neglegebantur, laetiore nuntio revalescerent. et

4 Intēpesti iurgium Bekker: iurgium (inde iurgium deteriorēs) 5 Ianua sit (a post I del. 2m) 6 ceteris (s del. 1m) sententiās (notam del. 1m) Inuisi 8 adscitū (notam del. 1m) 11 quēquē (notam del. 1m) percunctaretur 12 Imbertus supra 14 blandimētis (b ex u corr. 1m) 18 superuentū 19 cesos

utrimque anxii] et ab Othonis et a Vitellii militibus. — expedito consilio] cf. 3, 73 neque alienis consiliis regi neque sua expedire, 4, 42 hominem tam expediti consilii. — inter multos] Hic ex vocabulo nemo intelligendum quisque, phrasi in positivam orationem conversa. DUEBN. cf. ad 1, 1 neque amore quisquam etc. — ordo Mutinensis] Decuriones Mutinensium sive senatus, qui in municipiis et coloniis simpliciter ordo vocabatur. ERN. cf. ORDO SPLENDIDISSIMVS COLONIAE ABELLINATIVM. Inscr. m. Lat. N. 1180. — intempestivo honore] utpote qui senatoribus periculum facessere potuisset apud milites iis minime faventes.

53. Licinius Caccina] nusquam praeterea a Tacito memoratus. — Eprium] de quo Ann. 16, 22. 28. 33. — ambigua] Accipe de sermonibus in concilio senatorum habitis,

quis videretur dubitare, porro in partibus Othonis manerent, an aliud consilium caperent. WALTH. — expositumque ad invidiam] Liv. 5, 54, 4 expositum — ad periculum. 9, 35, 6 expositos ad ictus. cf. Dräger Synt. § 81. — recentissimum] ut Cic. ad Att. 16, 7: Rhegini quidam, illustres homines, eo venerunt Roma sane recentes. — posteritatis cura] „sola restante famae suae apud posteros cura.“ DUEBN. — vitae blandimentis] Ann. 15, 64 blandimentis vitae evictam.

54. offerebat] „ostendebat se paratum audire et accipere adulationes, quas cum fratre communicaret.“ — Coenus] Κοῖνος, nomen liberti etiam apud Grut. 1130, 5. — diplomata] proprie chartae duplicatae; hic illae, quibus Otho et eius nomine magistratus usum equorum vehiculorumque certis locis ad publicas necessitates dispositorum suis permise-

Coenus quidem rapide in urbem vectus paucos post dies iussu Vitellii poenas luit. senatorum periculum auctum credentibus Othonianis militibus vera esse quae adferebantur. intendebat formidinem, quod publici consilii facie discessum Mutina desertaeque partes forent. nec ultra in commune congressi sibi quisque consulere, donec missae a Fabio Valente epistulae demerent metum. et mors Othonis quo laudabilior, eo velocius audita.

(55) At Romae nihil trepidationis; Ceriales ludi ex more spectabantur. ut cessisse Othonem et a Flavio Sabino praefecto urbis, quod erat in urbe militum, sacramento Vitellii adactum certi auctores in theatrum adtulerunt, Vitellio plausere; populus cum lauru ac floribus Galbae imagines circum templa tulit, congestis in modum tumuli coronis iuxta lacum Curti, quem locum Galba moriens sanguine infecerat. in senatu cuncta longis aliorum principatibus composita statim decernuntur; additae erga Germanicum exercitum laudes gratesque et missa legatio,

1 rapide in deteriorēs: rapidū (raptim in Iac. Gronovius) iniussu L. Spengel 2 poenas 4 deserteq; 5 commune 6 epistulae cum in. in 1 8 romae me nichil 9 cessisse vita dett., concessisse Ritter, excessisse Wolfflin., cecidisse Petersen sabino (b ex u corr. 1m) 10 militum Rhenanus: militū In 14 compositā (notam del. 1m) 15 exercitum Ritter: exercitus

rant. DUEBN. (Staatsempfehlungsschreiben, Patente). cf. c. 65. Plin. Epp. 10, 64 (14). 45 (54). 120 (121). Plut. Galba 8: Τῶν ὑπάρτων οἰκίας δημοσίους προχειρισμένων τὰ δόγματα κομίζοντας τῷ αὐτοκράτορι καὶ τὰ καλούμενα διπλώματα σεσημασμένα δόντων, ἃ γνωρίζοντες οἱ κατὰ πόλιν ἄρχοντες ἐν ταῖς τῶν ὀχημάτων ἀμοιβαῖς ἐπιταχύνουσι τὰς προπομπὰς τῶν γραμματεφόρων κτλ. — rapide] e deterioribus recepi, cum haec lectio propius accedat ad Medicei rapidū quam Gronovii raptim nec video, cur Tacitus non semel rapide, undecies raptim dicere potuerit. cf. Cic. leg. 2, 3 rapideque dilapsus. or. § 128 rapide fertur. Suet. Cal. 43 tam festinanter et rapide. — iussu Vitellii] haec verba Muretus delebat, sed magis placet Spengelii correctio iniussu Vitellii, quoniam ex c. 57 verisimile est Vitellium rei ignarum fuisse et supplicium de Coeno Romae sumptum ab iis esse, qui gratiam Vitellii captabant. neque tamen res ita certa est, ut aliquid mutandum videatur. — publici consilii facie] specie; nam non ut privati pro se quisque Mutina discesserant,

sed ex senatus decreto, ac Bononiae rursus in commune congressi erant. — epistulae] de una epistula dictum, cf. Nipperdey ad Ann. 1, 30. Sirkker Tac. Formenlehre p. 25.

55. Ceriales ludi] celebrabantur ex 12. die ad 19. diem mensis Aprilis, ultimo die circenses. cf. Ann. 15, 53 et 74. Liv. 30, 39, 8. Ovid. fast. 4, 389. Mommsen CIL I, 391. — cessisse Othonem] exspectes potius interfecisse se Othonem, ut c. 50 donec Otho se ipse interfeceret, sed nihil mutandum est; nam cedere non pro mori positum est, sed simplici vulgarique sensu explicari potest (Germanice: dass Otho entsagt habe), quod plenius ita reddas: „voluntaria morte cessisse imperio“. hoc verum esse alii loci docent: 3, 66 quod si tam facile suorum mentes flexisset Vitellius quam ipse cesserat. 3, 68 cedere se pacis et rei publicae causa. — a Flavio Sabino] Vespasiani fratre, cf. 1, 46. — quem locum] 1, 41. — composita] parata, comparata, cum artificiosae adulationis notatione. Frustra Heinsius malebat composita. — laudes gratesque] cf. Nipperdey ad Ann. 1,

quae gaudio fungeretur. recitatae Fabii Valentis epistulae ad consules scriptae haud immoderate: gratior Caecinae modestia fuit, quod non scripsisset. (56) ceterum Italia gravius atque atrocius quam bello adflictabatur. dispersi per municipia et colonias Vitelliani spoliare rapere, vi et stupris polluere: in omne fas nefasque avidi aut venales non sacro, non profano abstinebant. et fuere qui inimicos suos specie militum interficerent. ipsique milites regionum gnari refertos agros, dites dominos in praedam aut, si repugnatum foret, ad excidium destinabant, obnoxiiis ducibus et prohibere non ausis. minus avaritiae in Caecina, plus ambitionis: Valens ob lucra et quaestus infamis eoque alienae etiam culpa dissimulator. iam pridem adtritis Italiae rebus tantum peditum equitumque, vis damnaeque et iniuriae aegre tolerabantur.

(57) Interim Vitellius victoriae suae nescius ut ad integrum bellum reliquas Germanici exercitus vires trahebat. pauci veterum militum in hibernis relictis, festinatis per Gallias dilectibus, ut remanentium legionum

1 eplę cum lin. in l 2 immoderate 3 Italia iam Heraeus atrocis victoria quam Haase 4 uitellianis (s del. 1m) 5 omnelas nefasq; (n ex si corr. 1m) 6 militu 9 et] vel Warm, aut Ritter 10 alienę bis (in fine et initio paginae)

69. — gaudio fungeretur] „cui mandatum erat, ut gaudium testaretur atque congratularetur Vitellio;“ amare dictum: ipsius verbi delectu satis significatur id gaudium sincerum non fuisse, sed simulatum et necessitate expressum. — gratior Caecinae modestia] „Quid ita? Quia invaluerat iam illo aeo, ut nemo publice, id est ad consules aut senatum scriberet praeter principem: alii autem omnes ad istum. Itaque superbe se gessisse Valens visus, qui id fecit: modeste Caecina, qui omisit. cf. de Muciano 4, 4.“ LIPS.

56. fas nefasque] cf. 3, 51 adversus fas nefasque irreverentiam. A. 2, 38: omnia principum honesta atque inhonesta laudare. 15, 37: per licita atque illicita foedatus; Luc. Phars. 5, 312 per omne Fasque nefasque rues? Solita ex formula, de qua egi ad Horat. Epod. 5, 87. — avidi] praepositionem in huic adiectivo iunxit, ut Liv. 5, 20, 6 avidas in direptiones manus. 22, 21, 2. Drüger Synt. § 71. — dites dominos] 4, 1 pessimi servitiorum prodere ultro dites dominos. — plus ambitionis] minus rapinarum sibi reservabat, sed magis quam Fabius militum gratiam captabat, eorum inexplibili aviditate haud coercita. cf.

1, 53; 2, 30. — Valens — infamis] cf. 1, 66; 2, 30. — adtritis Italiae rebus] maxime per deplorandam agriculturam neglectioem. Ann. 3, 54: Italia externae opis indiget; — nostra nos scilicet nemora nostraeque villae tuebuntur! — tantum peditum] „Lipsius v. tantum ut a glossographo profectum delendum esse censuit, ita ut genitivi pendeant a. v. vis (i. q. multitudo) damna, iniuriae. Sed Waltherus recte notavit ea vv. per ἐπεξηγήσιν adponi, quasi scriptum esset: tantum peditum equitumque cum vi damnisque et iniuriis, quibus homines afficiebantur, aegre tolerabantur.“ BACH. In Disputatione p. 29. Lipsius: „Hic tu (Frere) tanta peditum equitumque vis. Cape palmam!“ Verum neque haec mutatio necessaria. cf. c. 81 tantum simul peditum equitumque.

57. legionum nomina] legiones, quae militibus multis in Italiam missis iam nihil fere nisi nomina erant. DUEBN. Igitur haec nomina opponuntur veris atque integris legionibus. Sic 4, 14: inania legionum nomina, quibus opponitur robur peditum equitumque. 4, 15: nomen magis exercitus quam robur. —

nomina supplerentur. cura ripae Hordeonio Flacco permissa; ipse e Britannico exercitu delecta octo milia sibi adiunxit. et paucorum dierum iter progressus prosperas apud Bedriacum res ac morte Othonis concidisse bellum accepit: vocata contione virtutem militum laudibus cumulat. postulante exercitu, ut libertum suum Asiaticum equestri dignitate donaret, inhonestam adulationem conpescit: dein mobilitate ingenii, quod palam abnuerat, inter secreta convivii largitur honoravitque Asiaticum anulis, foedum mancipium et malis artibus ambitiosum.

(58) Isdem diebus accessisse partibus utramque Mauretiam, interfecto procuratore Albino, nuntii venere. Luceius Albinus a Nerone Mauretiae Caesariensi praepositus, addita per Galbam Tingitanae provinciae administratione, haud spernendis viribus agebat. decem novem cohortes, quinque alae, ingens Maurorum numerus aderat, per latrocinia et raptus apta bello manus. caeso Galba in Othonem pronus nec Africa contentus Hispaniae angusto freto diremptae imminebat. inde Cluvio Rufo metus; et decimam legionem propinquare litori ut transmissurus iussit. praemissi centuriones, qui Maurorum animos Vitellio conciliarent; neque arduum fuit magna per provincias Germanici exercitus fama. spargebatur insuper spreto procuratoris vocabulo Albinum insigne regis et Iubae nomen usurpare. (59) ita mutatis animis Asinius Pollio alae praefectus, e fidissimis Albino, et Festus ac Scipio cohortium praefecti

1 nomina] numeri Acidalius curari p̄ordeonio (post q̄ superscr. h 1m) 2 britannico exercitu add. Heraeus adiunxit 6 inhonesta 7 cuii honoravitque ed. princ.: oneravitq; (honoravitq; a, ornavitq; alius) 8 sedū 10 aluino 11 tingitanę 12 XVIII deteriores (decem et novem Bach et Ritter, undeviginti Walther, ut Ann. 12, 56) 13 numerūs (notam del. 1m) 14 Cesio Othonem Ithenamus: othone 15 hispanie 21 e] et (et fidissimus ed. princ.)

ripae] Rheni, et quidem post Vitellii perfectionem in utraque Germania. — e Britannico exercitu] c. 100 cum vexillariis trium Britannicarum legionum. 3, 22 cum vexillis nonae secundaeque et vicensimae Britannicarum legionum. — equestri dignitate] Sic Inscr. m. Lat. N. 3049: L. ACONIO. A. DIVO. TRAIANO. EX. MILITIA. IN. EQVESTREM. DIGNITATEM. TRANSLATO., quae formula ibid. N. 3048 ita variatur: T. AVRELIO. — AB. INVICTISSIMO. IMP. NOSTRO. TRAIANO. — IN. ORDINEM. EQVIT. ROMAN. ADSCRIPTO. — anulis] equitum Romanorum insigni, quo item Galba Icelum libertum donarat. (1, 13.)

58. utramque Mauretiam] cf. 1, 11. — haud spernendis viribus] c. 81 accessere cum regno Sohaemus haud spernendis viribus, Antiochus vetustis opibus ingens. — decem novem] sic Livius 38, 33, 12 decem septem. cf. Sirkker Tac. Formenlehre p. 40. — per latrocinia et raptus] item 1, 46. — Hispaniae] quae Vitellii partes amplexa erat. — imminabat] minitabatur, eam occupaturus videbatur. — Cluvio Rufo] de quo 1, 8, 76. — decimam legionem] Geminam. — Iubae] celebratum Mauretiae regum nomen per Iubam I. Pompeianum illum atque Iubam II., doctissimum principem, patrem Ptolemaei, ultimi Mauretiae regis, a Caligula occisi.

opprimuntur. ipse Albinus dum e Tingitana provincia Caesariensem Mauretanium petit, adpulsu litoris trucidatus; uxor eius cum se percussoribus obtulisset, simul interfecta est, nihil eorum quae fierent Vitellio anquirente. brevis auditu quamvis magna transibat, impar curis gravius.

Exercitum itinere terrestri pergere iubet: ipse Arare flumine devehitur, nullo principali paratu, sed vetere egestate conspicuus, donec Iunius Blaesus Lugudunensis Galliae rector, genere illustri, largus animo et par opibus, circumdaret principi ministeria, comitaretur liberaliter, eo ipso ingratus, quamvis odium Vitellius vernilibus blanditiis velaret. praesto fuere Luguduni victicium victarumque partium duces. Valentem et Caecinam pro contione laudatos curuli suae circumposuit. mox universum exercitum occurrere infanti filio iubet; perlatumque et paludamento opertum sinu retinens Germanicum appellavit cinxitque cunctis fortunae principalis insignibus. nimius honos inter secunda rebus adversis in solacium cessit. (60) tum interfecti centuriones promptissimi

1 dū et In|gitana 2 mauretianā petiti (petit in *Halm*) trucidatur *deteriores*
3 Nichil (c. *del. 1m*) 4 brevis auditu ui quāvis transibant 8 blesus 12 curulis
(s. *del. 1m*) 15 hon; 16 non in solacium *Strombeck* (nec rebus *Classen*, non cessit
Ritter) Iffectis (*sic*) interfecti sunt *Ritter*

59. *adpulsu*] „statim in ipso adpulsu ad litus:“ cf. Liv. 27, 30, 7 ut *Attalum* — *portibus et litorum adpulsu arceret*. Dräger Synt. § 68. *adpulsu* sine praepositione dictum est, ut *adventu, discessu*, similia; nam Medicei *petiti* inde ortum videtur, quod librarius falso *petiti* — *litoris* iunxit. — *interfecta est, nihil cet.*] „nihil anquirebat Vitellius, etsi ea, quae fiebant, tam magna atque gravia erant.“ cf. de Vitellio 3, 36: *praeterita instantia futura pari oblivione dimiserat*. — *Arare*] etiam *Sauconna*, h. *Saône*. — *egestate*] Suet. Vit. 7: *Satis constat exituro (in provinciam) viaticum defuisse, tanta egestate rei familiaris, ut uxore et liberis, quos Romae relinquebat, merito caenaculo abditis, domum in reliquam partem anni ablocaret, utque ex aure matris detractum unguentum pigneraverit ad itineris impensas*. — *par opibus*] „tantopere opulentus, ut largitatem sine incommodo suo exercere posset.“ Minus recte Burnouf: *d'une âme généreuse et faite pour l'opulence*, Louandre: *généreux par caractère et digne de ses richesses*. — *circumdaret*] suis videlicet sumpptibus. DUEBN. —

principi ministeria] ut 1, 58: *ministeria principatus*, id est, qualia princeps Romanus habere consuevit. RYCK. — *vernilibus*] putidis simulque exaggeratis, quales solent esse vernarum iocosae blanditiae. — *curuli*] „iuxta curulem suam sellam considerare utrimque iubet.“ ERN. *curulis* sine *sella*, ut Ann. 1, 75. — *Germanicum appellavit*] ut appellatus erat ipse. (1, 62.) — *in solacium*] „pro solacio habebatur quasi pensatio adversarum rerum nimis cito ingruentium.“ Sic Agricola *festinatae mortis grande solacium tulit evasisse postremum illud tempus* etc. (c. 44.) DUEBN. Muciani scilicet iussu Germanicus hic infans filius mox occisus est (4, 80), sed ii, quos miserabat praematuri eius interitus, honoribus, quibus cumulatus erat, se quodammodo consolabantur. Crévier ita παραφράζει: „*Honneur d'un moment, faible compensation pour la disgrâce cruelle qui était réservée au père et au fils dans peu de mois*.“ (Ceterum huc facit Vitellii numquam apud Akerman I p. 177: LIBERI IMP. GERM. AVG., capita duo puerilia e regione sibi posita.)

Othonianorum, unde praecipua in Vitellium alienatio per Illyricos exercitus; simul ceterae legiones contactu et adversus Germanicos milites invidia bellum meditabantur. Suetonium Paulinum ac Licinium Proculum tristi mora squalidos tenuit, donec auditi necessariis magis defensionibus quam honestis uterentur. proditorem ultro inprobant, spatium longi ante proelium itineris, fatigationem Othonianorum, permixtum vehiculis agmen ac pleraque fortuita fraudi suae adsignantes. et Vitellius credit de perfidia et fidem absolvit. Salvius Titianus Othonis frater nullum discrimen adiit, pietate et ignavia excusatus. Mario Celso consulatus servatur: sed creditum fama obiectumque mox in senatu Caecilio Simplici, quod eum honorem pecunia mercari, nec sine exitio Celsi, voluisset: restitit Vitellius deditque postea consulatum Simplici innoxium et inemptum. Trachalum adversus criminantes Galeria uxor Vitellii protexit.

(61) Inter magnorum virorum discrimina (pudendum dictu) Mariccus quidam, e plebe Boiorum, inserere sese fortunae et provocare arma Romana simulatione numinum ausus est. iamque adsertor Galliarum et deus (nam id sibi indiderat) concitis octo milibus hominum proximos

1 illycos 2 cetera et bis 6 praelium permixtu (*sic*) 8 fidem] ideo *Muretus* 10 famae *Freinsheim* 11 quod cū honore (*ut ed. princ.*) pecunia 13 Ineptū uxori (*sed corr. 1m*) 16 e plebe Iorū 18 nam] nominis *b²*, nomen *Beiroaldus* (nam id sibi indiderat nomen *Ernesti*)

60. *squalidos tenuit*] Morose et superbe audiendae defensionis tempus differens, eos detinuit reos, qui squalidi vel sordidati dicuntur, ut Ann. 2, 29 et alibi vidimus. DUEBN. cf. 1, 54 *in squalorem maestitiamque compositi*, Ann. 4, 28 *inlucieque ac squalore obsitus*, Germ. 31 *manet squalor* (scil. crisis barbaque summissa). Sic aliquamdiu sortis suae incerti atque anxii manebant. — *ultro inprobant*] scil. Vitellio, qui huius proditio nis ipsi gratiam referret. cf. 1, 71. DUEBN. „Insuper postulabant, ut proditio sibi in gratiam verteretur.“ BACH. — *fidem absolvit*] „perfidus fuisse in illo discrimine credit fingentibus eaque de causa fidei in Othonem pristinae veniam dedit.“ ERN. cf. 1, 59 *centuriones — occidi iussit damnatos fidei crimine, gravissimo inter desciscentes*. — *Mario Celso*] Ex Taciti silentio facile colligas virum hunc generosum nequaquam imitatum esse pusillum Suetonii et Proculi animum. — *cre-*

ditum fama] „quia fama eius rei obtinebat.“ DUEBN. Sine causa *Freinsheimius* malebat *famae*. — *restitit*] „contradixit Simplicem purgans,“ exponunt nonnulli, verum est potius: „se ab illo pecunia corrumpi passus non est neque Celsum perdidit.“ — *Galeria*] *Galerio* Trachalo, de quo 1, 90, ut videtur, propinqua.

61. *Boiorum*] hic gens Gallica Novempopulanae significatur; hodie *Bourbonnais*. — *inserere sese fortunae*] eodem fere sensu quod dial. 10 *nomen inserere famae* aut Ann. 6, 2 *ignobilitatem suam magnis nominibus inserit*. DÖDERLEIN. — *simulatione numinum*] scil. annuentium, id volentium. DUEBN. — *nam id sibi indiderat*] h. e. tantum sibi arrogaverat, sumpserat, scil. ut adsertorem Galliarum et deum se esse iactaret; eam famam sibi circumdederat. non igitur *nomen* subintelligendum aut inserendum est. (Ut *Mariccus*, sic olim *Syrus* quidam nomine *Eunus* (Εὐνοῦς)

Aduorum pagos trahebat, cum gravissima civitas electa iuventute, adiectis a Vitellio cohortibus, fanaticam multitudinem disiecit. captus in eo proelio Mariccus ac mox feris obiectus quia non laniabatur, stolidum vulgus inviolabilem credebat, donec spectante Vitellio interfectus est.

(62) Nec ultra in defectores aut bona cuiusquam saevitum: rata fuere eorum, qui acie Othoniana ceciderant, testamenta aut lex intestatis. prorsus, si luxuriae temperaret, avaritiam non timeres. epularum foeda et inexplebilis libido: ex urbe atque Italia inritamenta gulae gestabantur, strepentibus ab utroque mari itineribus; exhausti conviviorum apparatus principes civitatum; vastabantur ipsae civitates; degenerabat a labore ac virtute miles adsuetudine voluptatum et contemptu ducis. praemisit in urbem edictum, quo vocabulum Augusti differret, Caesaris non reciperet, cum de potestate nihil detraheret. pulsi Italia mathematici; cautum severe, ne equites Romani ludo et arena polluerentur. priores id principes pecunia et saepius vi perpulerant, ac pleraque mu-

1 hęduorū 2 multitudine 3 praelio 5 sevitum 7 epularū 8 gulae (a del. 1m) 13 nichil 14 harena 15 perpulerat (n superscr. 1m)

fanatico furore simulato, dum Syriae deae comas iactat, ad libertatem et arma servos quasi numinum imperio concitavit in Sicilia. Flor. 2, 7, 4. RUP.) — Aduorum] in quorum finibus Caesar post bellum Helveticum Boios collocavit. Caesar B. G. 1, 28. РУСК. — trahebat] in partes suas, ut Burnouf: *il entraînaît les cantons des Éduens les plus à sa portée*; non, ut alii volunt, v. c. Ferlet, „populabatur“ quemadmodum utique est A. 3, 74: *ne Circensium pagi impune traherentur*: etenim qui assertorem, vindicem, σωτήρα se Galliarum ferebat, neququam ab iis diripiendis ac vastandis incipere poterat. Atque ut hic, v. trahere usurpat infra c. 86: *Pannonici exercitus Delmaticum militem traxere*. Item 3, 44: *prima Adiutrix legio decimam quoque ac sextam traxit*. Metaphora desumpta est a contagione. Liv. 10, 18, 2: *Tusci fere omnes conceiverant bellum; traxerat contagio proximis Umbriae populos*. — *gravissima civitas*] sano consilio usa atque animi constans, non ludibrium fanatici furoris aut levium affectuum atque spei inanis assertum iam in libertatem Gallias. Sic Cic. de rep. 1, 3 *in gravissimam civitatem nostram, quae opponitur levitati Atheniensium*. Cogita autem potissimum de Augustoduno, Aduorum capite. cf.

Ann. 3, 43. — *feris obiectus*] Paulus in Digest. 48, 19, 38, 2: *Auctores seditionis et tumultus, populo concitato, pro qualitate dignitatis aut in furcam tolluntur, aut bestiis obiciuntur, aut in insulam deportantur*.

62. *defectores*] Othonianos, quos defectores Vitellius iudicabat, quod Galba occiso a se, quasi legitimo successore, descivissent. Male Ferlet, Burnouf, Walther explicant de Maricci adseclis; verba haec aptum faciunt transitum ad seqq. *rata fuere* cet., quem dirum illa interpretatio neque vero adeo splendidae paganorum illorum facultates esse poterant, ut operae pretium fuisset memoriae tradere, in eas Vitellium non saevisse. Praeterea rem conficiunt vv. *nec ultra*, id est, „ut ante in Othonianos saevitum erat.“ c. 59. 60. Arbitrarie Nipperdey pro *defectores*, quam notam marginalem putat esse, *vitam* in textu posuit. — *utroque mari*] supero et infero, Adriatico et Tyrrheno. — *vastabantur*] exhauriebantur civitatum opes convivii Vitellii apparatus earum impensis. — *mathematici*] Suet. Vit. 14: *Exacerbatus, quod post edictum suum, quo iubebat intra Kal. Octobr. urbe Italiaeque mathematici excederet, statim libellus propositus est, et Chaldaeos dicere, bonum factum, ne Vitellius Germanicus intra eundem Kalen-*

nicipia et coloniae aemulabantur corruptissimum quemque adulescentium pretio illicere.

(63) Sed Vitellius adventu fratris et inreptibus dominationis magistris superior et atrocior occidi Dolabellam iussit, quem in coloniam Aquinatem sepositum ab Othone rettulimus. Dolabella audita morte Othonis urbem introierat. id ei Plancius Varus praetura functus, ex intimis Dolabellae amicis, apud Flavium Sabinum praefectum urbis obiecit, tanquam rupta custodia ducem se victis partibus ostentasset: addidit temptatam cohortem, quae Ostiae ageret; nec ullis tantorum criminum probationibus in paenitentiam versus seram veniam post scelus quaerebat. cunctantem super tanta re Flavium Sabinum Triaria L. Vitellii uxor, ultra feminam ferox, terruit, ne periculo principis famam clementiae adfectaret. Sabinus suoapte ingenio mitis, ubi formido incessisset, facilis mutatu et in alieno discrimine sibi pavens, ne adlevasse videretur, impulit ruentem. (64) igitur Vitellius metu et odio, quod Petroniam uxorem eius mox Dolabella in matrimonium accepisset, vocatum per epistulas vitata Flaminiae viae celebritate devertere Interamnam atque ibi interfici iussit. longum interfectori visum: in itinere ac taberna pro-

1 emulabantur 2 quenquē (notam del. 1m) 3 othonē (notam del. 1m) 4 dole bellę (corr. 1m) 5 tēptata hostię 6 penitentiam 7 querebat 8 cunctante // 9 supertēntare (notam del. 1m) 10 sabinū (b est u corr. 1m) 11 ne deteriores: e (ne e Halm) 12 sauin; 13 alieno (sic) 14 16/17 eplas cum lin. in 1 15 Interamnam Puteolanus: Int amniū

darum diem usquam esset.“ Paullulo tamen diutius Vitellius vixit. cf. etiam Dio 65, 1 et Excerpta Ed. Sturz. IX. p. 110. Ceterum haec edicta omnia Lugduno Romam missa sunt. — *aemulabantur — illicere*] *aemulari*, ut *certare* 3, 61, cum infinitivo iunctum est ἀπαξ εἰρημένον. Dräger Synt. § 145.

63. *rettulimus*] 1, 88. — *Plancius Varus*] Mentio eius fit in Nicaensium nummo apud Pellerin *Mél. de méd.* II. p. 39. Tab. 26. ΑΥΤΟΚΡ . . . ΟΥΕΣΗΑΣΙΑΝΩ. ΝΕΙΚΑΕΙ, in parte aversa: ΕΠΙ. ΜΑΡΚΟΥ. ΠΛΑΝΚΙΟΥ. ΟΥΑΡΟΥ. ΑΝΘΥΗΑΤΟΥ. — *cohortem, quae Ostiae ageret*] 1, 80 *septimam decimam cohortem e colonia Ostiensi*. — *nec ullis — probationibus*] negatio ad ablativum referenda est: et cum nullae probationes essent, cum Plancius testimonia ac Dolabellae ipsius libellos epistolasve afferre non posset,

delationis eum paenituit. — *seram veniam post scelus quaerebat*] veniam precabatur reo, sed sero, *post scelus* proditi amici; ipse impunitus mansit, quoniam sub Vespasiano proconsul Bithyniae fuit, nihil tamen iuvit amicum foede proditum. alii *post scelus* ad caedem Dolabellae referunt („sed tunc scelus, id est caedes Dolabellae, patratum iam erat.“ Ritter). — *terrui, ne*] eum conterrendo prohibuit, ne cet. Hor. C. 1, 2, 5: *Terrui gentes, grave ne rediret Saeculum*. ERN. Adde 3, 42: *ne Galliam temere ingrederetur, monendo terrui*. — *ruentem*] Dolabellam; sic Cic. pro Cluentio 26 § 70: *praecipitantem impellamus*. OBERL. Verg. Aen. 4, 22 *labantem impulit*.

64. *Petroniam*] consularis viri filiam. Suet. Vit. 6. Haec prima Vitellii uxor fuit ab eo repudiata. — *uxorem eius*] exspectes uxorem suam; cf. c. 9 *ut cum — sisterent, orabat*. Dräger Synt. § 15. — *Interamnam*] sin Um-

primum specimen noscebatur. et Triariae licentiam modestum e proximo exemplum onerabat, Galeria imperatoris uxor, non inmixta tristibus; et pari probitate mater Vitelliorum Sextilia, antiqui moris. dixisse quin etiam ad primas filii sui epistulas ferebatur non Germanicum a se, sed Vitellium genitum. nec ullis postea fortunae inlecebris aut ambitu civitatis in gaudium evicta domus suae tantum adversa sensit.

(65) Digressum a Luguduno Vitellium Cluvius Rufus adsequitur ommissa Hispania, laetitiam et gratulationem voltu ferens, animo anxius et petitem se criminationibus gnarus. Hilarius Caesaris libertus detulerat, tanquam audito Vitellii et Othonis principatu propriam ipse potentiam et possessionem Hispaniarum temptasset eoque diplomatibus nullum principem praescripsisset. interpretabatur quaedam ex orationibus eius contumeliosa in Vitellium et pro se ipso popularia. auctoritas Cluvii praevaluit, ut puniri ultro libertum suum Vitellius iuberet. Cluvius comitatu principis adiectus, non adempta Hispania, quam rexit absens exemplo L. Arruntii. eum Ti. Caesar ob metum, Vitellius Cluvium nulla formidine retinebat. non idem Trebellio Maximo honos: profugerat Britannia ob iracundiam militum; missus est in locum eius Vettius Bolanus e praesentibus.

1 licentię (q̄ in ā mut. 1m) 2 modestū me (notam del. 1m) 3 inmixta Io. Fr. Gronovius: Inmix 3 probitatē (notam del. 1m) 4 eplis cum lin. in l 7 liguduno Vitellium Rüter: uitelliū. M. 12 prescripsisset Interpretatur quedā ex orationibus Ithenanus: exortationib; 13 eius ut Nipperdey ipsū (notam del. 1m) 14 praevaluit Inueret (b superscr. 3m) 16 Arruntii. eum Pichena: arruntii (Arruntii. Arruntium Rüter) 16|17 cluuius (s del. 1m) 17 nūddē (pr. d del. 1m) 18 brittannia 18|19 bettius

bria, hodie Terni; cf. 3, 61 et 63. Inscr. m. Lat. 689. 3773. — inmixta tristibus] „non particeps ullius facti aut consilii tristis atque atrocis.“ DUEBN. Sic Ann. 3, 38: *Ithescuporidis consiliis permixtum.* — *Sextilia] probatissima nec ignobilis femina.* Suet. Vit. 3. — *non Germanicum] Dio Exc. Ed. Sturz IX. p. 112: Βιτέλλιος ἀνέβη εἰς τὸ Καπιτώλιον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ ἠσπάζαστο· ἐκείνη δὲ ἐπικηῆς ἦν, καὶ ὅτε πρῶτον ἤκουσεν, ὅτι Γερμανικὸς ἐπεκλήθη ὁ υἱὸς αὐτῆς, εἶπε, Ἐγὼ μὲν Βιτέλλιον, ἀλλ' οὐ Γερμανικὸν τέτοζα.* cf. Suet. Vit. 3: (propter genituram infaustam) *mater et missum ad legiones et appellatum imperatorem pro afflictio statim lamentata est.* — *evicta] Ambitum civitatis vocat effusum gratulandae felicitatis adulandique studium. Evinci autem in gaudium est vel in-*

vitum redigi et cogi ad laetandum; eoque v. imprimis delectatur Tacitus. Sic A. 11, 37: *ad miserationem evicta.* 15, 64: *blandimentis vitae evictam*, scil. ad vivendum. ERN. Idem v. amant Vergilius et Ovidius.

65. *diplomatibus] Haec forma etiam apud Suet. Oct. 50 et Murat. 885, 4. cf. c. 54 et Sirket Tac. Formenlehre p. 14 § 18. — interpretabatur] „Vereor, ne hic et absorptum sit a praecedente verbo vel que a sequente.“ ERN. Ut est in Med., sine copula, recentiores plerique scripsissent: *interpretabatur scilicet.* — *ob metum] cf. Ann. 6, 27. — Trebellio Maximo] de quo 1, 60. — Vettius Bolanus] cf. Agr. 8 et 16. Significat Bolanum e comitatu principis in Britanniam missum. Lips. Praesentes opponuntur iis, qui sunt in provinciis. ERN. Sic usurpatur iam 1, 13.**

(66) Angebat Vitellium victarum legionum haudquaquam fractus animus. sparsae per Italiam et victoribus permixtae hostilia loquebantur, praecipua quartadecimanorum ferocia, qui se victos abnuebant: quippe Bedriacensi acie vexillariis tantum pulsus vires legionis non adfuisse. remitti eos in Britanniam, unde a Nerone exciti erant, placuit atque interim Batavorum cohortes una tendere ob veterem adversus quartadecimanos discordiam. nec diu in tantis armatorum odiis quies fuit. Augustae Taurinorum dum opificem quendam Batavus ut fraudatorem insectatur, legionarius ut hospitem tuetur, sui cuique commilitones adgregati a conviciis ad caedem transiere. et proelium atrox arsisset, 10 ni duae praetoriae cohortes causam quartadecimanorum secutae his fiduciam et metum Batavis fecissent. quos Vitellius agmini suo iungi ut fidos, legionem Grais Alpius traductam eo flexu itineris ire iubet, quo Viennam vitarent: namque et Viennenses timebantur. nocte, qua proficiscebatur legio, relictis passim ignibus pars Taurinae coloniae ambusta, 15 quod damnum, ut pleraque belli mala, maioribus aliarum urbium cladibus oblitteratum. quartadecimani postquam Alpius degressi sunt, seditiosissimus quisque signa Viennam ferebant: consensu meliorum conpressi et legio in Britanniam transvecta. (67) proximus Vitellio e praetoriis cohortibus metus erat. separati primum, deinde addito honestae 20 missionis lenimento arma ad tribunos suos deferebant, donec motum a Vespasiano bellum crebresceret: tum resumpta militia robur Flavianarum partium fuere. prima classicorum legio in Hispaniam missa, ut pace et otio mitesceret; undecima ac septima suis hibernis redditae;

2 permixte 4 legionū (ū in is mut. 1m) 5 brittanniam 8 agusta (u post pr. a superscr. 1m) 10 praelium exarsisset Agricola 11 casā (v superscr. 1m) 13 grat salpib; 14 nanq; uiennenses (q̄ in e corr. 1m) 14|15 proficiscebantur (n del. 1m) 15 colonib; (b del. et q̄ superscr. 1m) 17 degressi Pichena: digressi 18 consensū 19 brittanniam 21 deferebat (n superscr. 1m) 22 crebesceret (r post b superscr. 1m)

66. *vexillariis tantum pulsus] Vide ad c. 43. — ob veterem — discordiam] De mutuo horum odio v. c. 27. 1, 59. 64. — Augustae Taurinorum] ante Augustum Taurasia, hodie Turin. — arsisset] cf. Ann. 12, 54 arsisset bello provincia, 4, 40 inimicitias longe acrius arsuras. Gerber et Greef Lex. Tac. sub v. ardeo. — Grais Alpius] trans montem S. Bernhardi minorem; cf. 4, 68 monte Graio. — Viennenses timebantur] v. 1, 65. — oblitteratum] proprie litteris aliquid superinducere et ita oblivioni tradere, vox rara apud Cic., magis frequens Livio, poetis et argenteae aetatis*

scriptoribus, maxime Tacito. *Böttcher Lex. Tac. cf. 1, 55.*

67. *honestae missionis lenimento] commoda honestae missionis quanta sub Augusto fuerint, docet Dio 55, 23 (ἐψήφισθη τοῖς μὲν ἐκ τοῦ δορυφορικῶ πεντακισχιλίας δραχμᾶς, ἐπειδὴν ἑκατάδεκα ἔτη, τοῖς δὲ ἑτέροις τρισχιλίας, ἐπειδὴν εἴκοσι στρατεύσονται, δίδοσθαι); Caligula minuit (Suet. Calig. 44 commoda emeritae militiae — recidit). — undecima ac septima] septima Galbiana in Pannoniam (c. 86), undecima in Dalmatiam (3, 50) remissa est.*

tertiadecimani struere amphitheatra iussi. nam Caecina Cremonae, Valens Bononiae spectaculum gladiatorum edere parabant, numquam ita ad curas intento Vitellio, ut voluptatum oblivisceretur.

(68) Et *has* quidem partes modeste distraxerat: apud victores orta seditio ludicro initio, *ni* numerus caesorum invidiam belli traxisset. discubuerat Vitellius Ticini adhibito ad epulas Verginio. legati tribunisque ex moribus imperatorum severitatem aemulantur vel tempestivis conviviis gaudent; proinde miles intentus aut licenter agit. apud Vitellium omnia indisposita, temulenta, pervigiliis ac bacchanalibus quam disciplinae et castris propiora. igitur duobus militibus, altero legionis quintae, altero e Gallis auxiliariis, per lasciviam ad certamen luctandi accensis, postquam legionarius prociderat, insultante Gallo et iis qui ad spectandum convenerant in studia diductis, erupere legionarii in perniciem auxiliorum ac duae cohortes interfectae. remedium tumultus fuit alius tumultus. pulvis procul et arma aspiciabantur: conclamatum repente quartam decimam legionem verso itinere ad proelium venire; sed erant agminis coactores: agniti dempsere sollicitudinem. interim Verginii

1 Iussi (paulo supra lin. t add. 1m) cecina 1|2 ualen . 2 parabat (n superscr. 1m) 4 has add. Meiser (victas Haase): om. 5 ni add. Agricola: om. cesorum belli Meiser: bello (Vitellio Döderlein) traxisset Meiser: auxisset 7 seueritate 8 conuiuis perinde dett. 9 bachanalib; 10 propiorix (sic; corr. in propiora, ut videtur) 13 spectaculū uenerant (corr. in spectandu conuenerant 1m) deductis 13|14 perniciē 16 praelium

RITTER. — ad curas intento] 4, 2 nondum ad curas intentus. Ann. 4, 67 intentus olim publicas ad curas. cf. Dräger Synt. § 55.

68. Et *has quidem partes*] Othonianos sine ulla violentia separarat, ut narratur in c. praecedente: verum, unde minime expectares, apud Vitellianos ipsos orta seditio. *has* inserui, quia haec syllaba facilius excidere potuit quam *victas*; cf. 1, 8 Et *hic quidem Romae* — habitus animorum fuit. — invidiam belli traxisset] Sall. Cat. 43, 1 bellique gravissimi invidiam optumo consuli inponeret. Curtius 8, 5, 14 invidiam tali adulatione contraheres. Seditio et bellum inter se opponuntur; sensus enim est: „Seditio ludicro initio orta adusque bellum evaluit (Ann. 14, 58) numerusque caesorum (duae cohortes interfectae) invidiam belli male gesti contraxit.“ cf. Ann. 2, 15 qui ne bellum tolerarent, seditionem induerint, 16, 22 secessionem iam id et partes et, si idem multi audeant, bellum esse. Liv. 29, 31, 11 pluresque quam iusto saepe in bello

Carthaginienses caderent caperenturque. cf. etiam 1, 64 iurgia primum, mox rixa — prope in proelium exarsere. Liv. 2, 18, 2 cum per ludos — scorta raperentur, concursu hominum rixa ac prope proelium fuit parvaque ex re ad rebellionem spectare res videbatur. ibidem 40, 13 hinc ex certamine — seditio, deinde atrox proelium ortum. — indisposita] vox ante Tacitum non obvia; Dräger Synt. § 249, 2. — pervigiliis ac bacchanalibus] pervigilia, quamquam res sacra (cf. Ann. 15, 44) a corruptis posterioris aetatis moribus malam famam habebant ideoque pervigilia et bacchanalia synonyma esse coeperunt. WALTHER. — propiora] similliora, ut Ann. 1, 24: contumaciae propiores. Liv. 27, 17, 10: propior ex-cusanti — quam glorianti. — ad spectandum] certamen primo ludicrum duorum luctatorum, prorsus ut etiam nunc fit apud Britannos. — coactores] qui cogunt, claudunt agmen residuesque ut progrediantur adigunt; qua significatione (Nachtrab, arrière-garde) hoc v. vix

servus forte obvius ut percussor Vitellii insimulatur, et ruebat ad convivium miles mortem Verginii exposcens. ne Vitellius quidem, quanquam ad omnes suspiciones pavidus, de innocentia eius dubitavit: aegre tamen cohibiti qui exitium consularis et quondam ducis sui flagitabant. nec quemquam saepius quam Verginium omnis seditio infestavit: manebat admiratio viri et fama, set oderant ut fastiditi. (69) postero die Vitellius, senatus legatione quam ibi opperiri iusserat audita, transgressus in castra ultro pietatem militum conlaudavit, frementibus auxiliis tantum impunitatis atque arrogantiae legionariis accessisse. Batavorum cohortes, ne quid truculentius auderent, in Germaniam remissae, principium interno simul externoque bello parantibus fati. reddita civitatibus Gallorum auxilia, ingens numerus et prima statim defectione inter inania belli adsumptus. Ceterum ut largitionibus adfectae iam imperii opes sufficerent, amputari legionum auxiliorumque numeros iubet vetitis supplementis; et promiscuae missiones offerebantur. exitiabile id rei publicae, ingratum militi, cui eadem munia inter paucos periculaque ac labor crebrius redibant. et vires luxu corrumpabantur contra veterem disciplinam et instituta maiorum, apud quos virtute quam pecunia res Romana melius stetit.

(70) Inde Vitellius Cremonam flexit et spectato munere Caecinae insistere Bedriacensibus campis ac vestigia recentis victoriae lustrare oculis concupivit. foedum atque atrox spectaculum intra quadragensimum pugnae diem: lacera corpora, trunci artus, putres virorum equorumque formae, infecta tabo humus, protritit arboribus ac frugibus dira

3 omē (in marg. oīs 2m) dubitavit (b ex u corr. 1m) 4 flagitabant (b ex u corr. 1m) 5 quenquā 6 amiratio famas et (corr. 2m) 10 audirent 11 pa[paran]tib; (pr. pa del. 1m) 13 iam Agricola: tā 14 sufficerent (ent ex et corr. 1m) 15 promiscua emissiones offerebantur (tur ex t corr. 1m) 18 uirtutē (notam del. 1m) 21 lux rare ut videtur, corr. 1m 23 pugnē sed nota deleta

alibi reperies. — fastiditi] quippe quibus morem non gessisset imperium offerentibus. DUEBN. cf. 1, 8. 52. 2, 49. 51.

69. pietatem] quasi vero in illa seditione ipsum defendissent ac protexissent v. c. 68 interim Verginii servus forte obvius ut percussor Vitellii insimulatur. — externoque] Civilis tumultu, qui quarto libro narrabitur. — auxiliā] milites temporarii, iam domum remissi. — inania] „quae speciem magis terribilem haberent quam vim.“ Ea species est etiam in multitudine copiarum; et hac causa illa auxilia assumpta. ERN. Sic Ann. 2, 76: inania

famae. Agr. 6: inania honoris. — adfectae] ut adfecta corpora, id est, debilitata, quibus valida opponuntur. RUP. — amputari — numeros] singulariter dictum pro dimitti magnam partem militum singulis in cohortibus, non tamen ita, ut harum ipsarum numerus deminueretur; omnium enim remanebant numeri, qui nunc dicuntur Rahmen, cadres.

70. intra quadragensimum] quadraginta nondum dies praeterierant h. e. intra id temporis spatium, ubi putredo iam satis omnia penetraverat necdum evanuerant foedae reliquiae. WALTHER. — virorum equorumque formae]

vastitas. nec minus inhumana pars viae, quam Cremonenses lauru rosa-
que constraverant, extractis altaribus caesisque victimis regium in mo-
rem; quae laeta in praesens mox perniciem ipsis fecere. aderant Valens
et Caecina monstrabantque pugnae locos: hinc irupisse legionum agmen,
5 hinc equites coortos, inde circumfusas auxiliorum manus. iam tribuni
praefectique, sua quisque facta extollentes, falsa vera aut maiora vero
miscabant. volgus quoque militum clamore et gaudio deflectere via,
spatia certaminum recognoscere, aggerem armorum, strues corporum
intueri mirari; et erant quos varia sors rerum lacrimaeque et miseri-
10 cordia subiret. at non Vitellius flexit oculos nec tot milia insepulorum
civium exhorruit: laetus ultro et tam propinqua sortis ignarus instau-
rabat sacrum dis loci.

(71) Exin Bononiae a Fabio Valente gladiatorum spectaculum editur,
advecto ex urbe cultu. quantoque magis propinquabat, tanto corruptius
15 iter inmixtis histrionibus et spadonum gregibus et cetero Neronianae
aulae ingenio. namque et Neronem ipsum Vitellius admiratione celebra-
bat, sectari cantantem solitus, non necessitate, qua honestissimus quis-

1 inhumana (sic), unde humana ed. princ. 12 rosaque Döderlein: rosasq; (rosisque
dett.) 2 cesisq; 3 praesens permitiē aderat 5 cohortos 6 praefectiq;
8 aggeres Nipperdey, stragem Classen 9 fors lacrimaeq; 9 10 mīā 11 letus
iam L. Spengel propinq; 16 nanque admirationē sed nota deleta

Ann. 2, 24 ambiguis hominum et beluarum
formas. — inhumana] ob immanem et atro-
cem laetitiam inter tantae cladis civilis reli-
quias per viam Postumiam foede dispersas.
cf. 3, 83 inhumana securitas. — rosaque] cf.
Verg. Aen. 12, 68 mixta rubent ubi lilia multa
alba rosa. Prop. 1, 17, 22 tenera poneret
ossa rosa. — regium] effusi enim in tam ex-
aggeratam exultationem imitabantur veluti re-
ges (δεσπότης) Asianos. Iustinus 24, 3: Ar-
sinoῦ, praegressa virum, diem festum urbi —
indicit, domos, templa ceteraque omnia exornari
iubet, aras ubique hostiasque disponi. — mox
perniciem ipsis fecere] quae res 3, 32 sq. nar-
ratur. — legionum] Vitellianarum. — spatia
certaminum] quod paulo ante pugnae locos. —
aggerem armorum] Ann. 2, 18 miles in loco
proelii — struēque aggerem et in modum tro-
pacorum arma — imposuit. 22 congeriem ar-
morum. — strues corporum] cf. Plut. Oth. 14
νεῶν ὄντα παλαιῶν ἐπιδειξας διηγείτο μετὰ
τῆν μάχην ἐπελιῶν ἰδεῖν νεκρῶν σωρῶν τηλι-

κοῦτον, ὥστε τοὺς ἐπιπολῆς ἀπτεοῦσαι τῶν
ἀετῶν. — subiret] de numero singulari cf. 1,
76 manebat, 84 arma et animus sit et depo-
poscerit, 2, 78 videbatur. — exhorruit] ut ex-
tremesco, sic exhorresco et expavesco (c. 76)
accusativum admittit, quamquam Cicero per-
horresco, non exhorresco cum accusativo iun-
git. Liv. 8, 35, 11 ni tristitia edicta exhor-
ruisset. cf. Drüger Histor. Syntax der lat. Spr.
I² § 164. — laetus ultro] Suet. Vit. 10: Ab-
horrentes quosdam cadaverum tabem detestabili
voce confirmare ausus est: „Optime olere oc-
cisum hostem, et melius civem.“ Nec eo secius
ad leniendam gravitatem odoris plurimum meri
propalam hausit passimque divisit. „Detesta-
bilem illam sententiam silentio praetermissam
a Tacito mireris.“ RUP. Omisisse haec omnia
consulto videtur partim ut nimis atrociam, par-
tim ut pro historiae dignitate nimis humilia
atque putida.

71. corruptius] scil. luxu, ut c. 11 extr. —
ingenio] tota Neronianae aulae ratione luxu-

que, sed luxu et saginae mancipatus emptusque. ut Valenti et Caecinae
vacuos honoris menses aperiret, coartati aliorum consulatus, dissimulatus
Marci Macri tanquam Othonianarum partium ducis; et Valerium Mari-
num destinatum a Galba consulem distulit, nulla offensa, sed mitem et
iniuriam segniter laturum; Pedanius Costa omittitur, ingratus principi
5 ut adversus Neronem ausus et Verginii extimulator, sed alias protulit
causas; actaeque insuper Vitellio gratiae consuetudine servitii.

(72) Non ultra paucos dies quanquam acribus initiis coeptum men-
daciū valuit. extiterat quidam Scribonianum se Camerinum ferens,
Neronianorum temporum metu in Histria occultatum, quod illic clien-
10 telae et agri veterum Crassorum ac nominis favor manebat. igitur de-
terrimum quoque in argumentum fabulae assumpto volgus credulum et
quidam militum errore veri seu turbarum studio certatim adgregaban-
tur, cum pertractus ad Vitellium interrogatusque, quisnam mortalium
esset. postquam nulla dictis fides et a domino nosebatur condi-
15

1 cecinq; 3 ma marci matri sic, sed syll. ma deleta 8 ceptū 14 pertractus |
pertractus est Nipperdey

riosa et prodiga, ubi cotidie novae voluptates
excogitabantur. — luxu] dativus, cf. Sirkker
Tac. Formenlehre p. 19. — emptusque] „Dici
solet venditus emancipatusque; amarius est
emptus: quem luxus et sagina lenociniis eme-
rant ac suum fecerant.“ DUEBN. Omnino
efficacius haec dicta sunt quam gulae ac ventri
deditū. Ceterum nolim cum Rupertio pro-
bare Petersenii con. luxu et sagina emanci-
patus emptusque scilicet Neroni. — consulatus]
relati supra 1, 77. — dissimulatus] nulla pro-
sus eius mentione facta, quasi ab Othone
destinatus non fuisset. „De his coss. cf.
etiam 3, 37. 68 et 73. Dissimulatus autem
Marcus Macer et dilatus Valerius Marinus
Valenti et Caecinae, omissus Pedanius Costa
Caecilio Simplicii locum dedisse videntur.“
RYCK. Fasti consulares huius anni sic con-
stituendi sunt: Galba et Vinus d. 1—15. Ian-
uarii: Otho et Titianus d. 30. Ian. —
1 Mart.: Verginius et Pompeius Vopiscus
per m. Martium et Aprilem: Caelius et Fla-
vius Sabini per m. Maium et Iunium: Arrius
Antoninus et Marius Celsus per m. Iulium
et Augustum: Caecina et Valens per m.
Septembr. et Octobr.: Rosius Regulus Caeci-
nae suffectus per unum d. 31. Octobr. (Hist.
3, 37): Caecilius Simplex et Quintius Atticus

per m. Novembr. et Decembr. Consules igitur
hoc anno fuere XV. Ceterum ordo eorum
non satis certus, cf. Ios. Klein Fasti Consulares
p. 41 sq. — ausus] „audere“ saepe absolute
dicitur, cf. Nipperdey ad Ann. 4, 59 neque
ausurum contra Scianum. Gerber et Greef Lex.
Tac. s. v. audeo c).

72. Scribonianum] „Lucis aliquid huic loco
adfudit Dio 63, 18: ἐν δὲ τῇ ᾿Ρώμῃ κατὰ
τὸν αὐτὸν χρόνον ὁ Ἥλιος (pessimum illud
Neronis mancipium) ἄλλα τε πολλά καὶ δεινὰ
εἰργάσατο, καὶ Σουλπίκιον Καμερίνον, ἄνδρα
τῶν πρώτων, μετὰ τοῦ υἱοῦ ἀπέκτεινε. Li-
cet igitur conicere Getam istum ex illa clade
profugum se esse mentitum, ut magno no-
mine insignis res novas moliretur.“ WALTH.
Ceterum Scriboniani e Crassorum mox me-
morum erant familia. cf. 4, 39. — argu-
mentum fabulae] le sujet. Quintil. 5, 10, 9:
Argumentum scenarum compositae argu-
menta dicuntur cet. et 2, 4, 2: argumen-
tum, quod falsum, sed vero simile, comoediae
fingunt. Recentior forsitan scripsisset in actio-
nem fabulae (comoediae). Louandre: pour sou-
tenir son rôle. — errore veri] = ignorantia
veri: de rariose usu genetivi obiectivi cf.

cione fugitivus nomine Geta, sumptum de eo supplicium in servilem modum.

(73) Vix credibile memoratu est, quantum superbiae socordiaeque Vitellio adoleverit, postquam speculatores e Syria Iudaeaque adactum in verba eius Orientem nuntiavere. nam etsi vagis adhuc et incertis auctoribus, erat tamen in ore fama Vespaianus ac plerumque ad nomen eius Vitellius excitabatur: tum ipse exercitusque, ut nullo aemulo, saevitia libidine raptu in externos mores proruperant. (74) at Vespaianus bellum armaque et procul vel iuxta sitas vires circumspicebat. 10 miles ipsi adeo paratus, ut praeceuntem sacramentum et fausta Vitellio omnia precantem per silentium audierint; Muciani animus nec Vespaiano alienus et in Titum pronior; praefectus Aegypti *Ti. Alexander* consilia sociaverat; tertiam legionem, quod e Syria in Moesiam transisset, suam numerabat; ceterae Illyrici legiones secuturae sperabantur; 15 namque omnis exercitus flammaverat adrogantia venientium a Vitellio militum, quod truces corpore, horridi sermone ceteros ut in pares iridebant. sed in tanta mole belli plerumque cunctatio; et Vespaianus modo in spem erectus, aliquando adversa reputabat: quis ille dies foret, quo sexaginta aetatis annos et duos filios iuvenes bello permetteret?

1 servile 3 socordiae; 7 emulos (s. del. 1m) 8 proruperunt *Nipperdey* 9 sitas vires in rasura, sed 1m 11 omnia (omina *Lipsius*) precantē 12 egypti *Ti. add. Ursinus* 13 e *Lipsius*: de siria 14 sua illirici 15 nanq; omis 17 Iniant a mole 18 aduersare putabat (*corr. 2m*)

Dräger Synt. § 68. — in servilem modum] cruce, cf. Ann. 3, 50. 15, 60. 2, 32.

73. speculatores] qui nuntiorum sive tabellariorum munere in militia fungebantur. Suet. Cal. 44: magnificas Romam litteras missi monitis speculatoribus, ut vehiculo ad forum usque et curiam pertenderent nec nisi in aede Martis ac frequente senatu consulibus traderent. — excitabatur] ex torpore et inertis luxu, quibus indulgebat. RUP. — in externos mores] Hoc est ipse cum militibus coepit agere externorum regum more, qui non legibus, sed ut libitum regnant. WALTHER. cf. Curtius 6, 2, 2: omnia in externum lapsa morem. — proruperant] cf. c. 5 aboleverat. de eodem plusquamperfecti usu *Theodor Vogel* in III. editione Q. Curti Rufi 1885 p. 39 § 102 disserit.

74. omnia] *Freinshemius* corrigit omnia. Verbum precari me impedit, quo minus satis probem. Precando bene ominamur et omnia

facimus: sed non precamur omnia, ut opinor. ERN. cf. *Huschke Anal.* ad Tib. II. p. 699. Male omnia praetulit *Walther* et *Bach*; quin Med. compendium clare significat omnia, uti recte edidit etiam *Duebner*. Est quasi formula: „fausta, quaecunque sperari atque expecti possunt.“ Sic Liv. 24, 16, 10: bona omnia populo Romano Gracchoque ipsi precarentur. cf. infra 4, 49 laeta — omnia et exempla ab *Heraeo* collecta. — tertiam legionem — suam numerabat] cf. c. 85: tertia legio exemplum ceteris Moesiae legionibus praebuit. — truces corpore, horridi sermone] exspectes potius corpore horridi, truces sermone (4, 42 truci oratione), at cf. Cic. or. § 20 aspera tristi horrida oratione. — in Titum pronior] cf. c. 5—7. — *Ti. Alexander*] cf. 1, 11. — sexaginta aetatis annos et duos cet.] *Pichena* suspicabatur sexagesimo aetatis anno se et duos; hoc vulgare, illud exquisitum atque elegans. (*Suetonius*

esse privatis cogitationibus progressum, et prout velint, plus minusve sumi ex fortuna: imperium cupientibus nihil medium inter summa aut praecipitia. (75) versabatur ante oculos Germanici exercitus robur, notum viro militari: suas legiones civili bello inexpertas, Vitellii victrices, et apud victos plus querimoniarum quam virium. fluxam per discordias 5 militum fidem et periculum ex singulis: quid enim profuturas cohortes alasque, si unus alterque praesenti facinore paratum ex diverso praemium petat? sic Scribonianum sub Claudio interfectum, sic percussorem eius Volaginium e gregario ad summa militiae provectum: facilius universos inPELLI quam singulos vitari. (76) his pavoribus nutantem et alii 10 legati amicique firmabant et Mucianus post multos secretosque sermones iam et coram ita locutus: „omnes, qui magnarum rerum consilia susci-

1 regressum *Lipsius*, post progressum addunt regressum *Io. Müller*, et regressum *Weisenborn*, esse regressum *Heraeus* 2 nichil suma 3 precipitia 6 fides (s. del. 1m) 7 alterve *Wurm* presenti facinore deterior: facinora (facinori ceteri) exidiuso (i post ex del. 1m) 8 alt. sic del. *Eussner* 11 multos ex multa corr. 1m 12 coronam] (amicis coram *Freinsheim*, coram amicis *Ritter*) Omis

Vesp. 2: *Vespaianus natus est* — XV. Kal. Decembr. vesperi Q. *Sulpicio Camerino*, C. *Poppaeo Sabino* consulibus quinquennio ante quam *Augustus* excederet, id est a. u. 762, p. Chr. 9, quem quidem numerum ubi detraxeris ab eo anno, qui hic describitur a. u. 822, p. Chr. 69, accipies annum aetatis sexagesimum. BACH.) — progressum] substantivum, quod sequentibus exponitur, quasi dictum esset „progressum et, si velis, regressum.“ Ob adiecta non opus erat plura dici quam progressum. DUEBN. Re vera de progrediendo tantum agitur. sensus enim est: privata commoda petentibus plus minusve progredi licet; prout volunt, aut summam fortunam concupiscunt aut in mediocri acquiescunt: imperium cupientibus nihil medium relinquitur: aut imperandum aut pereundum. progressus igitur = gradus progrediendi, Germanice *Abstufungen*.

75. viro militari] *Suetonius* Vesp. 4 refert numerum ingentem expeditionum, quibus ante hoc bellum interfuerat aut praefuerat *Vespaianus*. DUEBN. — unus alterque] frequentius sane est unus alterve, at cf. dial. 21 in una et altera orationumcula. — *Scribonianum*] *Camillum* sub Claudio. cf. 1, 89. Ann. 6, 1.

12, 52. Suet. Claud. 13. 35. Dio 60, 15. qui diversa de eo tradit: ὁ μὲν — ἔφυγε καὶ ἐξ τῆν Ἰσσαν τὴν νῆσον ἐλθὼν ἐνταῦθα ἐκούσιος ἀπέθανεν. — sic percussorem] posterior sic habet quod offendant, quia speciem praebet, quasi duo diversa exempla proferantur. sed utrumque sic ad ea quae dixit referri potest. explices enim: sic scil. unius facinore — sic scil. praemio ex diverso parato. — inPELLI] scil. ad seditionem.

76. coram] Coram est palam, multis audientibus et quasi in publico. cf. Ann. 6, 8 spectamus porro, quae coram habentur. WALTHER. — omnes, qui] principium orationis simile est *Sallustianae* in *Catil.* c. 51: omnis homines, patres conscripti, qui de rebus dubiis consultant, cet. cf. eiusdem epistula *Mithridatis* in fragm. Hist.: omnes, qui secundis rebus suis ad belli societatem orantur, considerare debent, cet. RITTER. ceterum tota oratio ad praecepta rhetorica conformata est, cf. *Anaximenis* ars rhet. 1: τὸν μὲν προτρέποντα χρῆ δεικνύειν ταῦτα, ἐφ' ἃ παρακαλεῖ, δίκαια ὄντα καὶ νόμιμα καὶ συμφέροντα καὶ καλὰ καὶ ἡδέα καὶ ῥάδιτα πραγμῆται. εἰ δὲ μή, δυνάτ' τε δεικτέον, ὅταν ἐπὶ δυσχερῆ παρακαλῆ, καὶ ὡς ἀναγκαῖα ταῦτα ποιεῖν

piunt, aestimare debent, an quod inchoatur rei publicae utile, ipsis gloriosum, promptum effectu aut certe non arduum sit; simul ipse qui suadet considerandus est, adiciatne consilio periculum suum, et si fortuna coeptis adfuerit, cui summum decus adquiratur. ego te, Vespasiane, ad imperium voco, quam salutare rei publicae, quam tibi magnificentum, iuxta deos in tua manu positum est. nec speciem adulantis expaveris: a contumelia quam a laude propius fuerit post Vitellium eligi. non adversus divi Augusti acerrimam mentem nec adversus cautissimam Tiberii senectutem, ne contra Gai quidem aut Claudii vel Neronis fundatam longo imperio domum exurgimus; cessisti etiam Galbae imaginibus: torpere ultra et pollendam perdendamque rem publicam relinquere sompno et ignavia videretur, etiam si tibi, quam inhonesta, tam tuta servitus esset. abiit iam et transvectum est tempus, quo posses videri concupisse: confugiendum est ad imperium. an excidit trucidatus

1 Inchoatur *sed* *ri* in *r* corr. 2m 2 promptum *L. Spengel et Nipperdey*: aut promptum (aut) ac *Pluygers*, an *Olassen* effectū aut n̄ certe n̄ 4 coeptis adfuerit *Cornelissen* 5 quam salutare *Io. Müller*: tanquā salutare 9 tyberii 11 torpore perdendaq; RP. 12 sopore (corr. 1m) 14 non cupisse *Ruperti et Madvig*

ἐστίν. — aestimare debent, an] cf. 4, 81 *aestimari a medicis iubet, an — superabiles fuerunt. Dräger Synt. § 153, 1. — considerandus est] inde ad sequentia supple considerandum est. — si fortuna — adfuerit] cf. 3, 46 adfuit — fortuna populi Romani, 5, 21 aderat fortuna aliosque locos apud Gerber et Greef Lex. Tac. p. 47. — quam salutare — in tua manu positum est] cf. 1, 29 *sectus dies agitur, commilitones, ex quo ignarus futuri — Caesar adscitus sum. quo domus nostrae aut reipublicae fato, in vestra manu positum est. Cic. ep. ad fam. 8, 6, 1 quam velis eum obligare, in tua manu est. Sall. Iug. 31, 5 id frustra an ob rem faciam, in vestra manu situm est. — nec expaveris] cf. 1, 84 nec — audiat. de expavesco cum accusativo cf. c. 70 *exhorruit. Dräger Synt. § 40 a. — a contumelia cet.] Aliquanto mitius dictum quam „propemodum contumelia fuerit, non laus“, vel „contumeliae propius quam laus.“ Duebner explicat: „magis fuerit non contumelia quam laus;“ sed exquisitior Taciti φράσις. cf. Hist. 1, 10: *Mucianus tam prope ab exule fuit quam postea a principe. — imaginibus] nobilitati, quod praeter aliquot expeditiones prosperas, prope unum erat meritum Galbae.****

— transvectum est tempus] dictio tropica a navi ad tempus translata, ut *transvecta aestas. Agr. 18. RUPERTI.* ita nemo praeter Tacitum locutus esse videtur, sed adposite Walch contulit Hor. Sat. 2, 2, 83 *Sive diem festum rediens advezerit annus. Bötticher Lex. Tac. — videri concupisse] „nunc, utpote non ignobilior Vitellio, necessario videberis cupisse imperium, poteras non videri, cum generosioris originis viri illud tenerent. Hoc tempus praeterit et periculum haud dubium imminet tibi a Vitellio; unicum eius effugium, imperium si capias ipse.“ DUEBN. Vis argutae huius sententiae inest in v. *videri* „dumtaxat“. Quo nemo porro praeferat *videri non cupisse*, Walther sic παραφράζει: *videri concupisse* opponitur sententiae, quam intelligendam Mucianus relinquit. Volebat dicere: „Abiit tempus quo posses videri concupisse: nam eo usque nunc rerum profectus es, ut nemo dubitet te re vera concupiscere, ut non possis falsam arguere speciem et suspicionem. Nihil iam aliud tibi reliquum est, quam ut confugas ad imperium.“ (Il est passé, il est loin de nous, ce temps où tu pouvais paraître ambitionner l'empire. Il faut te réfugier dans la souveraine puissance. Louandre).*

Corbulo? splendidior origine quam nos sumus, fateor, sed et Nero nobilitate natalium Vitellium anteibat. satis clarus est apud timentem quisquis timetur. et posse ab exercitu principem fieri sibi ipse Vitellius documento, nullis stipendiis, nulla militari fama, Galbae odio proventus. ne Othonem quidem ducis arte aut exercitus vi, sed praepropera ipsius desperatione victum, iam desiderabilem et magnum principem fecit, cum interim spargit legiones, exarmat cohortes, nova cotidie bello semina ministrat. si quid ardoris ac ferociae miles habuit, popinis et comissionibus et principis imitatione deteritur. tibi e Iudaea et Syria et Aegypto novem legiones integrae, nulla acie exhaustae, non discordia corruptae, sed firmatus usu miles et belli domitor externi; classium alarum cohortium robora et fidissimi reges et tua ante omnis experientia. (77) nobis nihil ultra adrogabo, quam ne post Valentem et Caecinam numeremur. ne tamen Mucianum socium spreveris, quia aemulum non experiris. me Vitellio antepono, te mihi. tuae domui triumphale nomen, duo iuvenes, capax iam imperii alter, et primis militiae annis apud Germanicos quoque exercitus clarus. absurdum fuerit non cedere imperio ei, cuius filium adoptaturus essem, si ipse imperarem. ceterum inter nos non idem prosperarum adversarumque rerum ordo erit. nam

1 splendidior ex splendiori corr. 1m 4 nullis] nulli 5 exercitus vi *Rhenanus*: exercitu sui propropera *sed* corr. 1m 8/9 comissionibus 9 tibi] Iudaea 11 corrupte ex corrupta corr. 1m domito rex terni (corr. 2m) 12 omis (omnia *Ruperti*) 13 nihil postulantē (corr. 3m) cecinam

cf. etiam Iosephus b. I. 4, 10, 4: Τῶ δὲ (Ούεσπασιανῶ) φροντὶς μὲν ἦν πάλαι περὶ τῶν ὄλων, οὗτοι γὰρ μὴν αὐτὸς ἄρχειν προήρητο, τοῖς μὲν ἔργοις αὐτὸν ἄξιον ἠγούμενος, προκρίων δὲ τῶν ἐν λαμπρότητι κενδύων τῶν ἐν ἰδιώταις ἀσφάλειαν. — Corbulo] De Corbulonis, fortissimi ducis, nece a Nerone imperata narrat Dio 63, 17. Eum sero poenituit „pepercisse tali citharoedo.“ — Galbae odio] „odio militum adversus Galbam.“ DUEBN. — ne Othonem quidem] negatio cum participio tantum iungenda est = *vel Othonem non victum.* cf. c. 63 *nec ullis — probationibus. — novem legiones] in Iudaea tres (V. Macedonica, X. Fretensis, XV. Apollinaris), in Syria quattuor (IV. Scythica, VI. Ferrata, XII. Fulminata, III. Gallica, cf. c. 74 tertiam legionem, quod e Syria in Moesiam transisset, suam numerabat), in Aegypto duae (III. Cy-*

renaica, XXII. Deiotariana). — classium] cf. c. 4 *classes.* memoratur CLASSIS SYRIACA. Inscr. m. Lat. N. 3605. *Inscr. de Morie. II. p. 50. N. 167. Hase Rapport sur les Inscr. d'Afrique N. 27. Imprimis cf. c. 83: classem e Ponto Byzantium adigi iusserat. — ante omnis] „qua omnibus antecellis.“ cf. Curtius 6, 6, 19 *ante omnes maestas, 7, 1, 3 ante omnes amicus.**

77. triumphale nomen] Suet. Vesp. 4: *Claudio principe — in Britanniam translatus tricis cum hoste conflixit; — quare triumphalia ornamenta et in brevi spatio duplex sacerdotium accepit. — apud Germanicos] tunc, cum Vespasianus legatus legionis in Germaniam missus esset. Suet. ibid. Idem Tit. 4: *Tribunus militum (septimum et vicesimum annum agens) et in Britannia**

si vincimus, honorem quem dederis habebō: discrimen ac pericula ex aequo partiemur. immo, ut melius est, tu tuos exercitus rege, mihi bellum et proeliorum incerta trade. acriore hodie disciplina victi quam victores agunt. hos ira odium ultionis cupiditas ad virtutem accendit: illi per fastidium et contumaciam hebescunt. aperiet et recludet con-
5 tecta et tumescentia victricium partium volnera bellum ipsum. nec mihi maior in tua vigilantia parsimonia sapientia fiducia est quam in Vitellii torpore inscitia saevitia. sed meliorem in bello causam quam in pace habemus: nam qui deliberant, desciverunt.“ (78) post Muciani oratio-

2 partiemur a (Puteolanus): patiemur tu tuos Th. Kiessling: tuos (tu hos a (Puteo-
lanus), tu tutus Nipperdey, tu tuto Heraeus; immo tu melius ex tuto exercitus reges Haase)
3 praeliorum 5 contumacia habescunt 5/6 contactā (notam del. 1m) 8 seuitia
9 desciverunt (= desciverunt)

meruit. — si vincimus — habebō] de tem-
pore praesenti cf. Sall. Cat. 58, 9 si vinci-
mus, omnia nobis tuta erunt. Liv. 23, 5, 15
si — fidem habetis, — sentiet. Cornelius Ne-
pos Ep. 4, 3 nisi id — facis, ego te tradam.
Dräger Hist. Synt. I² § 139. — discrimen
ac pericula] Haec voce. haud raro iunguntur.
cf. 1, 83 discrimine urbis et periculo senatus.
Cic. Phil. 7, 1: Adducta est — res in maxi-
mum periculum et extremum paene discrimen.
Liv. 3, 18, 3: periculum ipsum discrimenque
— id poscere. — partiemur] partiemur cum
Puteolano scripsi, quia prosperarum adversarumque rerum ordo constituitur partiendo, non
patiēdo, et pericula non tam patimur quam
adimus, suscipimus, sustinemus. aliter enim
dictum est apud Sall. Jug. 44 neque periculi
neque laboris patiens. cf. Ovid. met. 5, 565
Iuppiter ex aequo volentem dividit animum.
Verg. Aen. 11, 510 mecum partire laborem. —
tu tuos] pronomen tu propter oppositum mihi
necessarium; item pronomen tuos Vespasiani,
viri militaris, quem milites maximi faciebant,
nomini eximie convenit, ut Tacitum scripsisse
arbitrer tu tuos exercitus. Hist. 3, 2 vos,
quibus fortuna in integro est, legiones conti-
nente: mihi expeditae cohortes sufficient. TH.
KIESSLING. male ex tuto vel tutus scripserunt,
quo Mucianus Vespasianum, quamvis leviter,
ignaviae argueret. pronomen tu fortasse non
necessarium est. similiter enim scribit Xeno-
phon Anab. 3, 4, 41 ἀλλά, εἰ βούλει, μένε
ἐπὶ τῷ στρατεύματι, ἐγὼ δ' ἐθέλω πορεύε-
σθαι. cf. Krüger ad h. l. — hos — illi] pro-

nomen hos pertinet ad victos, qui propius iam
Vespasianum attingunt. TH. KIESSLING. —
aperiet et recludet] Demosthenes Philipp. 1.
44: εὐρήσει τὰ σαφῆ τῶν ἐκείνου πραγμά-
των αὐτὸς ὁ πόλεμος. Liv. 28. 44, 8 multa,
quae nunc ex intervallo non apparent, bellum
aperiet. Lipsius confert Demosth. Olynth.
2, 21 ὡσπερ γὰρ ἐν τοῖς σώμασιν — ἐπειδὴν
δ' ὄμορος πόλεμος συμπλακῆ, πάντ' ἐποίησεν
ἐκδηλα. — tumescentia] τὰ ὕπουλα. Tumor
elegantem et proprie de vulneribus nondum
sanatis et erupturis mox dicitur apud Cice-
ronem et alios. ERN. — parsimonia] quae in
Vespasiano sane ad avaritiam accedebat.
Lipsio (haud feliciter acrimonia suspicanti)
atque Ernestio suspectum erat vocabulum.
At vero insanae Neronis et Vitellii prodigi-
gentiae opponitur vera laus. Dio 65, 9:
συνέλεγε χρήματα, ὧν που καὶ τὰ μάλιστα
ἐχρηζε. addit Walther: „Mucianus infra
c. 84 eos esse belli civilis nervos. virtutes
singulas non opponit singulis vitis, sed in
universum dicere vult non sibi maiorem in
Vespasiani virtutibus fiduciam esse quam in
Vitellii vitis. oratorie singula laudat, quibus
uterque erat eximius. Ruperti pro saevitia
Vitellii substituit sagina, ut ita singula sin-
gulis respondeant. at tum sapientia etiam erit
ponenda ante parsimoniam.“ non minus in-
feliciter Ritter suspicatus est: parsimonia san-
guinis. — qui deliberant, desciverunt] Similiter
exhortatur Galbam T. Vinus apud Plut. G.
4: ὃ Γάββα, τίνα τρόπον βουλευέσθε; τὸ
γὰρ ζῆτεῖν, Νέρωνι εἰ πιστοὶ μενοῦμεν, οὐκ

nem ceteri audentius circumsistere hortari, responsa vatum et siderum
motus referre. nec erat intactus tali superstitione, ut qui mox rerum
dominus Seleucum quendam mathematicum rectorem et praescium palam
habuerit. recursabant animo vetera omina: cupressus arbor in agris
eius conspicua altitudine repente prociderat ac postera die eodem ve-
5 stigio resurgens procerā et latior virebat. grande id prosperumque con-
sensu haruspicum et summa claritudo iuveni admodum Vespasiano pro-
missa. sed primo triumphalia et consulatus et Iudaicae victoriae decus
inplesse fidem ominis videbatur: ut haec adeptus est, portendi sibi im-
perium credebat. est Iudaeam inter Syriamque Carmelus: ita vocant 10
montem deumque. nec simulacrum deo aut templum (sic tradidere ma-
iores): ara tantum et reverentia. illic sacrificanti Vespasiano, cum spes
occultas versaret animo, Basilides sacerdos inspectis identidem extis

1 audientius (notam del. 1m) 3 praesciū 4 omina Rhemanus: omnia 6 laetior
Triller 6/7 cōsensū (notam supra u del. 1m) 8 Iudaeā 9 hominis videbantur
dett. 10 est] & (= et) Iudaeā 11 dīm; dō 12 ara tantum et reverentia
Agricola: aram tantum et reverentiam

ἤδη μερόντων ἐστίν. cf. Agr. 15: iam ipsos,
quod difficillimum fuerit, deliberare: porro in
eiusmodi consiliis periculosius esse deprehendi
quam audere. Cic. off. 3 § 37 in ipsa enim
dubitatione facinus inest, etiam si ad id non
pervererint.

78. responsa vatum] cf. 1, 10. 2, 4. —
praescium] Praetulit nobile vocabulum humili
harioli. — recursabant animo] cf. Verg. Aen.
4, 3 multa viri virtus animo — recursat. —
vetera omina] cf. Curtius 3, 3, 6 vetera quo-
que omina, ut fere, sollicitudo revocaverat. —
latior] Triller volebat laetior, quia Suet. Vesp.
5 de eodem portento viridior ac firmior re-
surrexit. Verum Tacitus exprimere voluit Gr.
ἀμφιλαφεστέρα. cf. etiam Dio 66, 1. Tril-
leri coniectura firmatur Curtii loco 6, 5, 14
laetiores virent trunci. — haruspicum] Cogita
non de publicis (Inscr. m. Lat. NN. 2292.
2299), sed de iis, qui disciplinam suam per
municipia et colonias exercebant, ut est
HARUSPEX COLONIAE Inscr. m. Lat. N. 2300. —
triumphalia] 4, 4 triumphalia de bello civium
data. Agr. 40 triumphalia ornamenta. Ann.
1, 72 triumphalia insignia. — consulatus]
Suet. Vesp. 4: (sub Claudio a. u. 804 p. Ch.
51) consulatum, quem gessit per duos novissi-
mos anni menses. — videbatur] de numero
singulari cf. c. 70 subiret, 1, 76 manebat. —

Iudaeam inter] de anastrophe praepositionis
cf. Dräger Synt. § 225, 3. — Carmelus] mons
continuus Antilibano (südwestliche Fortsetzung
Forbiger Geographie II. p. 678), haud con-
fundendus cum cognomine monte in litore oc-
cidentalī maris mortui sive lacus Asphaltitae;
hic in tribu Iuda, ille celebrior in tribu
Ascher. De cultu dei Carmeli cf. Baum-
garten-Crusius ad Suet. Vesp. 5, qui accedit
Bosio rato fuisse superstitionem Iudaeorum
ad imitationem sacrorum in templo Hieroso-
lymitano institutam et corrupto tempore rei
publicae Iudaicae sancte observatam. Sed
novam rationem iniiit sagacissimus Hitzig,
collega meus coniunctissimus, Urgeschichte und
Mythologie der Philistiner. Leipzig 1845. p. 285
seqq., qui demonstratū ivit „esse hoc anti-
quum Philistaeorum numen, et quidem pro-
babiliiter idem atque Civism, deum videlicet
belli, bellicae fortunae, omnis fortunae (p. 294);
nullo igitur modo coniungi posse cum ipso
Iehovae cultu.“ Eaque dei species bellica
egregie congruit cum Vespasiani consilio bel-
lum incipiendi. — ara tantum et reverentia]
5, 5 Iudaei mente sola unumque numen intel-
legunt. Germ. 9 secretum illud, quod sola
reverentia vident. — Basilides] alius a Basi-
lide Aegyptio 4, 82. — inspectis — extis]
Extispicium sane prorsus alienum a religione

„quicquid est“, inquit, „Vespasiane, quod paras, seu domum extruere seu prolatere agros sive ampliare servitia, datur tibi magna sedes, ingentes termini, multum hominum.“ has ambages et statim exceperat fama et tunc aperiebat, nec quidquam magis in ore volgi; crebriores apud ipsum sermones, quanto sperantibus plura dicuntur. (79) haud dubia destinatione discessere, Mucianus Antiochiam, Vespasianus Caesaream: illa Syriae, hoc Iudaeae caput est.

Initium ferendi ad Vespasianum imperii Alexandriae coeptum, festinante Tiberio Alexandro, qui kalendis Iuliis sacramento eius legiones adegit. isque primus principatus dies in posterum celebratus, quamvis Iudaicus exercitus quinto nonas Iulias apud ipsum iurasset, eo ardore, ut ne Titus quidem filius expectaretur, Syria remeans et consiliorum inter Mucianum ac patrem nuntius. cuncta impetu militum acta, non parata contione, non coniunctis legionibus. (80) dum quaeritur tempus locus, quodque in re tali difficillimum est, prima vox, dum animo spes timor, ratio casus obversantur, egressum cubiculo Vespasianum pauci milites, solito adsistentes ordine ut legatum salutaturi, imperatorem sa-

1 quiequit 4 fama ex iama corr. 1m 7 suriē hoc in hec corr. 2m, unde haec
dett. Iudeg capud 8 ferendi auespasiānū cēptū 9 tib cum lineola in littera b
kl cum lin. in litt. 1 11 .u. nōn Iulii 14 contione Agricola: cognitione queritur
17 adsistentes Pichena: adsistent

Iudaica, quoniam uno dumtaxat loco in Veteri Testamento memoratur et quidem de rege extero. Ezechiel 21, 21: *Stetit rex Babylonis in bivio, in capite duarum viarum, divinationem quaerens, commiscens sagittas, interrogavit idola, exta consuluit.* (*Beschauet die Leber.* Arnheim.)

79. illa — hoc] cf. Nipperdey ad Ann. 1, 49 illud. — Iudaeae caput] Hinc in nummis prima, item paullo post metropolis appellatur. Eckhel D. N. III. p. 433. OBERL. Caput vocatur ut sedes procuratorum Romanorum. Infra 5, 8 ex Iudaeorum ratione loquitur. DUEBN. — initium — coeptum] cf. 1, 39 initio — orto. — festinante Tiberio] Contra Iosephus b. I. 4, 10, 6 Ti. Alexandrum prius per epistolam a Vespasiano iam principe salutato esse admonitum scribit. OBERL. — primus principatus dies] dies ille natalis imperii decore dictus. Spartianus Hadr. 4: *Tertium iduum earundem quando et natalem imperii statuit celebrandum.* LIPS. — quinto nonas Iulias] die 3. m. Iulii. Suetonius Vesp.

6 quinto idus Iulias (d. 11. m. Iul.) id factum esse scribit. Veriorem Taciti rationem esse omnes consentiunt et demonstravit Pagius Crit. Baron. ad a. Chr. 79. Ernestius etiam in contextum recepit Nonas. Sed error videtur Suetonii esse, non librariorum. cf. c. 81: *ante idus Iul. Syria omnis in eodem sacramento fuit.* — Syria remeans] de omissa praepositione cf. Nipperdey ad Ann. 2, 69 Aegyptio remeans. — impetu militum] Ioseph. b. I. 4, 10, 4: ἀναγορεύουσι τὸν Οὐέσπασιανὸν αὐτοκράτορα. — ἀρνούμενῳ δὲ μᾶλλον οἱ ἡγεμόνες ἐπέκειντο καὶ περιγυδέντες οἱ στρατιῶται ξιφῆρεις ἀναρεῖν αὐτὸν ἡπέλουον, εἰ μὴ βούλοιοτο ζῆν ἀξίως. „Nolim negare Iosephum audisse minacia militum aliquot verba: sed has minas fuisse causam suscepti a Vespasiano imperii absurdum est credere. Scilicet non licebat Iosepho sub Vespasiano eiusque liberis aliter scribere.“ RYCK. — non parata contione] Ann. 11, 35 incensumque et ad minas erumpentem castris infert, parata contione militum.

lutavere. tum ceteri adcurrere, Caesarem et Augustum et omnia principatus vocabula cumulare. mens a metu ad fortunam transierat. in ipso nihil tumidum, adrogans aut in rebus novis novum fuit. ut primum tantae altitudinis obfusam oculis caliginem disiecit, militariter locutus laeta omnia et affluentia excepit. namque id ipsum opperiens Mucianus alacrem militem in verba Vespasiani adegit. tum Antiochensium theatrum ingressus, ubi illis consultare mos est, concurrentes et in adulationem effusos adloquitur, satis decorus etiam Graeca facundia omniumque, quae diceret atque ageret, arte quadam ostentator. nihil aequae provinciam exercitumque accendit quam quod adseverabat Mucianus statuisset Vitellium, ut Germanicas legiones in Syriam ad militiam opulentam quietamque transferret, contra Syriacis legionibus Germanica hiberna caelo ac laboribus dura mutarentur. quippe et provinciales sueto militum contubernio gaudebant, plerique necessitudinibus et propinquitatibus mixti, et militibus vetustate stipendiorum nota et familiaria castra in modum penatium diligebantur. (81) ante idus Iulias Syria omnis in eodem sacramento fuit. accessere cum regno Sohaemus haud spernendis

1 ceteri oīa 3 nichil 4 tante altitudinis Triller: multitudinis | (sic), mutationis lo. Fr. Gronovius 5 oīa nanq; 7 illi 8 greca 9/10 prouinciā sed
ā ex q corr. 1m 10 quanquod 12 hiberna Rhenanus: hiberno 16 Id Iuli. cum
lin. in litt. d et l oīs

80. mens — transierat] „Spectant haec ad superiora, quae leguntur initio capitis. Qui quaerebant tempus locumque, intelligendi sunt imprimis amici Vespasiani (c. 76), quorum erat transferre ad eum imperium. Hi dum adhuc haesitant, res inopinata evenit, illa paucorum militum salutatio. Qua audita alacriter cuncti accurrunt et omnia principatus vocabula in illum cumulant; nam mens ipsis a metu ad fortunam transierat.“ WALTH. — ad fortunam] ad fiduciam, qualis solet esse a fortuna. ERN. — tantae altitudinis obfusam oculis caliginem] cf. Liv. 26, 45, 3 quidam stantibus scalis, cum altitudo caliginem oculis offudisset, ad terram delati sunt. 2, 40, 3 tanta offusa oculis animoque religione. Curtius 7, 6, 22 oculis caligine offusa. Ovid. Trist. 1, 3, 13 hanc animi nubem dolor ipse removit. — militariter] significat orationem eius castrensem horridioremque fuisse, non cultam forensi aut urbano more. LIPS. De eloquentia militari brevissimum hoc praeceptum dat Tacitus. II.

Quintilianus 11, 1, 32: *Simpliciora militares decent*, ubi Spaldingius: „simpliciora hic accipio non quidem de animo, sed de artificii rhetorici masculo quodam neglectu.“ — affluentiā] multos gratos nuntios ab iis, qui ubique eius partes amplexi erant. — ubi illis consultare mos est] ut aliis Graecis. Cic. pro Flacco 7 § 16 de Graecis: *Cum in theatro imperiti homines, rerum omnium rudes ignarique, conederant, tum bella inutilia suscipiebant, tum seditiosos homines rei publicae praeficiebant, tum optime meritis civis e civitate eiciebant.* Frontinus Strateg. 3, 2, 6: *Alcibiades — disseruit in theatro, ubi ex more Graecorum locus consultationi praebebatur.* Iustin. 22, 2, 10 *populum in theatrum ad contionem vocari iubet.* — statuisset Vitellium] cf. Suet. Vesp. 6 *simul rumor dissipatus destinasse victorem Vitellium permutare hiberna legionum et Germanicas transferre in Orientem ad securiorem mollioremque militiam.*

81. Sohaemus] rex Sophenes (Ann. 13, 7),

viribus, Antiochus vetustis opibus ingens et inservientium regum ditissimus. mox per occultos suorum nuntios excitus ab urbe Agrippa ignaro adhuc Vitellio celeri navigatione properaverat. nec minore animo regina Berenice partes iuvabat, florens aetate formaque et seni quoque Vespasiano magnificentia munerum grata. quidquid provinciarum adluitur mari Asia atque Achaia tenus, quantumque introrsus in Pontum et Armenios patescit, iuravere, sed inermes legati regebant nondum additis Cappadociae legionibus. consilium de summa rerum Beryti habitum. illuc Mucianus cum legatis tribunisque et splendidissimo quoque centurionum ac militum venit et e Iudaico exercitu lecta decora. tantum simul peditum equitumque et aemulantium inter se regum paratus speciem fortunae principalis effecerant. (82) prima belli cura agere dilectus, revocare veteranos. destinantur validae civitates exercendis armorum officinis; apud Antiochenses aurum argentumque signatur; eaque cuncta per idoneos ministros, suis quaeque locis, festinabantur. ipse Vespasianus adire hortari, bonos laude, segnes exemplo incitare saepius quam coercere, vitia magis amicorum quam virtutes dissimulans. multos

2 excitus *det.*: exercitus 3 celerina uagatione (*corr.* 2m) 6 asya 8 beriti
11 emulantium 14 antiochenses 15 ἰῆρ; (*in marg.* queq; 2m) quidque *Heraeus*
16 adire *ex* adiri *corr.* 1m 17 coercere | *sed syllaba re a 2m. addita, unde conicias* coercedo

cuius iterum mentio infra 5, 1. — *Antiochus*] ex Seleucidis, rex Commagenes, in nummis ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΜΕΓΑΣ ΑΝΤΙΟΧΟΣ ΕΠΙΙ, id est, Epiphanes IV, de quo Eckhel D. N. III p. 255, Visconti *Iconogr. gr.* III p. 11. — *vetustis opibus ingens*] v. *ingens* sine causa deletum malebat Lipsius; auget vim sententiae. Cornelissen *vigens* suspicatur, at cf. 1, 61 *ingens viribus opibusque*, 1, 53 *corpore ingens*, 4, 66 *ingens rerum*. — *Agrippa*] Hegeppus 4, 21: *Sententiam novi principis de bello Iudaeorum sciscitari Vespasiano consilium fuit misitque Titum filium et regem Agrippam. Titus de Achaia revertit: Agrippa Romanam contendit, ut apud novum principem loqueretur gratiam.* cf. cap. 1. *Nipperdey* ad Ann. 13, 7. — *Berenice*] soror Agrippae, Iulia appellata et Tito amata, cf. c. 2. Dio 66, 15: Βερενίκη δὲ Ἰσχυρῶς τὴν ἡνδρα κτλ. cum Reimari adnotatione. — *Cappadociae*] Inde a Tiberio Cappadocia sine legionibus (*inermis*) erat, quas postea ei addidit Vespasianus

propter adsiduos barbarorum incursus, ut ait Suet. Vesp. 8. — *Beryti*] Phoenicum urbs, deinde colonia Romana, Iulia Augusta Felix Berytus, hodie *Beirut*. cf. Forbiger *Geographie* II p. 668. — *splendidissimo quoque centurionum*] splendidissimi centurionum ac militum sunt qui facinoribus egregijs ornamenta meruerant iisque decoribus splendebant. RITTER. — *lecta decora*] „i. e. auserlesene Zierden der Armee“ *Gerber et Greef Lex. Tac.* p. 264. similiter 2, 11 *lecta corpora*.

82. *revocare*] „In quibusdam (?) *evocare*, et recte. Isti enim sunt vere *evocati*, de quibus in Milit. nostra Dial. 1, 8.“ LIPS. In nullo Cod. Walther reperit *evocare* et *revocare* de hac re est in Inscr. apud Grut. 524, 7. Inscr. m. Lat. N. 3585: INTER CETEROS CONVETERANOS SVOS REVOCATVS; quod verbum sane differt a v. *evocatus*; hi voluntarii erant; *revocati* iussui pristinū ducis legionibus (*inermis*) ad certum tempus, postquam erant exacto-

praefecturis et procurationibus, plerosque senatorii ordinis honore percoluit, egregios viros et mox summa adeptos; quibusdam fortuna pro virtutibus fuit. donativom militi neque Mucianus prima contione nisi modice ostenderat; ne Vespasianus quidem plus civili bello obtulit quam alii in pace, egregie firmus adversus militarem largitionem eoque exercitu meliore. missi ad Parthum Armeniumque legati provisumque, ne versis ad civile bellum legionibus terga nudarentur. Titum instare Iudaeae, Vespasianum optinere claustra Aegypti placuit: sufficere videbantur adversus Vitellium pars copiarum et dux Mucianus et Vespasiani nomen ac nihil arduum fatis. ad omnes exercitus legatosque scriptae epistolae praeceptumque, ut praetorianos Vitellio infensos recipiendae militiae praemio invitarent. (83) Mucianus cum expedita manu, socium magis imperii quam ministrum agens, non lento itinere, ne cunctari videretur, neque tamen properans, gliscere famam ipso spatio sinebat, gnarus modicas vires sibi et maiora credi de absentibus. sed legio sexta et tredecim vexillariorum milia ingenti agmine sequebantur. classem e Ponto Byzantium adigi iusserat, ambiguus consilii, num ommissa Moesia Dyrrachium pedite atque equite, simul longis navibus versum in Italiam mare clauderet, tuta pone tergum Achaia Asiaque, quas inermes

1 praefecturis 3 donatiō 4 ac ne Ritter nec Vespasianus plus *L. Spengel*
civile (*corr.* 1m) 7 civile (*notam del.* 1m) terga (*notam del.* 1m) 8 Iudeq; uespasianū (*nū corr.* 1m *ex n;*) 9 I0 uespasiani *sed ni ex n;* *corr.* 1m 10 nichil omīs
11 eplę *cum lın. in lıt.* 1 13 manu *ex man;* *corr.* 1m 15 vires esse *det.* assentib; (*priori s superscr.* b 2m) 18 dyrrachiū pedite (*notam del.* 1m) 19 asyaq; quasi Inermes

rati. — *neque* — *ne* — *quidem*] simile est Ann. 1, 4 *et prima ab infantia* — *ne iis quidem annis* cf. Dräger Synt. § 124. — *firmus* — *eoque exercitu meliore*] cf. 1, 8 *vir facundus et pacis artibus*. Dräger Synt. § 61. perverse Heraeus filio auctore *exercitu melior* scripsit, quasi Vespasianus, non exercitus melior factus esset. — *ad Parthum*] Parthos vel eorum regem Vologaesen Armeniumque Tiridaten. RUPERTI. — *nihil arduum*] = quod nihil arduum esset cf. Dräger Synt. § 238. *Nipperdey* ad Ann. 3, 9 *celebritate loci nihil occultum*.

83. *maiora credi de absentibus*] cf. Caesar b. G. 7, 84, 5 *omnia enim plerumque, quae absunt, vehementius hominum mentes perturbant*. Liv. 28, 44, 2 *ad hoc maior ignotarum rerum est terror*. Agr. 30 *atque omne*

ignotum pro magifico est. — *vexillariorum*] hi vexillarii sunt delecti ex ceteris legionibus cf. 1, 31. *Nipperdey* ad Ann. 1, 17. — *e Ponto*] Intellige classem, quae Romanis etiam illic ordinaria, ad tuendam Ponti oram. Quanta ea fuit? Hauries e solo Hegeppico 2, 9 in oratione (cui pulchra placent, eam legat) Agrippae: *Maetia regna Bosphoranique omnes Romano subiciuntur imperio, et illud ante innavigabile pelagus quadraginta naves ad pacem eecerent*. LIPS. cf. 3, 47: *lectissimas Liburnicarum omnemque militem Mucianus Byzantium adegerat.* — *Dyrrachium pedite atque equite*] Post v. *equite* codd. deteriores inculcant v. *peteret*. Sed ad haec referre oportet v. *sequens clauderet*. „*Claudere* voluit Dyrrachium et una Graeciam omnem praesidiis terrestribus, ne Vitellio aditus eo

exponi Vitellio, ni praesidiis firmarentur; atque ipsum Vitellium in incerto fore, quam partem Italiae protegeret, si sibi Brundisium Tarentumque et Calabriae Lucaniaeque litora infestis classibus peterentur. (84) igitur navium militum armorum paratu strepere provinciae, sed nihil aeque fatigabat quam pecuniarum conquisitio: eos esse belli civilis nervos dictitans Mucianus non ius aut verum in cognitionibus, sed solam magnitudinem opum spectabat. passim delationes, et locupletissimus quisque in praedam correpti. quae gravia atque intoleranda, sed necessitate armorum excusata etiam in pace mansere, ipso Vespasiano inter initia imperii ad optinendas iniquitates haud perinde obstinante, donec indulgentia fortunae et pravis magistris didicit aususque est. propriis quoque opibus Mucianus bellum iuvit, largus privatim, quod avidius de re publica sumeret. ceteri conferendarum pecuniarum exemplum secuti: rarissimus quisque eandem in recipiendo licentiam habuerunt.

(85) Adcelerata interim Vespasiani coepta Illyrici exercitus studio transgressi in partes. tertia legio exemplum ceteris Moesiae legionibus praebuit: octava erat ac septima Claudiana, inbutae favore Othonis, quamvis proelio non interfuissent. Aquileiam progressae proturbatis, qui de Othone nuntiabant, laceratisque vexillis nomen Vitellii praeferentibus, rapta postremo pecunia et inter se divisa hostiliter egerant.

2 sibi delet Weissenborn, simul Rhenanus brudisiū 3 Inlito/ra 5 nichil
8 predā 9 vespasiano sed o ex u corr. 1m 10 perIn 11 dicit 12 quo Muretus
13 RP. pecunia 16 cepta 16/17 studio . transgressa Agricola 19 proelio
20/21 preferentibus

patet, non *petere*, ut sequentia docent.⁴⁴ ERN. — si sibi] est βραχυλογία pro: si Brundisium — peterentur ac sibi defendenda forent, cf. Dräger Synt. § 49.

84. nervos] solita imago. Cic. Phil. 5, 2 § 5: nervos belli, pecuniam infinitam. pro l. Manil. 7 § 17: vectigalia nervos esse rei publicae. cf. Florus 2, 1, 7. Diog. Laert. 4, 48 τὸν πλοῦτον νεῦρα πραγμάτων. Plut. Cleom. 27 ἀλλ' ὁ πρῶτος τὰ χρήματα νεῦρα τῶν πραγμάτων προσειπών. — cognitionibus] „iudicii fisci causa intentis.“ DUEBN. — ad optinendas iniquitates] „ad obstinate exsequendas sententias iniquas secundum se aut fiscum“; ut dicitur suam ius obtinere. De re cf. Ann. 3, 25, Plinius Paneg. 41: Numquam principibus defuerunt, qui fronte tristi et gravi supercilio utilitatibus fisci contumaciter adessent. et erant principes ipsi sua sponte avidi et rapaces et

qui magistris non egerent. DUEBN. Cic. Phil. 2, 2 § 3 non venirem contra iniuriam, quam iste intercessoris iniquissimi beneficio obtinuit, non iure praetorio? Liv. 29, 1, 17 pertinaces ad obtinendam iniuriam. — haud perinde] scil. ac postea, quod in addito enuntiato temporali donec etc. latet. cf. 1, 89 quae motu vindicis haud perinde plebem attriverant. — obstinante] cf. Liv. 23, 29, 7 obstinaverant animis vincere aut mori. — largus] scil. eo, quod — sumeret. 3, 58 largus promissis. dicit ergo largus privatim pecunia, quam (= ut eam) avidius de re publica sumeret.

85. Illyrici] quo comprehenderit Moesia, Pannonia, Dalmatia. DUEBN. — Aquileiam progressae] cf. c. 46. — proturbatis] abactis maleque mulcatis. — nomen Vitellii] Vide Lipsium ad 3, 31. — pecunia] le trésor militaire Burnouf, le trésor de l'armée Louandre.

unde metus et ex metu consilium: posse inputari Vespasiano, quae apud Vitellium excusanda erant. ita tres Moesicae legiones per epistulas alliciebant Pannonicum exercitum aut abnuenti vim parabant. in eo motu Aponius Saturninus Moesiae rector pessimum facinus audet, misso centurione ad interficiendum Tettium Iulianum septimae legionis legatum ob similtates, quibus causam partium praetendebat. Iulianus comperto discrimine et gnaris locorum adscitis per avia Moesiae ultra montem Haemum profugit; nec deinde civili bello interfuit, per varias moras susceptum ad Vespasianum iter trahens et ex nuntiis cunctabundus aut properans. (86) at in Pannonia tertia decima legio ac septima Galbiana dolore iramque Bedriacensis pugnae retinentes haud cunctanter Vespasiano accessere vi praecipua Primi Antonii. is legibus nocens et tempore Neronis falsi damnatus inter alia belli mala senatorium ordinem recipaverat. praepositus a Galba septimae legioni scriptitasse Othoni credebatur ducem se partibus offerens; a quo neglectus in nullo Othoniani belli usu fuit. labantibus Vitellii rebus Vespasianum secutus grande momentum addidit, strenuus manu, sermone promptus, serendae in alios invidiae artifex, discordiis et seditionibus potens, raptor largitor, pace pessimus, bello non spernendus. iuncti inde Moesici ac Pannonici exercitus Delmaticum militem traxere, quanquam consularibus legatis nihil turbantibus. Tampius Flavianus Pannoniam, Pompeius Silvanus Dalmatiam tenebant, divites senes; sed procurator aderat Cornelius

2 moesicę eplas cum lin. in litt. 1 3 alliciebant 6 causās (s del. 1m)
8 hemū 9 ad] a 13 bellū (bellorum Döderlein) 18 rapti W. Heraeus 21 Tampius
Faernus: Titus āplius fabian; (b in v corr. 1m)

Moneo, quia nonnulli perperam de rapinis in privatos homines exercitis acceperunt. — Haemum] Thraciae montem, hodie Balkan et Haemi extrema ad Pontum Euxinum Emineh-Dagh. — per varias moras] 3, 9 Caecina per varias moras — prodidit tempora belli.

86. septima Galbiana] cf. 3, 22 septima legio nuper a Galba conscripta. — Primi Antonii] cf. Ann. 14, 40. Suet. Vit. 18: cui Tolosae nato cognomen in pueritia Becco fuerat; id valet gallinaei rostrum. Eum laudat Martialis 10, 23 et 32. — falsi damnatus] lege Cornelia de falsis, quae eadem testamentaria appellatur. Dig. XLVIII 10, 1 § 13 poena falsi vel quasi falsi deportatio est et omnium bonorum publicatio. Nipperdey ad Ann. 14, 40. — inter alia belli mala] sena-

torium ordinem recipaverat, quod fuit inter alia belli mala. RUPERTI. — serendae in alios invidiae artifex] cf. Ammian. 27, 9, 2 transferendae in alios invidiae artifex. Liv. 8, 27, 5 si qua ars serendis discordiis adhibeatur. — seditionibus potens] cf. Verg. Aen. 11, 340 seditione potens. — raptor] „qui pecunias tam publicas quam privatas rapit“, ut patet ex ἀντιδέρω largitor. — pace pessimus, bello non spernendus] cf. Vell. 2, 11, 1 C. Marius — quantum bello optimus, tantum pace pessimus. — iuncti] consiliis suscipiendarum Vespasiani partium; nam postea demum accitus est exercitus Moesicus. 3, 5. — Tampius Flavianus] de quo v. 3, 4 et 10. — Pompeius Silvanus] de quo v. 3, 50, 4, 47. Nipperdey ad Ann. 13, 52. Klein Fasti consularis ad a. 45 p. Ch. — procurator] Quia

Fuscus, vigens aetate, claris natalibus. prima iuventa iniquis cupidine senatorium ordinem exuerat; idem pro Galba dux coloniae suae eaque opera procurationem adeptus, susceptis Vespasiani partibus acerrimam bello facem praetulit: non tam praemiis periculorum quam ipsis periculis laetus pro certis et olim partis nova ambigua ancipitia malebat. igitur movere et quater, quidquid usquam aegrum foret, adgrediuntur. scriptae in Britanniam ad quartadecimanos, in Hispaniam ad primanos epistulae, quod utraque legio pro Othone adversa Vitellio fuerat; sparguntur per Gallias litterae; momentoque temporis flagrabat ingens bellum, Illyricis exercitibus palam descendentibus, ceteris fortunam secuturis.

(87) Dum haec per provincias a Vespasiano ducibusque partium geruntur, Vitellius contemptior in dies segniorque, ad omnes municipiorum villarumque amoenitates resistens, gravi urbem agmine petebat. sexaginta milia armatorum sequebantur licentia corrupta; calorum numerus amplior, procacissimis etiam inter servos lixarum ingeniis; tot legatorum amicorumque comitatus inhabilis ad parendum, etiam si summa

1 iniquis Meiser: quietis (quaestus Grotius) 4/5 periculis ex periculū corr. 1m 7 britanniā ex britannie corr. 1m 8 eplę cum lin. in litt. 1 13 om̄s (= omnes)

simpliciter procurator vocatur, utriusque provinciae procuratorem fuisse putat Pichena. — iniquis cupidine] cf. Ann. 1, 68 Haud minus iniquis Germanus spe cupidine, 74 egens ignotus iniquis, 16, 14 iniquis animo. Vell. 2, 11, 1 C. Marius — impotens semperque inquietus, 68 (Milo) vir iniquis. Neque quietis neque quaestus cupido in eum cadit, qui non tam praemiis periculorum quam ipsis periculis laetus pro certis et olim partis nova ambigua ancipitia malebat. — dux coloniae suae] videlicet in Ann. 16, ubi perierunt restigae a. 821, coloniam hanc nominaverat, simul Cornelii huius operam in ea Galbae concilianda adhibitam descripsit. ad quae hic respiciens pro Galba ducem coloniae suae vocat. fortasse intelligitur Hispaniae urbs, in quam Galba se recepit tamquam locum maxime tutum, postquam interfecto Vindice intellexit dubitare Verginium nec sibi accedere cf. Plut. G. 6. РУСК. — acerrimam bello facem praetulit] cf. 3, 2 acerrimus belli concitator, 4, 68 acerrimo instinctore belli. — adgrediuntur] Vespasianus et partium duces.

Sane consentaneum est epistulas illas ab ipso Vespasiano scriptas esse. cf. c. 98 deprehensi cum litteris edictisque Vespasiani per Raetiam et Gallias — quidam.

87. sexaginta milia] Vide Excursum. — calorum cet.] Vulgaris scriptor facile dixisset: calorum lixarumque numerus — horum ingeniis, uti plerumque iunguntur. cf. supra 1, 49. 3, 20 et 33. (cf. Festus p. 62. Muell.: Calones militum servi dicti. Nonius p. 62. Merc.: Lixarum proprietates haec est, quod officium sustineant militibus aquae vehendae; lixam namque aquam veteres vocaverunt.) Lixas liberos homines fuisse, rite colligas ex Ann. 2, 62: (apud Marcomanos) nostris e provinciis lixae ac negotiatores reperti, quos ius commercii, dein cupido augendi pecuniam, postremo oblivio patriae suis quemque ab sedibus hostilem in agrum transtulerat. At lixae quoque, ut hic vides, mancipiis ob vilem quaestum ac mores procaces equiparabantur. — etiam inter servos] „vel si cum servorum ingeniis compares, etiam haec procacitate superantia.“ DUEBN.

modestia regeretur. onerabant multitudinem obvii ex urbe senatores equitesque, quidam metu, multi per adulationem, ceteri ac paulatim omnes, ne aliis proficiscentibus ipsi remanerent. adgregabantur e plebe flagitiosa per obsequia Vitellio cogniti scurrae histriones aurigae, quibus ille amicitiarum dehonestamentis mire gaudebat. nec coloniae modo aut municipia congestu copiarum, sed ipsi cultores arvaque maturis iam frugibus ut hostile solum vastabantur. (88) multae et atroces inter se militum caedes, post seditionem Ticini coeptam manente legionum auxiliorumque discordia; ubi adversus paganos certandum foret, consensu. sed plurima strages ad septimum ab urbe lapidem. singulis ibi militibus Vitellius paratos cibos ut gladiatoriam saginam dividebat; et effusa plebes totis se castris miscuerat. incuriosos milites — vernacula utebantur urbanitate — quidam spoliavere, abscisis furtim balteis, an accincti forent rogitantes. non tulit ludibrium insolens contumeliae animus: inermem populum gladiis invasere. caesus inter alios pater militis, cum filium comitaretur; deinde agnitus, et volgata caede temperatum ab innoxiiis. in urbe tamen trepidatum praecurrentibus passim militibus: forum maxime petebant, cupidine visendi locum, in quo Galba iacuisset. nec minus saevum spectaculum erant ipsi tergis ferarum et ingentibus telis horrentes, cum turbam populi per inscitiam parum vitarent aut, ubi lubrico viae vel occursu alicuius procidissent, ad iurgium, mox ad manus et ferrum transirent. quin et tribuni praefectique cum terrore et armatorum catervis volitabant. (89) ipse Vitellius a ponte Mulvio insigni equo, paludatus accinctusque, senatum et populum ante se agens,

1 regetur 3 om̄s 4 scurre 5 mirę 8 ceptā 9 certando (corr. 1m) fore consensus Pr. Walter 11 cibos ex cibus corr. 1m 12/13 ut rebantur Lipsius 14 contumeliae (= contumeliae) contumeliarum Ritter 15 cesus 16 cede 19 sequi 23 mului]

88. Ticini coeptam] cf. c. 68. — paganos] cf. 1, 53. — consensu] h. e. cum esset consensus. nihil igitur opus est scribere consensu. cf. 1, 54 faciliore — consensu, 55 mox consensu. — gladiatoriam saginam] cf. Prop. 5, 8, 25 qui dabit immundae venalia fata saginae scil. gladiatoriae h. e. qui vitam suam vendet lanistae: nam viri etiam nobilissimi illa aetate consumptis bonis et inopia urgente vendebant se lanistis et gladiatores largioribus fortioribusque cibis saginari et corroborari solebant. RUPERTI. — vernacula — urbanitate] haec verba ceteris interposita lectorem monent, qui spoliavere, hos non furtum fa-

cere, sed licenter et urbane iocari voluisse. vernacula urbanitas est iocus, qualis in urbe a vernis solet proferri. sic dial. 28 vernacula vitia pro vernilibus urbis vitis et in Ann. 1, 31 vernacula multitudo h. e. urbana libertinorum multitudo. RITTER. cf. 3, 32 ut sunt procacia urbanae plebis ingenia. Petron. 24 hominem acutum atque urbanitatis vernaculae fontem. — quo Galba] militum enim Vitellianorum vulgo persuasum erat sese Galbae vindices exstitisse. — tergis] tergoribus, renonibus. Ferinam pellem dicit Ann. 2, 13.

89. paludatus] Suetonius tamen tradit sic

quo minus ut captam urbem ingrederetur, amicorum consilio deterritus, sumpta praetexta et composito agmine incessit. quattuor legionum aquilae per frontem totidemque circa e legionibus aliis vexilla, mox duodecim alarum signa et post peditum ordines eques; dein quattuor
5 et triginta cohortes, ut nomina gentium aut species armorum forent, discretas. ante aquilas praefecti castrorum tribunique et primi centurionum candida veste; ceteri iuxta suam quisque centuriam armis donisque fulgentes, et militum phalerae torquesque splendebant. decora facies et non Vitellio principe dignus exercitus. sic Capitolium ingressus
10 atque ibi matrem complexus Augustae nomine honoravit. (90) postera die tanquam apud alterius civitatis senatum populumque magnificam orationem de semet ipso prompsit, industriam temperantiamque suam laudibus adtollens, consciis flagitiorum ipsis qui aderant omnique Italia, per quam somno et luxu pudendus inceserat. vulgus tamen vacuum
15 curis et sine falsi verique discrimine solitas adulationes edoctum clamore et vocibus astrepebat; abnuentique nomen Augusti expressere, ut adsumeret, tam frustra quam recusaverat. (91) apud civitatem cuncta interpretantem funesti ominis loco acceptum est, quod maximum pontificatum adeptus Vitellius de caerimoniis publicis XV. kalendas Augustas
20 edixisset, antiquitus infausto die Cremerensi Alliensique cladibus: adeo

6 discrete aquilas 5: aquila 12 ipse Ritter 13 Italiā 15 adulatione se
doctū 18 omīs 19 caerimoniis quintumdecimum Ritter kl ag̃ (cum lin. in litt. 1)

fecisse V. 11: *Urbem denique ad classicum introiit paludatus ferroque succinctus inter signa atque vexilla, sagulatis comitibus ac detectis commilitonum armis.* Sed Tacitus audiendus. ERN. Utrumque sic conciliabis, ut Suetonius loquatur de toto agmine, qualem adspexit praebuerit usque ad pontem Mulvium. „Huc facit nummus Vitellii, in quo togatus a Roma galeata excipitur, adscripto *ADVENTVS. AVGVSTI.* Eandem epigraphen alius habet, qui *paludatum* imperatorem et equo vectum sistit. V. Oiselli Thes. sel. NN. Tab. 90. OBERL. Iuvat hic praecipuas in eius nummis adulationes exhibere: *OLEMENTIA IMP. GERMANICI, LIBERTAS. RESTITVTA, SECVRITAS. IMP. GERMAN., PAX. AVGVSTI, AEQVITAS. AVGVSTI, VRBS. RESTITVTA, ROMA. RENASCENS.* cf. Akerman I. p. 176 seqq. — *quattuor legionum*] hae legiones fuere I Ita-

lica, V, XXI Rapax, XXII, ut conicere licet ex 2, 100, etiam ex 3, 22 recte intellecto. cf. 1, 61 et 64. RITTER. — *e legionibus aliis vexilla*] haec vexilla sunt electorum ex I, XV, XVI inferioris exercitus Germanici, IV ex superiore Germania: nam eae legiones non cum aquilis suis ad bellum profectae erant, sed non nisi electos sive vexilla dederant. RITTER.

90. *alterius*] alius, alienae, quae ipsum nondum nosset. Sic 3, 1: *alterius belli.* Agr. 17: *alterius successoris.* cf. *Sirker* Tac. Formenlehre p. 45. — *expressere*] „ab eo intravere, (ut vides in nummis). Et recusatum et acceptum nomen aequae frustra fuit et sine eventu ullo.“ DUEBNER. — *recusaverat*] distulerat. c. 62.

91. *infausto die*] cf. Liv. 6, 1, 11 *diemque a. d. XV kal. Sextiles duplici clade insignem, quo die ad Cremeram Fabii caesi, quo*

omnis humani divinique iuris expers, pari libertorum, amicorum socordia, velut inter temulentos agebat. sed comitia consulum cum candidatis civiliter celebrans omnem infimae plebis rumorem in theatro ut spectator, in circo ut fautor adfectavit. quae grata sane et popularia, si a virtutibus proficiscerentur, memoria vitae prioris indecora et vilia accipiebantur. ventitabat in senatum, etiam cum parvis de rebus patres consulerentur. ac forte Priscus Helvidius praetor designatus contra studium eius censuerat. commotus primo Vitellius, non tamen ultra quam tribunos plebis in auxilium spectatae potestatis advocavit; mox mitigantibus amicis, qui altiolem iracundiam eius verebantur, nihil novi
10 accidisse respondit, quod duo senatores in re publica dissentirent; solitum se etiam Thraseae contradicere. inrisere plerique impudentiam aemulationis; aliis id ipsum placebat, quod neminem ex praepotentibus, sed Thraseam ad exemplar verae gloriae legisset. (92) praeposuerat praetorianis Publilium Sabinum a praefectura cohortis, Iulium Priscum
15 tum centurionem: Priscus Valentis, Sabinus Caecinae gratia pollebant; inter discordes Vitellio nihil auctoritatis. munia imperii Caecina ac

1 omīs amicorumque det. 4/5 populari asya uirtutibus 5 memoria ex memoriā corr. 1m 7 consularentur 10 nichil 11 re. p. 14 exēplar ex explū (sic) corr. 1m uere 15 Publilium Halm (ex 3, 36): publum a Mercerus: ad (ab Ritter) 16 tum centurionem Lipsius: dū centurio ē (olim centuriones b²) cecineq̃ 17 nichil

deinde ad Aliam cum exiit urbis foede pugnatum, a posteriore clade Aliensem appellarunt insignemque rei nullius publice privatimque agenda fecerunt. de die Cremerensi Ovidius fast. II 193 sqq. discrepat; cf. Hermann Peter ad h. l. — *iuris expers*] ut ne infaustissimum quidem dierum et publice nefastum nosset. DUEBN. cf. Suet. Vit. 11: *magis deinde ac magis omni divino humanoque iure neglecto Allensi die pontificatum maximum cepit.* — *libertorum, amicorum*] ἀσύνητον Med. tantum abest, ut offendant, ut sit efficacius interpolatione *libertorum amicorumque.* — *comitia consulum*] cum suis candidatis circumiens et prensans patres, penes quos tum erat comitiorum species. De Traiano Plin. P. 71: *omnes comitatis numeros obitas; atque etiam, cum suffragatorum nomina honore quo solent exciperentur, tu quoque inter excipientes eras et ex ore principis ille senatorius assensus audiebatur.* Hoc est civiliter cum candidatis comitia celebrare. Et sic gratiam quaerebat

in senatu. Quod sequitur, delinimentum ad plebem est et a praecedente differt toto genere. GRON. Quomodo hac in re se gesserit Traianus, exponit Plin. P. 77: *Itor illi saepius in forum, frequenter tamen et in Campum.* Nam comitia consulum obibat ipse: tantum ex remuneratione eorum (in Campo Martio) voluptatis, quantum prius ex destinatione (quae in senatu fiebat) capiebat. Ceterum talium rerum studiosis notandum est sex deinceps vocabula *comitia* — *celebrans* per litteram c incipere. — *Priscus Helvidius*] cf. 4, 4—6. — *non tamen ultra quam — advocavit*] de hac ellipsi cf. Dräger Synt. § 174. — *duo senatores*] ficta modestia, quasi ipse nihil esset nisi *princeps senatus.* DUEBN. — *aemulationis*] cum Thrasea, *virtute ipsa* Ann. 16, 21 seqq. Thrasea in mentem tum venisse videtur, quia gener eius erat Helvidius, qui sic sibi contradiceret, ut ipse olim Thrasene. DUEBN. Dio 65, 7.

92. *a praefectura cohortis*] qui dumtaxat

Valens obibant, olim anxii odiis, quae bello et castris male dissimulata pravitas amicorum et fecunda gignendis inimicitiis civitas auxerat, dum ambitu comitatu et immensis salutantium agminibus contendunt comparanturque, variis in hunc aut illum Vitellii inclinationibus. nec unquam satis fida potentia, ubi nimia est. simul ipsum Vitellium, subitis offensis aut intempestivis blanditiis mutabilem, contemnebant metuebantque. nec eo segnius invaserant domos hortos opesque imperii, cum flebilis et egens nobilium turba, quos ipsos liberosque patriae Galba reddiderat, nulla principis misericordia iuvarentur. gratum primoribus civitatis etiam plebs adprobavit, quod reversis ab exilio iura libertorum concessisset, quanquam id omni modo servilia ingenia corrumpabant, abditis pecuniis per occultos aut ambitiosos sinus, et quidam in domum Caesaris transgressi atque ipsis dominis potentiores.

(93) Sed miles, plenis castris et redundante multitudine in portibus aut delubris et urbe tota vagus, non principia noscere, non servare vigilias neque labore firmari: per illecebras urbis et inhonesta dictu corpus otio, animum libidinibus imminuebant. postremo ne salutis quidem cura infamibus Vaticani locis magna pars tetendit; unde crebrae

9 mīa 13 potentiorēs (sic; 1m)

cohorti praefuerat, ne tribunatu quidem militum functus. — *ambitu*] h. e. studiis ambientium favorem ipsorum. RITTER. — *subitis offensis aut intempestivis blanditiis*] et offensae et blanditiae ipsius Vitellii dicuntur; illas Caecina et Valens metuebant, has contemnebant. Liberius igitur *mutabilis* vox iuncta cum *subitis offensis aut intempestivis blanditiis*, qui sunt ablativi praedicati, non instrumenti, ut grammatici loquuntur. RITTER. cf. 2, 59 *quamvis odium Vitellius vernilibus blanditiis velaret.* — *iura libertorum*] Bona illis reddi non poterant, partim accusatoribus secundum legem data, partim fisco iam egenti collata, partim a Nerone absumpta. Quare data *iura libertorum*, ut reversi ius in libertos suos haberent, quorum erat multis officiis prosequi patronum (cf. Ann. 13, 26), alere adeo ut patrem, et bonorum partem dimidiam testamento relinquere. DUEBN. — *ambitiosos sinus*] Figura desumpta a togae sinu, in quo pecuniam recondebant. Quintil. 7, 1, 30: *aurum in sinu eius invenerunt.* Abdebant pecunias vel apud occultos, id est obscuros homines,

penes quos nemo quaereret, vel apud potentes, quos per ambitionem amicos sibi conciliaverant, penes quos quaerere nemo auderet. Similiter Plinius n. h. 36, 15, 24: *unde M. Scaurus pater, totiens princeps civitatis et Mariani sodalici rapinarumque provincialium sinus?* Et Tacitus ipse A. 13, 13: *suum potius cubiculum ac sinum offerre*, id est sui cubiculi latebram. (*Les affranchis cachaient leur argent entre les mains d'hommes obscurs ou puissants.* Louandre.)

93. *principia*] locum, ubi universi convenirent in contionem. A. 1, 61. — *ne salutis quidem cura*] pro cum ne salutis quidem cura esset. RUPERTI. cf. c. 94 *ipse sola perdendi cura.* contra editio princeps sic interpungit: *Postremo ne salutis quidem cura: infamibus — tetendit.* — *infamibus Vaticani*] ob aerem corruptum valetudini noxium et febres gignentem, quod etiam hodie Romae, modo in hac, modo in illa urbis regione experiuntur: *cativ' aria.* Frontinus de Aquaed. (§ 88) vult id emendatum in tota urbe sua aetate, idque ablutione aquarum: *Ne pereuntes quidem aquae*

in vulgus mortes, et adiacente Tiberi Germanorum Gallorumque obnoxia morbis corpora fluminis aviditate et aestus impatientia labefacta. insuper confusus pravitate vel ambitu ordo militiae. sedecim praetoriae, quattuor urbanae cohortes scribebantur, quis singula milia inessent. plus in eo dilectu Valens audebat, tanquam ipsum Caecinam periculo exemisset. sane adventu eius partes convalescerant, et sinistrum lenti itineris rumorem prospero proelio verterat omnisque inferioris Germaniae miles Valentem adsectabatur, unde primum creditur Caecinae fides fluitasse. (94) ceterum non ita ducibus indulisit Vitellius, ut non plus militi liceret. sibi quisque militiam sumpsere: quamvis indignus, si ita maluerat, urbanae militiae adscribebatur; rursus bonis remanere inter legionarios aut alares volentibus permissum. nec deerant qui vellent, fessi morbis et intemperiem caeli incusantes. robora tamen legionibus alisque subtracta, convolsum castrorum decus, viginti milibus e toto exercitu permixtis magis quam electis.

Contionante Vitellio postulantur ad supplicium Asiaticus et Flavius et Rufinus duces Galliarum, quod pro Vindice bellassent. nec coercebat eiusmodi voces Vitellius: super insitam inertis animo ignaviam conscius

1 gau|rūq; 2 aviditas *Puteolanus* labefacta *Meiser*: labefecit 2|3 confusus insuper *A. Gerber* 3 militiq; ex militia corr. 1m 7 plio oīsq; 11 maluerit sed a superscr. 1m 12 aleres 16 asyaticus 18 inertis *Pichena*: mortē (mortē del. b², om. ed. princ.)

otiosae sunt: alia iam munditiarum facies, purior spiritus; et causae graviore caeli, quibus apud veteres urbis infamis aer fuit, sunt remotae. LIPS. Ad vocis usum cf. Horatii 1, 3, 20: *infames scopulos, Arocerania.* — *adiacente*] „Immo adluente.“ DUEBN. Proposuit hoc Ruperti. Verum *adiacente* quidni significet: „tam vicino atque facili aditu, ut aqua praeterfluens ad lavandum milites ultro illiceret.“? — *aviditate — labefacta*] sic scripsi, quia facilius *labefacta* in *labefecit* quam *aviditas* in *aviditate* corrumpi potuisse videtur. Madvig et ante *aestus* delet et explicat: *aestus* impatientia aviditatem fluminis effecit et ita corpora labefecit. — *sedecim* cet.] XX. milia hominum. Sub Tiberio *insidebat* urbem proprius miles, tres urbanae, novem praetoriae cohortes. Ann. 4, 5. — *Valentem adsectabatur*] Supra c. 30: *studia militum* (puta potissimum exercitus Germaniae superioris) in *Caecinam inclinabant.*

94. *alares*] sunt equites sociales cf. *Nip-*

perdey ad Ann. 4, 73. — *convolsum castrorum decus*] „corrupta disciplina.“ ERN. Immo veram et horum verborum et totius loci sententiam percepit Gutmannus. Vitellius enim ex legionariis praetorias cohortes augere constituerat, ut plures sibi essent corporis custodes, sed illorum arbitrio permiserat, utrum his adscribi vellent necne. Ita legionariorum quidem multitudo et vis imminuta ac praetorianarum cohortium aucta; sed simul illis robora (dignissimi fortissimique milites) subtracta et convolsum castrorum (praetorianorum) decus, haec militia honoratior iam dedecorata indignorum affluentia et *viginti milibus e toto exercitu permixtis magis quam electis.* Sic decora ex exercitu lecta dicuntur c. 81. RUPERTI. — *duces*] quos frequentius vocat *principes, Hauptlinge, chefs.* — *nec coercebat*] Ergo supplicio affecti sunt. — *inerti animo*] sic recte *Pichena* corruptam codicis scripturam *mortē animo* correxisse videtur; cf. 1, 62, ubi pro *inerti luxu* in Mediceo legitur *Inerti*

sibi instare donativom et deesse pecuniam omnia alia militi largiebatur. liberti principum conferre pro numero mancipiorum ut tributum iussi. ipse sola perdendi cura stabula aurigis extruere, circum gladiatorum ferarumque spectaculis oplere, tanquam in summa abundantia pecuniae
5 inludere. (95) quin et natalem Vitellii diem Caecina ac Valens editis tota urbe vicatim gladiatoribus celebrare, ingenti paratu et ante illum diem insolito. laetum foedissimo cuique apud bonos invidiae fuit, quod extractis in campo Martio aris inferias Neroni fecisset. caesae publice victimae cremataeque; facem Augustales subdidere, quod sacerdotium,
10 ut Romulus Tatius regi, ita Caesar Tiberius Iuliae genti sacravit. nondum quartus a victoria mensis, et libertus Vitellii Asiaticus Polyclitos Patrobios et vetera odiorum nomina aequabat. nemo in illa aula probitate aut industria certavit; unum ad potentiam iter, prodigis epulis et sumptu, gula ganeaque satiare inexplibiles Vitellii libidines. ipse
15 abunde ratus, si praesentibus frueretur, nec in longius consultans

4 abundantia 7 foedissimo 8 neronis (s. del. 1m) fecisset Lipsius: Iecisset cesae publice 9 subdidere Rhenanus: subdere 10 romulus statio (s. in voc. romulus del. 1m) Titios T. Tatius Heraeus [quod sacerdotium — sacravit] Nipperdey gentis (s. del. 1m) 14 gula ganeaque Meiser: galane aque (ganeaque Palmerius) 15 praesentibus

lucru; et magis accedit ad vitiosam lectionem mortē Pichenaē correctio, quam quod Orelli proposuit marcenti (ex 3, 36 desiderem et marcentem) aut Helmreich socordi (ut ibidem 3, 36 apud socordem animum). ut tautologiae crimen refellat, Döderlein confert Cic. fam. 12, 20 nec tua ignavia etiam inertiam afferet. — principum] priorum Caesarum; hi in Vitellii partes transierant. — inludere] pecuniam quasi per ludibrium prorsus inutiliter prodigere.

95. natalem Vitellii diem] Suet. V. 3: A. Vitellius L. filius imperator natus est VIII. Kal. Octobr. (d. 24. m. Sept.) vel ut quidam VII. Idus Septembr. (d. 7. m. Sept.), Druso Caesare, Norbano Flacco coss. (a. u. c. 768, post Chr. 15.) Priorem opinionem sequitur Clinton Fasti Romani I. p. 54. — inferias Neroni] Scriptor incertus apud Suidam in voce Βυτέλλιος hanc rem sic narrat: Ἐπιήνθει δὲ καὶ τὰ τοῦ Νέρωνος, καὶ τὸν νεκρὸν τοῦ Νέρωνος ἐς κοιλὸν τινα καὶ ἀφανῆ τάφον κατακείμενον ἀπεσέμνυε. Lips. Sumpsit Suidas ex Ioanne Malala, nullius auctoritatis scriptore. Dio 65, 7: ὅτι μέντοι τὸν Νέ-

ρωνά μιμῆσθα ἤθελε καὶ ἐνήγισέ [τε] αὐτῷ, καὶ ὅτι τσαῦτα ἐς τὰ δεῖπνα ἀνήλισκεν, οἱ μὲν ἄλλοι κατὰ τοῦτ' ἔχαιρον, οἱ δὲ δὴ τοῦν ἔχοντες ἤχθοντο. Suet. Vit. 11. — facem] suam quisque subdidit iis victimarum partibus, quae omento involutae in aris adolebantur. — Tatius regi] scil. sacerdotium sacraverat. Alios auctores secutus est Ann. 1, 54: ut quondam Titus Tatius retinendis Sabinorum sacris sodales Titios instituerat. — Patrobios] De his Neronis libertis cf. 1, 37 et 49, Sueton. Galb. 20. — aequabat] ut insolentia et rapacitate, ita invidia et odio. ERN. — prodigis epulis et sumptu] cf. 1, 62 inerti lucru ac prodigis epulis. — gula ganeaque] sic scripsi, quia verosimilius est in Mediceo intercidisse ob similitudinem syllabam quam temere additam esse. cf. 2, 31 ventre et gula, Ann. 3, 52 ventris et ganeae paratus, 6, 4 inter ganeam ac supra. Recte Roth (de synonym. ap. Tac. p. 53) de hoc loco adnotat: Tacitus legentes ei rei vult immorari, ut pro certo habeant nihil usquam et ne aliorum quidem flagitiorum ministeria probata fuisse Vitellio praeter curam ventris et gutturis. —

noviens milliens sestertium paucissimis mensibus intervertisse creditur. magna et misera civitas eodem anno Othonem Vitellium passa inter Vinios Fabios Icelos Asiaticos varia et pudenda sorte agebat, donec successere Mucianus et Marcellus et magis alii homines quam alii mores.

(96) Prima Vitellio tertiae legionis defectio nuntiatur, missis ab Aponio Saturnino epistulis, antequam is quoque Vespasiani partibus adgregaretur. sed neque Aponius cuncta, ut trepidans re subita, perscripserat, et amici adulantes mollius interpretabantur: unius legionis eam seditionem, ceteris exercitibus constare fidem. in hunc modum
10 etiam Vitellius apud milites disseruit, praetorianos nuper exauctoratos insectatus, a quibus falsos rumores dispergi nec ullum civilis belli metum adseverabat, suppresso Vespasiani nomine et vagis per urbem militibus, qui sermones populi coercerent. id praecipuum alimentum famae erat. (97) auxilia tamen e Germania Britanniaque et Hispaniis excivit,
15 segniter et necessitatem dissimulans. perinde legati provinciaeque cunctabantur, Hordeonius Flaccus suspectis iam Batavis anxius proprio bello, Vettius Bolanus numquam satis quieta Britannia, et uterque ambigui. neque ex Hispaniis properabatur, nullo tum ibi consulari: trium legionum legati, pares iure et prosperis Vitellii rebus certaturi ad obsequium,
20 adversam eius fortunam ex aequo detrectabant. in Africa legio cohortesque delectae a Clodio Macro, mox a Galba dimissae, rursus iussu Vitellii militiam cepere; simul cetera iuventus dabat inpigre nomina.

1 crederetur 2 magna et] sagina. at Mehler uitelliū (Vitelliumque dett.) 3 asiaticos 7 eplis cum lin. in litt. 1 9 mollius b: nullius Interpretabantur 11 exaucto rato 15 germania | a brittaniaq; (a del. 1m) 16 prouincieq; 18 brittannia

noviens milliens sestertium] Suetonius Vit. 13: indicēbat autem aliud alii eadem die, nec cuiquam minus singuli apparatus quadringenis milibus nummum constiterunt. — magna et misera civitas] cf. Ann. 14, 65 insidiarum in Neronem magna moles et inprospera. Dräger Synt. § 113. — Fabios] Fabium Valentem; Caecinam his non aggregat, quia minus erat avarus. — Marcellus] Eprus. cf. Ann. 16, 22, supra c. 53. 4, 6 et 43. dial. 5. 8. 13.

96. Aponio] Moesiae rectore c. 85. — ceteris exercitibus constare fidem] quae in Vitellii nummis hac ipsa, ut videtur, occasione signatis tantopere praedicatur: FIDES. EXERCITIVVM, duae dextrae iunctae; CON-

SENSVS EXERCITIVVM, Mars cum tropaeo vel signo militari incedens. cf. Akerman I. p. 178.

97. Hordeonius] ad Rheni ripae curam relictus, c. 57, Vettius Bolanus Britanniae praepositus, c. 65. DUEBN. — uterque ambigui] cf. 3, 35 uterque Vitelliani fuerant, 4, 34 duo uterque — defuere. Dräger Synt. § 29 b. — nullo tum ibi consulari] quoniam Cluvius Rufus Hispaniam rexerat absens. c. 65. — trium legionum] Leg. I. Adiatrix, VI. Victrix, X. Gemina in Hispania tunc tendebant. — certaturi ad obsequium] cf. Ann. 1, 71 ad supplenda exercitus damna certavere Galliae Hispaniae Italia. — in Africa] Vide 1, 11. —

quippe integrum illic ac favorabilem proconsulatum Vitellius, famosum invisumque Vespasianus egerat: proinde socii de imperio utriusque coniectabant, sed experimentum contra fuit. (98) ac primo Valerius Festus legatus studia provincialium cum fide iuvit; mox nutabat, palam epistulis edictisque Vitellium, occultis nuntiis Vespasianum fovens et haec illave defensurus, prout invaluisse. deprehensi cum litteris edictisque Vespasiani per Raetiam et Gallias militum et centurionum quidam ad Vitellium missi necantur: plures fefellere, fide amicorum aut suomet astu occultati. ita Vitellii paratus noscebantur, Vespasiani consiliorum pleraque ignota, primum socordia Vitellii; dein Pannonicae Alpes praesidiis insessae nuntios retinebant. mare quoque etesiarum flatu in Orientem navigantibus secundum, inde adversum erat. (99) tandem inruptione hostium atrocibus undique nuntiis exterritus Caecinam ac Valentem expedire ad bellum iubet. praemissus Caecina: Valentem e gravi corporis morbo tum primum adsurgentem infirmitas tardabat. longe alia proficiscentis ex urbe Germanici exercitus species: non vigor corporibus, non ardor animis; lentum et rarum agmen, fluxa arma, segnes equi; impatiens solis pulveris tempestatum, quantumque hebes ad sustinendum laborem miles, tanto ad discordias promptior. accedebat huc Caecinae ambitio vetus, torpor recens nimia fortunae indulgentia soluti in luxum;

1 favorabile 2 perinde *Rhenanus* 4/5 eplis *cum lín. in litt.* 1 6 dephensi 8/9 suomet astu *Agricola*: suo mestatu (suomet statu *b*) 11 etesiarum *Rhenanus*: et esi flabra aquilonis. arú (cf. *Lucr.* 5, 740 et 6, 730 *etesia flabra aquilonum*) 12 Inruptione 13/14 expedire *Acidalius*: expediri 18 hebes 20 vetus *ex metus corr.* 1m

integrum illic] De Vitellio eadem Suetonius in vita eius c. 5. At de Vespasiano mutat c. 4 et *Africanam integerrime*, inquit, *nec sine magna dignatione administravit*. Qui conciliantur, non video. LIPS. Ernesti utrumque ita conciliat, ut integritatem ponendam in severitate putet, ob quam invisus fuerit provincialibus. sed famosum illud Taciti apertius obstat Suetonii laudibus, quam ut Ernestii conciliatio in utriusque scriptoris concordiam evalescere possit. de diversa igitur fama cogitandum erit. Silius 3, 599 *reget impiger Afros*, sed hic poeta. WALTHER. — *favorabilem*] „Hoc v. saepe Quintilianus alique sub Caesaribus usi sunt, eodem fere sensu, quo priores v. *gratiosus*. Ita iam Velleius, primum, ni fallor 2, 34, 40.“ SPALDING ad Quintil. 4, 1, 21. usurpavit Tacitus Ann. 2, 36. 12, 6: *f. oratio*. Dial. 7: *civitas f.*

98. *Valerius Festus*] cf. 4, 49. — *etesiarum*] qui a die 20. m. Iulii per triginta dies flant. cf. Ann. 6, 33. Plin. n. h. 2, 124. — *inde*] ex Oriente navigantibus.

99. *inruptione hostium*] ablativus temporis est recteque Roth vertit: *beim Einbruch der Feinde*; cf. 1, 89 *motu Vindicis*, 2, 5 *exitu Neronis*, 2, 59 *adpulsu Iutoris*; *Drüger Synt.* § 58, *Nipperdey* ad Ann. 4, 51. falso igitur *Freudenberg* scribit: *tandem de inruptione hostium*. — *expedire*] Sic bene *Acidalius*, ut *Hist.* 1, 10 et 88. — *fluxa arma, segnes equi*] cf. *Liv.* 21, 40, 9 *quassata fractaque arma, claudii ac debiles equi*. minus recte alii interpretari videntur: *schlotternde Waffen*, ut *Gerber* et *Greef* in *Lexico Taciteo* s. v. *fluxus* explicant: „de laxis membris paene delatentia, schlaff herabhängend.“ — *quantumque hebes — tanto — promptior*] cf. *Nipperdey* ad

seu perfidiam meditantem infringere exercitus virtutem inter artes erat. credidere plerique Flavii Sabini consiliis concussam Caecinae mentem, ministro sermonum Rubrio Gallo: rata apud Vespasianum fore pacta transitionis. simul odiorum invidiaeque erga Fabium Valentem admonebatur, ut impar apud Vitellium gratiam viresque apud novum principem pararet.

(100) Caecina e complexu Vitellii multo cum honore digressus partem equitum ad occupandam Cremonam praemisit. mox vexilla primae, quartae, quintae decumae, sextae decumae legionum, dein quinta et duodevicesima secutae; postremo agmine unaevicesima Rapax et prima Italica incessere cum vexillariis trium Britannicarum legionum et electis auxiliis. profecto Caecina scripsit Fabius Valens exercitui, quem ipse ductaverat, ut in itinere opperiretur: sic sibi cum Caecina convenisse; qui praesens eoque validior mutatum id consilium finxit, ut ingruenti bello tota mole occurreretur. ita adcelerare legiones Cremonam, pars Hostilium petere iussae: ipse Ravennam devertit praetexto classem adloquendi. mox Patavi secretum componendae prodicionis quaesitum. namque Lucilius Bassus post praefecturam alae Ravennati simul ac

1 meditantem *Rhenanus*: meditatio (meditato *Iac. Gronovius*) exercitus (notam del. 1m) 2 saurini 7 Caecina e *Orelli*: *Cecina* 8/9 primae, quartae, quintaedecimae et sextaedecimae *Ferletus* (et sustulit *Nipperdey*): In quattuor | decū XUI (sic, non XIII) 9/10 duo et unicesima 10 una et uicesima (unetvicesima *Nipperdey*) 11 vexillari Istriae britannicarum 12 quae 14 mutatum *b*: ramuta|tū (r del. 1m), immutatum *alii* finexit 15 cremona 17 patui prodicioni *Rhenanus* 18 nanq; Bassus *Rhenanus*: *bles*;

Ann. 1, 68 *quanto inopina, tanto maiora*, *Drüger Synt.* § 181 c. — *Flavii Sabini*] fratris Vespasiani: 1, 46. 2, 55. 63. — *Rubrio Gallo*] cf. 2, 51. — *odiorum — erga Fabium*] 4, 44 *erga Mucianum invidia*. *Cornelius Nepos Hann.* 1, 3 *odium paternum erga Romanos*. *Drüger Synt.* § 98.

100. *Cremonam*] cf. 3, 14. — *vexilla — legionum*] cf. c. 89. 3, 22. — *trium Britannicarum legionum*] 3, 22 *cum vexillis nonae secundaeque et vicissimae Britannicarum legionum*. — *Fabius Valens*] quem etiam tunc infirmitas Romae retinebat. c. 99. — *ductaverat*] „diutius duxerat“: verbum, quod amant imprimis *Plautus* et *Sallustius* (*Cat.* 11. 17. 19. *Iug.* 38. 70); de quo verbo et vv. *parare bellum*, quae in obscuro sensum nonnulli detorquebant, memorabilis est locus *Quintil.* 8, 3, 44. Ceterum intellige exercitum Germaniae inferioris, *Leg. I, V. Alau-*

dam, XV. *Primig.*, XVI. 1, 61. 64. — *legiones Cremonam, pars Hostilium*] cum ex 3, 14 pateat duas tantum legiones (I *Italicam* et XXI *Rapacem*) *Cremonam* praemissas esse, ceteras *Hostilium* petivisse, expectes potius *legiones Hostilium, pars Cremonam petere iussae*. cf. 3, 40 *Hostilium Cremonamve pergeret*, ubi *Hostilia* priore loco memoratur. *Hostilia* hodie *Ostiglia*. — *praetexto*] ut 1, 77. 3, 80. — *Patavi*] *Ravennae* enim coram cuncta classe proditio iniri ac praeparari nequibat. — *secretum componendae prodicionis*] cf. Ann. 6, 30 *pecuniam — omittendae delationis ceperant*. *Caes. b. G.* 4, 17, 10 *naves deiiciendi operis*. *Liv.* 9, 45, 18 *oratores pacis petendae*. *Nipperdey-Andresen* ad Ann. 2, 59. — *Lucilius*] Exstat eius memoria in Vespasiani diplomate militari, quod ad h. l. exhibet *Lipsius*, tum *Grut.* 573, 1: — *VETERANIS. QVI. MILITAVERVNT. IN CLASSE. RAVEN-*

Misenensi classibus a Vitellio praepositus, quod non statim praefecturam praetorii adeptus foret, iniquam iracundiam flagitiosa perfidia ulciscatur. nec sciri potest, traxeritne Caecinam, an (quod evenit inter malos, ut et similes sint) eadem illos pravitas inpulerit. (101) scriptores temporum, qui potiente rerum Flavia domo monumenta belli huiusce composuerunt, curam pacis et amorem rei publicae, corruptas in adulationem causas, tradidere. nobis super insitam levitatem et prodito Galba vilem mox fidem aemulatione etiam invidiaque, ne ab aliis apud Vitellium anteirentur, pervertisse ipsum Vitellium videntur. Caecina legiones adsecutus centurionum militumque animos obstinatos pro Vitellio variis artibus subruebat: Basso eadem molienti minor difficultas erat, lubrica ad mutandam fidem classe ob memoriam recentis pro Othone militiae.

1 praefectura 3 traxerit ex traxerat corr. 1m necōcinā (notam super e del. 1m)
4 [ut et similes sint] Warm, ut et consiliis similes sint Ulrichs 5 belli ex bella corr. 1m
6 rei. p. corrupti dett. 7 Insitās (s del. 1m) 9 anteiretur dett. ipsi Classen
Vitellium om. dett. videtur dett. 13 Corneli taciti. Liber octauus decim; explicit.
Incipit nonus decimus.

NATE. SVB. SEX. LVCILIO BASSO cet. cf. 3, 12. 4, 3. — ut et similes sint] scil. malitia vel pravitate neque impulsore egeant; respicit vetus illud Hom. Od. 17, 218 ὡς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον, quod Plato Gorg. 510^b breviter laudat ὁ ὁμοῖος τῷ ὁμοῖω. cf. Publilius Syrus 328 *Malae naturae nunquam doctore indigent.*

101. scriptores temporum] Plinius maior (3, 28), Cluvius Rufus, Vipstanus Messalla (3, 25. 28); cf. Fr. Haase: Taciti opera I p. XLVII. Nipperdey-Andresen: Cornelius Tacitus I⁹ (1884) p. 29—31. — anteirentur — videntur] Nulla profecto est causa, cur praefereamus num. singularem, etsi Ernestius, de solo Caecina, inquit, agi patet clare e vv. prodito Galba, quae soli Caecinae conveniunt. cf. Hist. 1, 53. At complecti poterat etiam Lucilium, quatenus is sine ulla haesitatione, ut videtur, sese Othoni applicuerat. Accedit, ut videtur, Walthar, Burnouf animadvertunt,

si de uno Caecina ageretur, nihil causae esse potuisse, cur scriptor porro de Caecina locuturus, adderet ipsum nomen *Caecina*, quod nomen saltem ad praecedentia erat referendum, nulla distinctione facta post v. videtur, puncto posito post *Caecina*. Addunt Ferlet et Burnouf vv. ab aliis manifesto demonstrare de utroque duce agi; nam si dumtaxat Caecinam intellexisset, positurum fuisse num. singularem ab alio, videlicet Valente, quem solum cavere ille poterat. Ritter acriter pugnat pro singulari; nos unicum Med. auctoritatem sequi satius duximus. — ipsum Vitellium] cf. c. 83 quas inermes exponi Vitellio, ni praesidiis firmarentur; atque ipsum Vitellium in incerto fore, 3, 64 paucas Vitellio cohortes — ipsum Vitellium — debilitatum. repetitio nominis non magis offendit quam 4, 37 Vitellii tamen imagines — repositae, cum iam Vitellius occidisset. — subruebat] a Patavio Hostilium reversus. — ad mutandam fidem] ut 3, 6 et 30.

EXCURSUS I.

BURNOUF ET MANNERT AD HIST. II. C. XLIV.

Le lieu où se donna la bataille me semble fixé d'une manière incontestable par tout ce qui a été dit jusqu'à présent. Quant à la position de Bédriac, elle est très incertaine. L'opinion la plus répandue place ce bourg à Canneto. Mais selon l'observation de Cluwer Canneto est plutôt entre Crémone et Mantoue qu'entre Crémone et Vérone. De plus il est à vingt et un mille italiens de Crémone, ce qui donne plus de 26 milles romains. Or, s'il n'y a que vingt milles de Bédriac au lieu du combat, il ne peut y en avoir davantage, il doit même y en avoir moins, de Bédriac à Crémone. Ce ne peut être non plus Cividale, entre le Pô et la Delmone, à l'est de Crémone. Ce lieu est encore plus éloigné de cette ville que Canneto; et d'ailleurs en allant de Cividale à l'embouchure de l'Adda, on eût trouvé sur son chemin Crémone et le camp des Vitelliens. Or Tacite dit positivement, sup. 40: confluentes Padi et Aduae fluminum petebant. Ferlet, qui a discuté cette question avec soin et conscience, place Bédriac sur la rive gauche de l'Oglio, un peu au-delà de Bina, à peu près à l'endroit où est aujourd'hui Ustiano, et par conséquent très à l'ouest de Canneto. Si cette position n'est pas certaine, elle nous paraît au moins plus approcher de la véritable que celles de Canneto et de Cividale.

MANNERT ITALIEN I. P. 152.

Plinius, Juvenal und nach ihnen die spätern Schriftsteller schreiben Bebriacum, welches wohl die richtigere Lesart ist. Die Lage des nicht mehr vorhandenen Ortes gibt die einzige Peutingersche Tafel an, indem sie zwar den Namen fehlerhaft Beloriacum (Bebriacum) schreibt, den Abstand von Cremona aber auf 22 Milliarien bestimmt. Es lag also eine Meile westlich von der heutigen Stadt Bozzolo in dem Dorfe S. Lorenzo Guazzone.

EXCURSUS II. AD HIST. II. C. XLVII.

Othonis ultima contio ex Plutarchi C. XV. cum Amyoti interpretatione.

Ταύτην, ᾧ συστρατιῶται, τὴν ἡμέραν Je repete ceste journée plus heureuse pour moy, mes compagnons, que celle-là en laquelle vous m'esleutes et declarates premierement empereur, vous voyant si bien affectionnez en mon endroit, et me faisans un tel honneur avec une si grande demonstration d'amitié: mai je vous prie que ne me vueillez point frustrer d'une autre plus grande grace, qui est de vaillamment et honorablement mourir pour le salut de gens de bien que vous estes et de bons citoyens Romains. Si j'ay esté digne de tenir l'empire Romain par votre election,

καὶ Συρία καὶ Ἀγυπτὸς καὶ τὰ πολε-
μοῦντα Ἰουδαίους στρατεύματα μεθ'
ἡμῶν ἢ τε σύγκλητος παρ' ἡμῖν καὶ
τένα τῶν ἐναντίων καὶ γυναῖκες. Ἄλλ'
οὐκ ἔστι πρὸς Ἀννίβαν οὐδὲ Πύρρον
οὐδὲ Κίμβρους ὁ πόλεμος ὑπὲρ τῆς
Ἰταλίας, ἀλλὰ Ῥωμαῖοις πολεμοῦντες
ἀμφοτέρω τῆν πατρίδα καὶ νικῶντες
ἀδικοῦμεν καὶ νικώμενοι· καὶ γὰρ τὸ
ἀγαθὸν τοῦ κρατοῦντος ἐκείνη κακὸν
ἔστιν. Πιστεύσατε πολλάκις, ὅτι δύνα-
μαι κάλλιον ἀποθανεῖν ἢ ἀρχειν. Οὐ
γὰρ ὄρω, τί τηλικούτων Ῥωμαῖοις ὄφε-
λος ἔσομαι κρατήσας, ἢλικὸν ἐπιδούς
ἐμαυτὸν ὑπὲρ εἰρήνης καὶ ὁμοιοῦσας καὶ
τοῦ μὴ πάλιν ἡμέραν τοιαύτην ἐπιθεῖν
τῆν Ἰταλίαν.

il faut que je le montre maintenant
en ne faignant point de despendre ma
vie pour le bien et le salut de mon país.
Je sçay bien que la victoire n'est point
entière ne parfaite à mon ennemy.
J'ay nouvelles que noz armées de la
Mysie et de la Pannonie sont en chemin
pour s'en venir vers moy, et quelles ne
sont pas à gueres de journées loin d'icy,
tirans vers la mer Adriatique: l'Asie,
la Syrie et l'Aegypte, et les legions qui
font la guerre en la Judée, sont pour
nous: le senat est de nostre costé, et
les femmes et les enfans de noz ennemis
sont entre noz mains: mais ceste guerre
n'est point contre un Hannibal, ny
contre un Pyrrus, ou contre les Cimbres,
pour combatre à qui demourera la pos-
session de l'Italie, ains est contre des
Romains mesmes; de maniere qu'en
ceste guerre et le vainqueur et le vaincu
offensent leur país, pource que ce qui
tourne à bien aux victorieux, cede
tousjours au dommage de la chose
publique. Croyez que je sçay mieulx
mourir que regner, voyant mesmement
que je ne sçaurois tant profiter aux Ro-
mains quand je demoureroie à la fin
le plus fort, comme je feray en sacri-
fiant ma vie pour la paix, union et
concorde de mes citoyens, et pour
empescher que l'Italie ne voye encore
une autre journée, telle comme a esté
celle. cy.

EXCURSUS III. AD HIST. II. C. LXXXVII.

Sexaginta milia armatorum sequebantur] *Si l'on réunit ensemble les armées de Cécina et de Valens et celle que Vitellius avait amenée lui-même des bords du Rhin, il est certain qu'elles devaient former au moins cent mille hommes. Comment donc ne s'en trouve-t-il plus ici que soixante mille? C'est qu'il en périt un bon nombre à la bataille de Bédriac; c'est que Vitellius avait renvoyé les huit cohortes bataves et les milices gauloises et prodigué les congés (sup. 69); c'est peut-être qu'il avait laissé des garnisons en différens endroits de l'Italie.* BURNOUF.

HISTORIARUM

LIBER TERTIUS.

BREVIARIUM LIBRI.

Cap. 1. Flavianis de ratione belli deliberantibus moram alii, 2. festinationem Antonius Primus suadet, 3. et obtinet. 4. proxima Cornelii Fuscii auctoritas. 5. principes Sarmatarum Iazugum in commilitium adsciti. Sido et Italicus Sueborum reges tracti in partes. 6. 7. Antonio Italiam invadenti comes est Arrius Varus. multas urbes occupant. 8. Verona fit belli sedes. moras frustra aut sero neunt Vespasianus et Mucianus. 9. Interim duces mutuis epistulis bellum gerunt. 10. Tampius Flavianus militi suspectus ab Antonio servatur. 11. hic alteram quoque seditionem odio Aponii Saturnini ortam comprimit. 12. Lucilius Bassus et 13. 14. Caecina a Vitellio deficientes a militibus suis conciantur in vincula. 15. discordes Vitellianos ad Bedriacum adgredi statuit Antonius. 16. aviditate navandae operae Arrius Varus rem in discrimen adducit; 17. eam Antonius constantia et virtute restituit, 18. victoria potitur.

19. Flaviani ea freti Cremonam expugnare deprecant, 20. inconsultum eorum ardorem frustra retinet Antonius. 21. sed adventantis hostis terror obstructas mentes consilii ducis aperit. 22—25. proelium atrox, anceps. Antonius egregii ducis munia implet; victoriam aufert. 26—33. Cremona obsessa, capta, cremata, 34. postea restituta. 35. victae legiones dispersae.

36. Vitellius luxu torpet. 37. in urbem reductus Caecinam condemnat; ei Rosium Regulum in unum diem consulum sufficit. 38. 39. Iunius Blaesus fraude L. Vitellii veneno tollitur. 40. 41. Fabius Valens libidine et cunctatione Vitellianorum res subruit et, 42. Flavianis Italiam occupantibus, 43. ad Stoechadas delatus capitur. 44. Hispaniae, Galliae, Britannia, cuncta ad Vespasianum opes conversa. 45. turbat tamen Britanniam Venutius. ibi varia sorte pugnatum. 46. Germania quoque turbata. mota et Dacorum gens, a Muciano ex Oriente reduce repressa. 47. 48. Anicetus Polemonis libertus Pontum infestans capitur. Vespasianus Alexandriam pergit, ut urbem fame urgeat. 49. Antonius post Cremonam superbius. 50. partem copiarum Veronae relinquit, partem in Vitellianos expedit. 51. nefarium facinus militis ob occisum a se fratrem praemium petentis. 52. festinationem Antonii apud Vespasianum criminatur Mucianus. 53. is iactantius quam ad principem litteras componit, Mucianum insectatus. inde graves ducum similitates.

54. Vitellius stulta dissimulatione cladis ad Cremonam remedia malorum differt. notabilibus constantia Iulii Agrestis. 55. Vitellius, ut e somno excitus, Appenninum obsideri iubet, honores largitur, in castra venit. 56. prodigia, praecipuum ipse Vitellius ostentum, ignarus militiae, improvidus consilii, Romam revertit percussus defectione Misensis classis. 57. Puteolani Vespasiano, Capua Vitellio favet. Claudius Iulianus in partes Vespasiani transit, qui Tarracinam occupat. 58. Vitellius fratrem Lucium bello per Campaniam opponit. ipse Romae ex plebe et servitibus exercitum corradit, qui brevi dilabitur. 59. Flaviani Appenninum transeunt; ad eos Cerialis Vitellii custodias elapsus venit et inter duces adsumitur. 60. pugnae avidos milites aegre cohibet Antonius. 61. iam crebra fiunt ad Vespasianum transfugia. Priscus et Alfenus castra deserunt, ad Vitellium regressi. 62. 63. caeso Valente desperabundus miles sub signis vexillisque ad Vespasianum transit. pax et salus offeruntur Vitellio, si se dedat.

64. Flavius Sabinus urbis praefectus frustra incitatur ad arma; 65. pacis amans de pace agit cum Vitellio 66. cedere parato, ni sui reniterentur. 67. 68. hi pullo amictu Palatio degressum et pro contione cedere se imperio testantem eo redire cogunt. 69. interim Sabinus rem publicam susceperat eique aderant Romani omnis ordinis, fremtentibus Germanicis cohortibus. modicum proelium Vitellianis prosperum. Sabinus Capitolium occupat, quod 70. Cornelio Martiale frustra ad Vitellium misso 71. Vitelliani oppugnant. Capitolium confragat. 72. de prioribus Capitolii fati digressio. 73. Vitelliani cuncta sanguine ferro flammis miscent. Flavium Sabinum et Atticum consulum capiunt. 74. Domitianus sacerdotiae habitu delitescit. Sabinus invito Vitellio trucidatur. 75. Sabini laudes. Atticus servatur.

76. 77. Tarracina a L. Vitellio obsessa et capta, Iulianus iugulatur. Triariae immodestia. 78. Flaviani, incertum Antonii an Muciani culpa cunctantes, obsessi Capitolii fama exciti, 79. ad urbem properant. ibi equestre proelium Ceriali adversum. 80. 81. Vitellius legatos et Vestales virgines pro pace aut indutiis mittit nec obtinet. 82. Flaviani tripartito agmine urbi propinquant. varia ibi fortuna pugnatur. 83. foeda lascivientis urbis facies, spectatore populo et plausu diversas partes fovente. 84. castra praetoria expugnantur. 85. Vitellius e pudenda latebra protractus et contumeliis adfectus ad Gemonias propellitur. 86. vita Vitellii moresque. Domitianus Caesar consulatur. Gesta uno eodemque anno.

(1) Meliore fato fideque partium Flavianarum duces consilia belli tractabant. Poetovionem in hiberna tertiae decimae legionis convenerant. illic agitavere placeretne obstrui Pannoniae Alpes, donec a tergo vires universae consurgerent, an ire comminus et certare pro Italia constantius foret. quibus opperiri auxilia et trahere bellum videbatur, Germanicarum legionum vim famamque extollebant, et advenisse mox cum Vitellio Britannici exercitus robora: ipsis nec numerum parem pulsarum nuper legionum; et quanquam atrociter loquerentur, minorem esse apud victos animum. sed insessis interim Alpibus venturum cum copiis Orientis Mucianum. superesse Vespasiano mare classes studia provinciarum, per quas velut alterius belli molem cieret. ita salubri mora novas vires adfore, e praesentibus nihil periturum. (2) ad ea Antonius Primus (is acerrimus belli concitor) festinationem ipsis utilem, Vitellio exitiosam disseruit. plus socordiae quam fiduciae accessisse victoribus. neque enim in procinctu

4 cōmunis sed corr. cōmunus (sic) 1m. Italiā (notam del. 1m) 6 famang; modo Wölfflin 7 britannici 11 quas Nipperdey uelud 12 e Nipperdey: et (ex Urlichs, et ex Pluggers) 13 concitor Orelli: conciator (conciator dett.)

1. Poetovionem] in Pannonia superiore ad Dravum fluvium, hodie Pettau in Stiria (Steiermark). Recta scriptura Med. est etiam in Inscr. m. Lat. N. 3592. POETOVIO. atque in aliis. — obstrui] »etiam exercitui impetrabiles reddi; iam enim erant praesidiis insessae, quibus nuntii retinebantur. 2, 98. DUEBN. — Pannoniae] 2, 98 est Pannonicae Alpes, unde Ruperti malebat Pannonicas, sed ubique orationem variare amat Tacitus, etiam in rebus minoris momenti. — consurgerent] scil. ad bellum, quod addit Liv. 10, 13 et 33, 19. Virg. Aen. 10, 90: consurgere in arma Europamque Asiamque. Simpliciter consurgere etiam Florus 2, 12, 3 et 17, 3. ERN. — constantius foret] h. e. fortioris ideoque honestius ac melius esset. — robora] vexillarii trium Britannicarum legionum. 2, 100 et 2, 57: ipse e Britannico exercitu delecta octo milia sibi adiunxit. Haesit in his vv. Ruperti: »Mihī haec vv. plane inepta videntur et cor-

rupta. Dicendum saltem fuisset adventura mox cum Vitellio aut potius advenisse modo cum Caecina. Nam Vitellius ipse non cum exercitu Roma profectus erat, sed ibi cum fratre ignavo luxui indulgebat. c. 36 seqq. Conicere possis et advenisse nova iam Vitellio Britannici exercitus robora.« At profecto nihil aliud dicit Tacitus nisi hoc: »ex quo ad Bedriacum dimicatum sit, advenisse etiam Britannici exercitus robora.« Itaque mox, ut haud raro, h. l. significat postea, späterhin, in der Folge, de quo usu cf. Hand Turs. III. p. 658. — classes] Ponti, Syriae, Aegypti. cf. 2, 4 classes regesque. 2, 76 classium alarum cohortium robora. — alterius belli] h. e. alius belli, cf. 2, 90 alterius civitatis; Firker, Tac. Formenlehre p. 45. — e praesentibus] sic, non ex praesentibus, scriptum est 2, 65, 3, 69, 4, 18, 56 cf. Nipperdey praefatio p. V.

2. Antonius Primus] 2, 86. — in procinctu] semper paratos ad dimicandum, schlagfertig.

et castris habitos: per omnia Italiae municipia desides, tantum hospitibus metuendos, quanto ferocius ante se egerint, tanto cupidius insolitas voluptates hausisse. circo quoque ac theatris et amoenitate urbis emollitos aut valetudinibus fessos. sed addito spatio rediturum et his robur meditatione belli. nec procul Germaniam, unde vires; Britanniam freto dirimi; iuxta Gallias Hispaniasque; utrimque viros equos tributa; ipsamque Italiam et opes urbis; ac si inferre arma ultro velint, duas classes vacuumque Illyricum mare. quid tum claustra montium profutura? quid tractum in aestatem aliam bellum? unde interim pecuniam et comaeus? quin potius eo ipso uterentur, quod Pannonicae 10 legiones deceptae magis quam victae resurgere in ultionem properent, Moesici exercitus integras vires attulerint. si numerus militum potius quam legionum putetur, plus hinc roboris, nihil libidinum; et profuisse disciplinae ipsum pudorem. equites vero ne tum quidem victos, sed quanquam rebus adversis disiectam Vitellii aciem. »duae tunc Pannonicae ac Moesicae alae perrupere hostem: nunc sedecim alarum coniuncta signa pulsu sonituque et nube ipsa operient ac superfundent oblitos proeliorum equites equosque. nisi quis retinet, idem suasor auctorque consilii ero. vos, quibus fortuna in integro est, legiones continete: mihi

2 se debebat Lallemand; melius erat antea egerint Nipperdey. 5/6 britanniā 8 illyricūnare sed nota deleta. 9 In In 10 pannonice legionis sed e superscr. 13 nichil 18 suāosor nota deleta actorque Iacob

Festus Ed. Muell. p. 249. in Procincta classis: procincta autem toga Romani olim ad pugnam ire soliti sunt. — se egerint] pro vulgari se gesserint. Frustra Lallemandus probante Ernestio deletum volebat se. Multa exempla huius locutionis collegit Ruhnkensius ad Rutilium Lupum p. 87, omnia fere a Criticis addubitata, sed a Codd. satis firmata, velut Seneca de Benef. 2, 20. Ed. Fickert II. p. 55: mihi (Brutus) — in hac re videtur vehementer errasse nec ex institutione Stoica se egisse, ubi Guelf. I. fecisse, Gruterus se gessisse. Eutropius 10, 15: qui tamen primis imperii annis ingenti se modestia egerit. — meditatione belli] Quid hoc v. significet, monstrat 4, 26: ibi struenda acie, muniendo vallandoque et ceteris belli meditamentis militem firmabant. — unde vires] novae possent acciri. — freto] tantummodo facile transmittendo. — duas classes] Misensem et Ravennatem. — Illyricum mare] Cicero de imperio Cn. Pompei

12, 35 in oram Illyrici maris. — Moesici exercitus] cf. 2, 32. 44. — militum potius quam legionum] quas plures numero habebat Vitellius, sed non plenas. DUEBN. — pudorem] ex pugna adversa ortum. — equites vero etc.] referuntur haec ad 2, 41. cf. 2, 44: ne Vitellianis quidem incruentam fuisse victoriam pulso equite. — duae — alae perrupere] hinc in rectam orationem transit, de quo usu cf. Dräger Syntax § 256 in fine. — pulsu sonituque] cf. Verg. Aen. 7, 722 scuta sonant pulsuque pedum conterrita tellus. — nube] pulveris. — idem suasor] »quae iam suasi ipse exsequi et vobis commilitonibus exemplum praebere illico aggrediar, ad quod provocare poteritis.« cf. Curtius 3, 7, 7 idem et auctor et nuntius venit h. e. nuntiavit rem idem qui gesserat. Livius 2, 54, 7 nec auctor quamvis audaci facinori deerat. — quibus fortuna in integro est] qui remanentes nihil periclitamini, cum ego solus discrimen subeam. —

expeditae cohortes sufficient. iam reseratam Italiam, impulsas Vitellii res audietis. iuvabit sequi et vestigiis vincentis insistere. (3) haec ac talia flagrans oculis, truci voce, quo latius audiretur (etenim se centuriones et quidam militum consilio miscuerant), ita effudit, ut cautos quoque ac providos permoveret, vulgus et ceteri unum virum ducemque sprete aliorum segnitia laudibus ferrent. hanc sui famam ea statim conitione commoverat, qua recitatis Vespasiani epistulis non ut plerique incerta disseruit, huc illuc tracturus interpretatione, prout conduxisset: aperte descendisse in causam videbatur eoque gratior militibus erat, culpa vel gloriae socius. (4) proxima Cornelii Fusci procuratoris auctoritas. is quoque inclementer in Vitellium invehi solitus nihil spei sibi inter adversa reliquerat. Tampius Flavianus, natura ac senecta cunctator, suspiciones militum inritabat, tanquam adfinitatis cum Vitellio meminisset; idemque quod coeptante legionum motu profugus dein sponte re- meaverat, perfidiae locum quaesisse credebatur. nam Flavianum omissa Pannonia ingressum Italiam et discrimini exemptum rerum novarum cupido legati nomen resumere et misceri civilibus armis impulerat, suadente Cornelio Fusco, non quia industria Flaviani egebat, sed ut consulare nomen surgentibus cum maxime partibus honesta specie praetenderetur. (5) ceterum ut transmittere in Italiam inpune et usui foret, scriptum Aponio Saturnino, cum exercitu Moesico celeraret. ac ne iner-

1 reseratam Italiam *Pichena*; reserata militiā. Italiam iam *Meiser* 5 ceterū *sed corr. 1m.* (vulgus ceterum *Madvig*) 6 segni | in margine proximi versus *tia add. 1m.* 7 eplis cum *lineola in litt.* 1 8 interpretatione *Acidalius*: Intpationē 9 gratior *deit.* gratior 11 Inclimī 12 cunctator *Lipsius*: cunctatior (cunctantior *Halm*) 14 Idq; ceptante 19 honestas (s *del. 2m.*) 20 transmittere bellum *Acidalius* (in Italiam bellum *Halm*), transmittere militem *Ritter* Inpunē 21 aponio satii reuirescere scilicet *librarius statim transit ad c. 7* revirescere usque ad c. 9 ut inimici ac tum redit ad c. 5 ninocū exercitū (*notam del. 2m*) moesico celeraret. *Ceteri codices in transpositione conspirant, corruptiones cumulant. Verum ordinem restituit Pichena.*

reseratam Italiam] *reserare Italiam* etiam Cicero dixit Phil. 7, 2. Supra 2, 17: *Aperuerat iam Italiam -- ala Siliiana. -- impulsas] iam iterandum videtur: iam reseratam Italiam, iam impulsas Vitellii res audietis, ut 3, 19 iam pacem, iam preces.*

3. vulgus et ceteri] cf. 1, 25 vulgus et ceteros 83 vulgus et plures. *Dräger Syntax* § 113 — *Vespasiani epistulis* 2, 82. — *interpretatione* Cic. Acad. II 36, 116: *quae disputationibus huc et illuc trahuntur. -- descendisse in causam] sine ulla simulatione ad Flavianas partes transisse, ut Liv. 36, 7, 6: si semel in causam (nostram) descenderit. -- gratior] »Si Med gratior additum esset auctor, ut c. 43., pro-*

barem. Simpliciter *graviorem alicui* dici. intellectu auctoris verbo, non credo. ERN. Et quidem vere; intolerabilis enim foret ambiguitas *gravior*, molestior, δυσκατέστος' cf. A. 4, 68: *apud bonos laudatus et gravis iniquis.*

4. *Cornelii Fusci* de quo et de Flaviano, Pannoniae praeside, 2, 86. — *natura — cunctator] item 2, 25 cunctator natura.* cf. 5, 14 *neuter ducum cunctator*, Ann. 15, 1 *cunctator ingenio. -- perfidiae locum] »Scilicet in Pannoniam revertisse credebatur ea mente, ut legiones illas rursus a Vespasiano alienaret. PICHENA.*

5. *transmittere] obiectum (militem vel exercitum) facile per se intellegitur. -- Aponio]*

mes provinciae barbaris nationibus exponerentur, principes Sarmatarum Iazugum, penes quos civitatis regimen, in commilitium adsciti. plebem quoque et vim equitum, qua sola valent, offerebant: remissum id munus, ne inter discordias externa molirentur, aut maiore ex diverso mercede ius fasque exuerent. trahuntur in partes Sido atque Italicus reges Sarmatarum, quis vetus obsequium erga Romanos, et gens fidei commilitio patientior. posita in latus auxilia infesta Raetia, cui Porcius Septiminus procurator erat, incorruptae erga Vitellium fidei. igitur Sextilius Felix cum ala Auriana et octo cohortibus ac Noricorum iuventute ad occupandam ripam Aeni fluminis, quod Raetos Noricosque interfuit, missus. nec his aut illis proelium temptantibus fortuna partium alibi transacta.

(6) Antonio vexillarios e cohortibus et partem equitum ad invadendam Italiam rapienti comes fuit Arrius Varus, strenuus bello; quam gloriam et dux Corbulo et prosperae in Armenia res addiderant. idem

1 principis Iazugū (*sic*) penes 2 plebē: pubem *Meiser* 5 traut (h *superscr. 2m*) parte sueporū *sed p in b mut. 1m* 6 commilitio *Meiser*: comissior (*comissi b*) quam iussorum *Scheffer* 7 opposita *Rhenanus*. Noricum in latus auxilii *Nipperdey*. 8 Incorrupte 9/10 occupandas *sed corr. 1m.* 10 Aeni *Rhenanus*: rheni missū 11 is 14 et] ei *Lipsius* prospere addiderat *superscr. n 1m.*

Moesiae praesidi. 1, 79. 2, 85, 96. — *Sarmatarum Iazugum] qui habitabant inter Danuvium et Tisiam: cf. Mommsen Römische Geschichte V p. 197; Kiepert Alte Geographie § 306. -- in commilitium adsciti] item Ann. 1, 60 Chauci, cum auxilia pollicerentur, in commilitium adsciti sunt. -- plebem quoque] plebem principibus opponi Ernesti putat, sed pubem scribendum videtur, nam pubes, non plebs ad bellandum requiritur. cf. *Noricorum iuventute* 2, 47 tantum *Romanae pubis. -- ne inter discordias externa molirentur] ne forte inter Romanorum discordias ipsi externam aliquam seditionem suscitarent aut in ipso bello ad Vitellium deficerent: quod evenire non poterat, cum plebs sine principibus domi remaneret ac principes in Italia sine popularium suorum manu militarent. PICHENA.* cf. 4, 32 *missus cum mandatis Montanus ad Civilem, ut absisteret bello neve externa armis falsis velaret. -- ex diverso] a Vitellii partibus.* Sic 2, 75. — *Sido] cf. Ann. 12, 29. -- Italicus] fortasse Vangionis in regno successor; cf. Mommsen l. l. -- quis vetus obsequium erga Romanos] Ann. 12, 30 regnum Vangio ac Sido inter se partivere, egregia adversus nos fide. -- gens fidei commilitio patientior] gens in commilitium adscita et particeps facta et peri-**

culorum et praemiorum libentius fidem servabat et imperata faciebat quam sine honore commilitii. cf. Curtius 10, 3, 10 *obsequium et patientia imperii. -- posita] in latere collocata sunt auxilia, quod infesta erat Raetia.* ERN. cf. similem sententiam c. 35 *simul transitus Alpium praesidiis occupati, suspecta Germania. -- ala Auriana] ab ignoto praefecto Aurio sic dicta. Perseveravit ad labens imperium legasque in Notitia imperii (Notitia orientis c. 35) sub dispositione ducis Armeniae Ala Auriana, Dascusae LIPSIUS. ala I Hispanorum Auriana nominatur in diplomate Traiani (CIL III, d. XXIV.) anni 108, quo tempore in Raetia militabat. De cognomine alae 'Aurianae' disputavit *Hensen*: Jahrb. d. V. r. Alt. i. Rhld. vol. XIII, p. 75. cf. *Jos. Vaders* de alis exercitus Romani 1883 p. 36. *F. Ohlenschlager* die römischen Truppen im rechts-rheinischen Bayern 1884 p. 40—42. — *Aeni] hodie Inn. -- alibi transacta] »Fortuna partium et Vitellianarum et Flavianarum alibi decisa est virtute consiliisque Antonii Primi et expugnatione Cremonae, dum nec Porcius Septiminus neque Sextilius Felix quidquam conantur. « De negatione cum participio tantum iungenda cf. *Heracius* ad 1, 71, 8. 6. *Arrius Varus] de quo Ann. 13, 9. --***

secretis apud Neronem sermonibus ferebatur Corbulonis virtutes criminatus; unde infami gratia primum pilum adepto laeta ad praesens male parta mox in perniciem vertere. sed Primus ac Varus occupata Aquileia *per* proxima quaeque et Opitergi et Altini laetis animis accipiuntur. 5 relictum Altini praesidium adversus classem Ravennatem, nondum defectione eius audita. inde Patavium et Ateste partibus adiunxere. illic cognitum tris Vitellianas cohortes alamque, cui Sebosianae nomen, ad Forum Alieni ponte iuncto consedissee. placuit occasio invadendi incuriosos: nam id quoque nuntiabatur. luce prima inermos plerosque oppressere. praedictum, ut paucis interfectis ceteros pavore ad mutandam fidem cogere. et fuere qui se statim dederent: plures abrupto ponte instanti hosti viam abstulerunt. (7) *volgato in* victoriam principia belli secundum Flavianos data, legiones septima Galbiana, tertia decima Gemina cum Vedio Aquila legato Patavium alacres veniunt. ibi pauci dies 15 ad requiem sumpti, et Minucius Iustus praefectus castrorum legionis septimae, quia adductius quam civili bello imperitabat, subtractus militum irae ad Vespasianum missus est. desiderata diu res interpretatione gloriaque *in* maius accipitur, postquam Galbae imagines discordia tem-

3 paratā (notam del. 2m) [male parta] *Frammer* perniceē (corr. 2m) ūteret (ut ed. princ.) corr. 2m. uarius 4 per *add. Baiter* quaeque proxima *Walther*, proxima quaeque vi obtinent *Haase*, occupant Aquileiam ac *Meiser* 5 relictū alpini classem

Ravennatem *det.*: classis rauennati (motum *add. Halm* conatus *Heimisch*) 6 Ateste b: aceste adiunxere 7 alamq; b corr.: alā (et alam *alii*) Sebosianae *Nipperdey*: sebonianę 9/10 oppresse 12 abstu|ler. *volgato in* victoriam *Meiser*: Uolgata uictoria principia (post principia b) principia — data post abstulerunt *ponit Nipperdey* 13 data *Rhenanus*: data 14 Vedio *Rhenanus*: uideo 15 minucius 16 quam pro L. *Spengel* 18 gloriaq; b: glęq; cum *lin. in l* in om. pquā

male parta mox in perniciem vertere] Ryckius suspicatur hoc factum esse per Domitiam Corbulonis filiam, quam Domitianus Aelio Lamiae abduxit, teste Suetonio Domit. c. 1 et 10. — *per proxima quaeque*] cf. c. 42 *per proxima litorum* 4, 37 *per proximas Belgarum civitates*. — *Opitergi*] *Opitergium*, hodie Oderzo. — *Altini*] erat opulentum Venetorum oppidum inter Concordiam et Patavium. Situm nomenque servat exiguis vicus *Altino*. *Manert* Italian I. p. 85. — *defectione*] 2, 100. — *Ateste*] hodie *Este*. — *Sebosianae*] nomen duxisse videtur a Seboso quodam nobis ignoto, qui alam videtur constituisse. *ala Gallorum Sebosiana* anno 103 in Britannia versabatur (CIL III, d. XXI). cf. *Jos. Vaders* I. l., p. 29 sq. — *Forum Alieni*] Plerisque est *Ferrara* (Cellar. G. a. I. p. 559.), aliis *Legnago*. Hic solum memoratur apud antiquos.

7. *volgato in* victoriam] non erat plena ac iusta victoria, sed tamquam victoria parta *volgatum* est fortunam initio belli Flavianis favissee. cf. Ann. 3, 12 *haec in maius volgarint* Liv. 4, 34, 7 *aliquarum navium concursum in maius, ut fit, celebrantes navalis victoriae vanum titulum appetivere*. In vulgata scriptura recte *Nipperdey* dilatatum quoddam et diiunctum orationis genus notavit, in remedio erravit. — *secundum Flavianos data*] cf. Liv. 30, 31, 5 *illius belli exitum secundum eius fasque dederunt*. — *adductius*] Germ. 44 *Gotones regnantur paulo iam adductius quam ceterae Germanorum gentes*. — *quam civili bello*] scil. fieri debet et solet. RUPERTI. — *desiderata diu res*] a partibus Flavianis, ut Galbae honor restitueretur. — *interpretatione gloriaque*] Ann. 1, 8 *iactantia gloriaque ad posteritas*. cf. *Nipperdey* ad Ann. 1, 43 *pudor et gloria*.

porum subversas in omnibus municipiis recoli iussit Antonius, decorum pro causa ratus, si placere Galbae principatus et partes revirescere crederentur. (8) quaesitum inde, quae sedes bello legeretur. Verona potior visa, patentibus circum campis ad pugnam equestrem, qua praevallebant: simul coloniam copiis validam auferre Vitellio in rem famamque videbatur. possessa ipso transitu Vicetia; quod per se parvum (etenim modicae municipio vires) magni momenti locum obtinuit reputantibus illic Caecinam genitum et patriam hostium duci ereptam. in Veronensibus pretium fuit: exemplo opibusque partes iuvere. et interiectus exercitus Raetiam Iuliasque Alpes, [ac] ne pervium illa Germanicis exercitibus foret, obseperat. quae ignara Vespasiano aut vetita: quippe Aquileiae sisti bellum expectarique Mucianum iubebat adiciebatque imperio consilium, quando Aegyptus, claustra annonae, vectigalia opulentissimarum provinciarum obtinerentur, posse Vitellii exercitum egestate stipendii frumentique ad deditionem subigi. eadem Mucianus crebris 15 epistulis monebat, incruentam et sine luctu victoriam et alia huiusmodi praetextendo, sed gloriae avidus atque omne belli decus sibi retinens. ceterum ex distantibus terrarum spatiis consilia post res adferebantur. (9) igitur repentino incursu Antonius stationes hostium inrupit temporatisque levi proelio animis ex aequo discessum. mox Caecina inter 20 Hostilium, vicum Veronensium, et paludes Tartari fluminis castra per-

1 municipis decorus (s del. 1m.) 6 parvum *Halm*: parum 8/9 uironensibus pretiū 9 interiectus b: intertectus 10 ptiā [ac] *Lipsius*, ac Noricum *Weissenborn* 12 aquileis (sed corr. 1m) 14 egestate 15 eādē (sed corr. 1m) 16 eplis cum *lin. in l* 18 consilia ptes 21 hostiā [vicum Veronensium] *Helmreich* 21 cartari

8. *Vicetia*] haec recta est scriptura, non *Vicentia*. Inscr. m. Lat. N. 3110: *SEX. ATILIVS. M. F. SARANVS. PROCOS. EX. SENATI CONSVLTO. INTER. ATESTINOS. ET. VEICETINOS. FINIS. TERMINOSQVE. STATVI. IVSIT* (sic) a. u. c. 618. et N. 3219: *CVRATORI VICETINOR.* — *pretium fuit*] c. 31 *ubi pretium caedis erat* cf. *Nipperdey* ad Ann. 1, 57 *Germanico pretium fuit convertere agmen*. — *Iuliasque Alpes*] proprie inter Carniam et Istriam prope Forum Iulii (*Civitate del Friuli*), ita appellatae, quia Iulius Caesar per eas viam munierat, sed latiore sensu hic Alpium iuga a Raetia orientem versus sita comprehendere videtur. — *obseperat*] cf. verba Antonii c. 53 *sua constantia perruptas Alpes, occupatam Italiam, interseptas Germa-*

norum Raetorumque auxilia. — *pervium*] substantive, ut apud Livium 30, 10, 5 *ut pervium in totum ordinem esset*. Fest. vici p. 371 *ut in eo aedificio pervium sit*. Sen. de prov. 6, 9 *quacumque via pervium est*. — *illa*] scil. via, parte. — *ignara*] sensu passivo i. q. ignota, ut saepius, cf. *Gerber* et *Greef* Lexic. Tac. s. v. — *claustra annonae*] qua provincia occupata frumenti subvectio in urbem posset intercludi. cf. Ann. 2, 59. DUEBN. — *post res*] »post rerum ipsarum eventum.«

9. *Hostilium*] appositionem *vicum Veronensium* hic demum addit, quamquam iam 2, 100 locus nominatus erat. Plinius 21, 73 *Hostilia vicus adluitur Pado*. — *Tartari*] fluvii Venetorum, etiamnunc *Tartaro*. —

munii, tutus loco, cum terga flumine, latera obiectu paludis tegerentur. quodsi adfuisset fides, aut opprimi universis Vitellianorum viribus duae legiones nondum coniuncto Moesico exercitu potuere, aut retro actae deserta Italia turpem fugam conscivissent. sed Caecina per varias moras
5 prima hostibus prodidit tempora belli, dum, quos armis pellere promptum erat, epistulis increpat, donec per nuntios pacta perfidiae firmaret. interim Aponius Saturninus cum legione septima Claudiana advenit. legioni tribunus Vipstanus Messalla praeerat, claris maioribus, egregius ipse et qui solus ad id bellum artes bonas attulisset. has ad copias nequa-
10 quam Vitellianis pares (quippe tres adhuc legiones erant) misit epistulas Caecina, temeritatem victa arma tractantium incusans. simul virtus Germanici exercitus laudibus attollebatur, Vitellii modica et vulgari mentione, nulla in Vespasianum contumelia: nihil prorsus, quod aut corrumpere hostem aut terreret. Flavianarum partium duces omissa prioris
15 fortunae defensione pro Vespasiano magnifice, pro causa fidenter, de exitu securi, in Vitellium ut inimici rescripsere, facta tribunis centurionibusque retinendi quae Vitellius indulisset spe, atque ipsum Caecinam non obscure ad transitionem hortabantur. recitatae pro contione epistulae addidere fiduciam, quod submisit Caecina, velut offendere Vespasianum timens, ipsorum duces contemptim, tanquam insultantes Vitellio,
20 scripsissent.

(10) Adventu deinde duarum legionum, e quibus tertiam Dillius Aponianus, octavam Numisius Lupus ducebant, ostentare vires et

1 fluminē (sed corr. 1m) 4 caecina 6 eplis cum lin. in 1 firmarentur L. Spengel 8 Vipstanus Chr. Ad. Rupertus: nipsanius 10 eplas cum lin. in 1 11 ante simul duae litterae (in vel fo) erasae videntur 16 exitu Lipsius: exercitu rescripsere Freinsheim: praesumpserunt 18 obscure recitate 18/19 eplę cum lin. in 1 19 sūmisisse uelud 20 contemptim b: contēpti 23 Aponianus Rhenanus: apontan; octava

duae legiones] VII Galbiana, XIII Gemina c. 7. — fugam conscivissent] Liv. 5, 53, 5 ut — fugam nobis ex eo loco conscisceremus 33, 48, 11 et alii fugam conscivisse — fremebant. — prodidit] commisit Caecina, ut primas occasiones belli neglegeret nec quidquam tentaret, id quod hostibus utile fuit. — tempora belli] cf. Lucian. dial. mort. 12, 6 de Hannibale Capuae otiante: τοὺς τοῦ πολέμου καιροὺς ὁ Ζαυμάσιος κατήδουπαζῶν. — pacta perfidiae] 2, 99 rata apud Vespasianum fore pacta transitionis. — tribunus] quia septimae legionis legatus, Tettius Iulianus, profugerat. 2, 85. — Vipstanus Messalla] is, cui partes sunt in Dialogo de oratoribus. Idem historiam sui temporis scripsit. Cf. infra c. 25

et 28. — victa arma tractantium] legionum Othonis, quas ducebat Antonius. — rescripsere] transpositione paginarum in codice facta (cf. ad c. 5) vocem partes (c. 7) excepit vox rescripsere, unde evenisse videtur, ut hoc vocabulum in praesumpserunt depravaretur, quod vitium Freinsheim egregie sustulit. cf. c. 52 Mucianus — scriptabat — hi — rescripsere c. 81 Vitellio rescriptum Ann. 14, 49 consules — scripsere Caesari. ille — rescripsit. — quae Vitellius indulisset] cf. 2, 94.

10. Dillius Aponianus] idem secundum inscriptionem nuper inventam anno 73 p. Chr. curator riparum et alvei Tiberis fuit: cf. Bulletin della commissione archeologica comu-

militari vallo Veronam circumdare placuit. forte Galbiana legioni in adversa fronte valli opus cesserat, et visi procul sociorum equites vanam formidinem ut hostes fecere. rapiuntur arma metu proditionis. ira militum in Tampium Flavianum incubuit: nullo criminis argumento, sed iam pridem invisus turbine quodam ad exitum posebatur: propinquum Vitellii, proditorem Othonis, interceptorem donativi clamitabant. nec defensionis locus, quanquam supplices manus tenderet, humi plerumque stratus, lacera veste, pectus atque ora singultu quatiens. id ipsum apud infensos incitamentum erat, tanquam nimius pavor conscientiam argueret. obturbabatur militum vocibus Aponius, cum loqui coeptaret; fremitu et clamore ceteros aspernantur. uni Antonio apertae militum aures: namque et facundia aderat mulcendique vulgum artes et auctoritas. ubi crudescere seditio et a conviciis ac probris ad tela et manus transibant, inici catenas Flaviano iubet. sensit ludibrium miles disiectisque, qui tribunal tuebantur, extrema vis parabatur. opposuit sinum Antonius stricto ferro
15 aut militum se manibus aut suis moriturum obtestans, ut quemque notum et aliquo militari decore insignem aspexerat, ad ferendam opem nomine ciens. mox conversus ad signa et bellorum deos hostium potius exercitibus illum furorem, illam discordiam inicerent orabat, donec fatisceret seditio et extremo iam die sua quisque in tentoria dilaberentur. pro-
20 fectus eadem nocte Flavianus obviis Vespasiani litteris discrimini exemptus est. (11) legiones velut tabe infectae Aponium Saturninum

1 galbiana 2 visi In procul (In del. 1m), inde procul Weissenborn 3 arma metu Faernus: armā (notam del. 2m) et ut (arma et metu Nipperdey) 4 Tampium Faernus: Tampiū 6 clamitabat (n superscr. 1m) 9/10 obturbatur Orelli 10 ceptaret 11 aspernabatur (sic) b nanq; 16 quenq; 17 aspexerat. auferendā 19 fatiscere 21 discriminis (s del. 1m) 22 uelud

nale di Roma XV 1. — militari vallo] ex legibus disciplinae militaris structo. — turbine quodam] impetu repentino. ERN. — propinquum] adfinem. c. 4. — Aponius] cui cognomen Saturninus. c. 9. — ubi crudescere seditio et — transibant] de infinitivo historico et imperfecto iuncto cf. Dräger Synt. § 172, b. — conviciis ac probris] consociat eadem haec verba etiam 1, 47 et 2, 52. — ludibrium] quo iam alii erant servati. 1, 45. 58. DUEBN. — militari decore] insignibus propter egregia facinora. Inscr. m. Lat. N. 3454: TI. CLAVDIO. — DONIS. D(onato). TORQVIVVS. ARMILLIS. PHALER. CORONA. NAVALL. — ad signa et bellorum deos] cf. A. 2, 17, ubi aquilae dicuntur propria legionum numina. cf. Tertullian. Apolog. 16: Religio Romanorum

tota castrensia signa veneratur, signa iurat, signa omnibus deis praeponit. Ceterum bellorum dei sunt Mars, Minerva, Bellona, Virtus, Victoria, Pavor, Pallor, quorum imagines ex signis fulgebant. — hostium] Virg. Ge. 3, 513: Di meliora piis erroremque hostibus illum! — fatisceret] paulatim elangueret ac sedaretur, metaphora desumpta a terra rimis fatiscente. — obviis Vespasiani litteris] »Antequam ipse ad Vespasianum perveniret, litterae et quibus accusabatur et quibus excusabatur, ad novum principem missae erant. Atque utrisque perpensis, Vespasianus eum statim absolvit periculoque exemit, scriptis et ab ipso litteris, quae Flaviano adhuc iter continuanti in via occurrerunt.« GRON.

11. velut tabe] ut 1, 26: infecit ea tabes

Moesici exercitus legatum eo atrocius adgrediuntur, quod non ut prius labore et opere fessae, sed medio diei exarserant volgatis epistulis, quas Saturninus ad Vitellium scripsisse credebatur. ut olim virtutis modestiaeque, tunc procacitatis et petulantiae certamen erat, ne minus 5 violenter Aponium quam Flavianum ad supplicium deposcerent. quippe Moesicae legiones adiutam a se Pannonicorum ultionem referentes, et Pannonici, velut absolventur aliorum seditione, iterare culpam gaudebant. in hortos, in quibus devertebatur Saturninus, pergunt. nec tam Primus et Aponianus et Messalla, quanquam omni modo nisi, eripuerunt 10 Saturninum, quam obscuritas latebrarum, quibus occultebatur, vacantium forte balnearum fornacibus abditus. mox omissis lictoribus Patavium concessit. digressu consularium uni Antonio vis ac potestas in utrumque exercitum fuit, cedentibus collegis et obversis militum studiis. nec deerant qui crederent utramque seditionem fraude Antonii coeptam, ut 15 solus bello frueretur.

(12) Ne in Vitellii quidem partibus quietae mentes: exitiosiore discordia non suspicionibus volgi, sed perfidia ducum turbabantur. Lucilius Bassus classis Ravennatis praefectus ambiguos militum animos, quod magna pars Dalmatae Pannonique erant, quae provinciae Vespasiano tenebantur, partibus eius adgregaverat. nox proditio electa, ut ceteris ignaris soli in principia defectores coirent. Bassus pudore seu metu, quisnam exitus foret, intra domum opperiebatur. trierarchi magno tumultu Vitellii imagines invadunt et paucis resistentium obtruncatis ceterum volgus rerum novarum studio in Vespasianum inclinabat. tum 25 progressus Lucilius auctorem se palam praebet. classis Cornelium Fuscum

1 eo corr. ex et 1m 2 eplis cum lin. in litt. 1 3 virtutes sed corr. 1m.
4 petulenti sed corr. 1m. 5 volenter flavianum corr. 1m ex flavian; 6 legionis sed e
superscr. 1m. 7 velud 8 hortus 9 messalla 13 militum dett.: militib; (militis
Jac. Gronovius) 14 cepta 16 quiete 17 suspicioneb; sed corr. 1m. 19 prouincie
19/20 a Vespasiano ed. princ. 22 Trierarchus | sed corr. 1m. 23 resistentium sed tium in
rasura 1m obtruncatis dett.: obubratis (obtrubatis L. Schiller) 25 fuscum ed. princ.: tuscū

legionum quoque mentes; et duplici imagine Liv. 42, 5: ex contagione, velut tabes, in Per-
rhaebiam quoque id (seditionis) pervaserat
mahum. — scripsisse credebatur] cf. 2, 96. —
obscuritas latebrarum, quibus occultebatur, —
abditus] nota in scriptore brevitate dicendi
adfectante miram verborum copiam. cf. 2, 94
super insitam inertem animo ignaviam 2, 98
plures fefellere — occultati 1, 87 retinebat —
immutatus. — fornacibus] hypocausto. Vide
Vitruv. 5, 10. — collegis] Vedio, Dillio, Nu-

misio, Vipstano, de quibus paulo ante. DUEBN.
— obversis] conversis in eum, ut c. 83. Ann.
4, 54. 16, 35. Liv. 6, 7. 24. plerumque
tamen sensu proprio de corporibus, ut Liv.
9, 35: inde signa in hostem advertit. — bello
frueretur] gloria et commodis ex bello redun-
daturis, saltem sperandis. RUPERTI.
12. Cornelium Fuscum] 2, 86. Hac in bello
civili opera, nisi fallor, bene penitus in Vespasiani
domum insinuavit et a Domitiano praefectus
praetorio factus. Perit in Dacis infelici

praefectum sibi destinatum, qui propere adcurrit. Bassus honorata custodia Liburnicis navibus Atriam pervectus a praefecto alae Vivennio Rufino praesidium illic agitante vincitur, sed exoluta statim vincula interventu Hormi Caesaris liberti: is quoque inter duces habebatur. (13) at Caecina defectione classis volgata primores centurionum et 5 paucos militum, ceteris per militiae munia dispersis, secretum castrorum adfectans in principia vocat. ibi Vespasiani virtutem viresque partium extollit: transfugisse classem; in arto com meatum, adversas Gallias Hispaniasque, nihil in urbe fidum; atque omnia de Vitellio in deterius. mox incipientibus, qui conscii aderant, ceteros re nova attonitos in 10 verba Vespasiani adigit. simul Vitellii imagines dereptae et missi qui Antonio nuntiarent. sed ubi totis castris in fama proditio, recurrens in principia miles praescriptum Vespasiani nomen, proiectas Vitellii effigies aspexit, vastum primo silentium, mox cuncta simul erumpunt. »huc cecidisse Germanici exercitus gloriam, ut sine proelio, sine vulnere 15 vincetas manus et capta traderent arma? quas enim ex diverso legiones?

2 praefecto vivenniorum sed corr. 1m. 3 presidium corr. ex presidio 1m. 6 munia
Ritter: munera secretum Agricola: secretorum (secreta dett.) 8 transfugisset sed corr.
1m. arto sed corr. 1m 15 proelio

pugna. Suet. Dom. 6. Dio 68, 9. Eutrop. 7, 23. Iuven. 4, 111: Et qui vulturibus servabat viscera Dacis. LIPS. — adcurrit] nam non iniuria milites diffidebant tam timido et ambiguo duci partium Basso. DUEBN. — honorata custodia] quam ob causam non dicit, sed facile est divinatum, suspectam mansisse fidem, quamquam auctorem ad Vespasianum desciscendi se praebuerat. Certe nihil excidit inter vv. praebet et classis, uti ratus est Walther. Ritteri adnotationem dabimus in Execurso. — Atriam] scribitur etiam Hatria, sed Ἀτρία Strabo 5, p. 214 et Plin. 3, 120: nobili portu oppidi Tuscorum (eorum scilicet, qui olim oram maris superioris occuparant. cf. Müller Etrusker I. p. 144 et 228.) Atriae, a quo Atriatium mare ante appellabatur, quod nunc Hadriaticum; hodie Adria. — is quoque] Amare hoc et cum dolore dictum. cf. 1, 76. DUEBN.

13. militiae munia] 1, 48 cetera militiae munia 5, 21 alia militiae munia. Ann. 15, 11 cuncta militiae munia cf. Ritter ad Ann. 3, 2. — secretum castrorum] id est aucupans tempus, quo solitudo esset in castris. RYCKIUS. — adfectans] ipso hoc secreto castrorum

allicere conabatur curiosos; « verbum studiose quaesitum. — in arto com meatum] praesertim ex Aegypto. — in deterius] contionando detorquet, imprimis Vitellium mox ab omnibus desertum iri significans. Iosephus B. I. 4, 11, 2: ταπεινὸν μὲν τὰ Οὐιτελλίου πράγματα, τὴν Οὐεσπασιανοῦ δὲ ἰσχὺν ἐπαίρων. — dereptae] raptim detractae de signis vexillisque textilibus, quibus, ut tum mos ferebat, innexae erant. cf. Ann. 4, 2. RUP. Dio 65, 10: τὰς τοῦ Βιτελλίου εἰκόνας ὅπο τῶν σημείων κατέειλον. — totis castris] in quae ceteri erant reversi ex illis militiae muneribus et his quoque innotuerat proditio. in fama pro »vulgata erat. « (Ita narrat, ut statim movisse se miles videatur. At Hegesippus 4, 30 noctem interponit et mane demum surgentes evaginatis gladiis insiluisse super Caecinam facit. LIPS. Rem ita narrat Iosephus 1. 1.: τῆς δὲ αὐτῆς νυκτὸς ἐμπίπτει μετὰ νοῖα τοῖς στρατιώταις σπασάμενοι δὲ τὰ ξίφη τὸν Καικίνων ὄρησαν ἀνελεῖν. — praescriptum] in signis. Vide Lipsium ad c. 31. — cuncta] hactenus pectoribus inclusa: dolor, indignatio, ira, similia. — huc cecidisse] simplex pro composito; sine causa Heinsius malebat recidisse, Ruperti

nempe victas. et abesse unicum Othoniani exercitus robur, primanos quartadecumanosque; quos tamen isdem illis campis fuderint straverintque. ut tot armatorum milia, velut grex venalium, exuli Antonio donum darentur? octo nimirum legiones unius classis accessionem fore. id 5 Basso, id Caecinae visum: postquam domos hortos opes principi abstulerint, etiam auferre militem. integros incruentosque, Flavianis quoque partibus viles, quid dicturos reposcentibus aut prospera aut adversa?« (14) haec singuli, haec universi, ut quemque dolor inpulerat, vociferantes, initio a quinta legione orto, repositis Vitellii imaginibus vincla 10 Caecinae iniciunt; Fabium Fabullum quintae legionis legatum et Cassium Longum praefectum castrorum duces deligunt; forte oblatos trium Liburnicarum milites ignaros et insontes trucidant; relictis castris, abrupto ponte Hostiliam rursus, inde Cremonam pergunt, ut legionibus primae Italicae et unietvicensimae Rapaci iungerentur, quas Caecina ad obti- 15 nendam Cremonam cum parte equitum praemiseraat.

(15) Ubi haec comperta Antonio, discordes animis, discretos viribus hostium exercitus adgredi statuit, antequam ducibus auctoritas, militi obsequium et iunctis legionibus fiducia rediret. namque Fabium Valentem profectum ab urbe adceleraturumque cognita Caecinae pro- 20 ditione coniectabat; et fidus Vitellio Fabius nec militiae ignarus. simul ingens Germanorum vis per Raetiam timebatur; et Britannia Galliaque

3 tot om. (add. dett.) velud sed corr. 1m. 5 principis sed s del. 1m. 6 etiam auferre militem Halm (etiam milites auferre Ferretus): etiam militibus principem auferre litē. 8 quonq; Inpulerant sed corr. 1m. 14 cecinā sed nota erasa 18 nanq; 21 et ex dett. (e ed. princ., ex Agricola) brittannia

decidisse, quae sunt explicationes, non emendationes. — primanos quartadecumanosque] illi remissi erant in Hispaniam, hi in Britanniam. 2, 66. 67. — ut — darentur] haec verba Haase post traderent arma collocavit, sed interrogatio potius indignantium statuenda est (cf. Livius 5, 24, 12 victamne ut quisquam victrici patriae praeferret?) et recte in Mediceo post straverintque puncto distinctam est. — cauli Antonio] cf. 2, 86. Ann. 14, 40. — unius classis] »Classarii milites, undecumque corraşi, contemnebantur a legionariis. Vicissim, ut legionibus aggregarentur, affectantes classarios supra vidimus.« DUEBN. — etiam auferre militem] hanc vel Halmii vel Ferretti correctionem vitiosae scripturae Mediceae sensus flagitat; qui vv. militibus principem quolibet modo servare student, sententiam debiliorem red-

dunt et rationem codici postponunt. — aut adversa] poscentibus, ut rationem reddant aut prosperorum aut adversorum: quomodo usi sint victora sua ad Bedriacum, aut quam adversitate eo sint detrusi, ut accessio classis fierent. DUEBN. Sic Liv. 39, 37, 10: cur - - vos rationem reposcitis? Caesar B. G. 5, 30: abs te rationem reposcent.

14. Fabium Fabullum — Cassium Longum] uterque hoc uno loco in huius belli narratione memoratur. — relictis castris] prope Hostiliam. — abrupto ponte] c. 9 Caecina inter Hostiliam — et paludes Tartari fluminis castra permanit. — praemiseraat] cf. 2, 100.

15. ingens Germanorum vis] timebat Antonius, ne Germanorum numerosa auxilia acciret Vitellius, quippe qui diu in Germania fuisset ac gentis principibus notus et amicus

et Hispania auxilia Vitellius acciverat, immensam belli luem, ni Antonius id ipsum metuens festinato proelio victoriam praecepisset. universo cum exercitu secundis a Verona castris Bedriacum venit. postero die legionibus ad muniendum retentis auxiliares cohortes in Cremonensem agrum missae, ut specie parandarum copiarum civili praeda miles inbu- 5 eretur. ipse cum quattuor milibus equitum ad octavum a Bedriaco progressus, quo licentius popularentur. exploratores, ut mos est, longius curabant. (16) quinta ferme hora diei erat, cum citus eques adventare hostes, praegredi paucos, motum fremitumque late audiri nuntiavit. dum Antonius quidnam agendum consultat, aviditate navandae operae 10 Arrius Varus cum promptissimis equitum prorupit inpulitque Vitellianos modica caede: nam plurium adersu versa fortuna et acerrimus quisque sequentium fugacissimus erat. nec sponte Antonii properatum et fore quae acciderant rebatur. hortatus suos, ut magno animo capesserent pugnam, diductis in latera turmis vacuum medio relinquit iter, quo 15 Varus equitesque eius reciperet; iussae armari legiones; datum per agros signum ut, qua cuique proximum, omissa praeda proelio occurreret. pavidus interim Varus turbae suorum miscetur intulitque formidinem. pulsus cum sauciis integri suomet ipsi metu et angustiis viarum conflictabantur. (17) nullum in illa trepidatione Antonius 20

1 molem Faernus 2 proelio 3 secundi | 5 misse 5/6 Inbuerentur (milites Halm) 8 cursabant Haase 13 fugacissimus Meiser: fuge ultim; (fugae primus Ernesti, fugae citissimus Halm, fugae celerrimus Nipperdey, fugae velocissimus C. Schenkl) 14 acciderant Madvig 17 amissa sed corr. 1m. proelio 19 Integrū sed corr. 1m. suū et

esset. cf. infra c. 35: suspecta Germania, tanquam in auxilium Vitellii accingeretur. — belli luem] pestem, perniciem bellicam, ut de terrae motu pernicioso Ann. 2, 47. Sine causa Faernus, Muretus, Acidalius malebant molem. cf. Silius 5, 107: Siccine nos, inquit, Boiorum in bella ruentes Spectastis, cum tanta lues vulgusque tremendum Ingrueret? — secundis a Verona castris] bidui itinere. Agmen quaque vespera castra ponebat. DUEBN. — inbueretur] »inciperet gustare dulcedinem praedae, quamvis e civibus actae, eaque captus fieret bellandi et vincendi cupidior.« Mox quo licentius popularentur, quia sic per octo M. P. spatium ab ipso protecti maiorem praedam agere poterant. — longius curabant] speciose quidem Haase cursabant coniciebat, sed scripturam Mediceae tuetur c. 56 quae cura

explorandi: est igitur »longius procedendo cura sua fungebantur.«

16. acerrimus quisque sequentium fugacissimus erat] sensus simplex est: ex Flavianis qui acerrime Vitellianos secuti erant, iidem iam versa fortuna acerrime fugiebant. (Plautus Trinummus 723: Credo ad summos bellatores acrem fugitorem fore.) sed vitiosa Mediceae scriptura fugae ultimus sine artificio interpretandi non tam primum in fuga quam postremum denotat. quis credat Tacitum rem simplicem tam ambigue elocutum esse? vitium ortum videtur divulsione unius vocabuli fugacissimus in duas partes fuga et cissimus, quod membrum in ultimus detortum est. cf. Livius 5, 28, 8: fusos esse ab ignavissimo et fugacissimo hoste Tac. Agr. 34: hi ceterorum Britannorum fugacissimi Ann. 2, 15

constantis ducis aut fortis militis officium omisit. occursare paventibus, retinere cedentes, ubi plurimus labor, unde aliqua spes, consilio manu voce insignis hosti, conspicuus suis. eo postremo ardoris proventus est, ut vexillarium fugientem hasta transverberaret. mox raptum vexillum in 5 hostem vertit. quo pudore haud plures quam centum equites restitit. iuvit locus artiore illic via et fracto interfluentis rivi ponte, qui incerto alveo et praecipitibus ripis fugam impediabat. ea necessitas seu fortuna lapsas iam partes restituit. firmati inter se densis ordinibus excipiunt Vitellianos temere effusos atque illi consternantur. Antonius instare 10 percussis, sternere obvios. simul ceteri, ut cuique ingenium, spoliare capere, arma equosque abripere. et exciti prospero clamore, qui modo per agros fuga palabantur, victoriae se miscebant. (18) ad quartum a Cremona lapidem fulsere legionum signa Rapacis atque Italicae, laeto inter initia equitum suorum proelio illuc usque proventa. sed ubi for- 15 tuna contra fuit, non laxare ordines, non recipere turbatos, non obviam ire utroque adgredi hostem tantum per spatium cursu et pugnando fessum forte victuri. haud perinde rebus prosperis ducem desideraverant atque in adversis deesse intellegebant. nutantem aciem victor equitatus incursat et Vipstanus Messalla tribunus cum Moesicis auxili- 20 aribus adsequitur, quos multi e legionariis quanquam raptim ductos aequabant. ita mixtus pedes equesque rupere legionum agmen. et

1 fortis *Acidatius*; fortissimi occursa (re *superscr.* 2 vel 3m.) 2 aliquo 5 resistere 9 illi *Rhenanus*: illic Instere *sed corr.* 1m. 10 percussis b: percussis ex periculi *corr.* 1m. 11 arme. quosq; | *corr.* 2 vel 3m. 12 uictorie 14 prelio pronectas. et 17 victuri *Agricola*: uicti (acti *Freinsheim*, ducti *Halm*; fortes invicti *Urichs*) 19 equitatus *Vipstanus Chr. Ad. Rupertus*: uipsan; 20 multi e *Dübner*: militiis (milites legionarii b *corr.*) rapti *sed corr.* 2m. 21 cursu aequabant *Nipperdey*

hos esse Romanos Varianti exercitus fugacissimos.

17. constantis ducis aut fortis militis officium] cf. Curtius 3, 11, 7: *Alexander non ducis magis quam militis munia exequabatur* Arrian. 5, 18, 4: Πάρος δὲ μεγάλη ἔργα ἐν τῇ μάχῃ ἀποδειξάμενος μὴ ὅτι στρατηγὸς ἀλλὰ καὶ στρατιώτου γενναῖος. — manu voce] *Sie Ann.* 2, 17: *inter quos insignis Arminius manu voce vulnere sustentabat pugnam.* — quo pudore] quamvis hunc pudorem suis iniecisset, tamen haud plures cet. — interfluentis rivi] *la Delmona*, ut putant, illabens Ollio fluvio (*Oglío*). — atque illi] Haud scio, an sit ammadversum atque hic poni exquisita illa significatio pro *statim*, de qua Gellius 10, 29., nos ad Liv.

26, 39, 16. GRON. Nimis quaesita videtur haec interpretatio.

18. [fulsere] Horat. C. 1, 7, 19: *fulgentia signis castra*, propter laminas inargentatas. — forte victuri] egregiam *Agricolae* emendationem *Acidalio* et *Ryckio* probatam, quam recentiores editores iniuria spreverunt atque etiam oblivione obruerunt, in textum reduxi. sensum enim fundit, ut ait *Ryckius*, plenum et planum, quo recentiores nihil melius excogitaverunt. — haud perinde] prosperis rebus sine duce egissent, adversis eum deesse sentiebant. intellige de *Caecina* victo. *DUEBNER*. — multi e legionariis] et facilis et egregia est *Duebneri* emendatio: *multi e legionariis*, >quamquam gravioribus armis instructi aequo

propinqua Cremonensium moenia quanto plus spei ad effugium, minorem ad resistendum animum dabant. (19) nec Antonius ultra institit, memor laboris ac vulnerum, quibus tam anceps proelii fortuna, quamvis prospero fine, equites equosque adflectaverat. inumbrante vespera universum Flaviani exercitus robur advenit. utque cumulos super et recentia 5 caede vestigia incessere, quasi debellatum foret, pergere Cremonam et victos in deditionem accipere aut expugnare deposcunt. haec in medio pulchra dictu, illa sibi quisque, »posse coloniam in plano sitam impetu capi. idem audaciae per tenebras inrumpentibus et maiorem rapiendi licentiam. quodsi lucem opperiantur, iam pacem, iam preces et pro 10 labore ac vulneribus clementiam et gloriam, inania, laturus: sed opes Cremonensium in sinu praefectorum legatorumque fore. expugnatae urbis praedam ad militem, deditae ad duces pertinere.« spernuntur centuriones tribunique, ac ne vox cuiusquam audiatur, quatiunt arma rupturi imperium, ni ducantur. (20) tum Antonius inserens se manipulis, ubi 15 aspectu et auctoritate silentium fecerat, non se decus neque pretium eripere tam bene meritis adfirmabat, »sed divisa inter exercitum ducesque munia: militibus cupidinem pugnandi convenire, duces providendo consultando cunctatione saepius quam temeritate prodesse. ut pro virili portione armis ac manu victoriam inuenerit, ratione et consilio, propriis 20 ducis artibus, profuturum. neque enim ambigua esse quae occurrant, noctem et ignotae situm urbis, intus hostes et cuncta insidiis opportuna. non si pateant portae, nisi explorato, nisi die, intrandum. an obpugnationem inchoaturos adempto omni prospectu, quis aequus locus,

3 proelii 6 accessere (a *del.* et in *superscr.* 1m.) 8 in *add.* *Puteolanus* 10 preces 11 Inaninia (*pr.* ni *del.* 1m.) 14 quatiuntur 16 ptiū 17 eriperet an (*in marg.* tam 2m.) 21 occurrunt *sed a superscr.* 1m. 22 nocte cunctas 22/23 oportuna

tamen gradu incedebant cum auxiliaribus raptim agmine ductis.« — minorem] de omisa particula tanto cf. *Dräger Synt.* § 181.

19. cumulos super] de anastrophe praepositionis cf. *Dräger Synt.* § 225, 3. *Ann.* 14, 37 *confusaque telis etiam iumenta corporum cumulum auverant* Livius 10, 29, 19: *consulis corpus eo die, quia obrutum superstratis Gallorum cumulis erat, inveniri non potuit.* — recentia caede vestigia] *Verg. Aen.* 9, 454: *ingens concursus ad ipsa Corpora seminecisque viros tepidaque recentem Caede locum.* — haec in medio] palam dicebant, quippe fortitudinis speciem habebant, sed animis agitantur turpia, foeda. *ERN.* — coloniam in plano

sitam] sic 5, 23: *castraque in plano sita* Livius 9, 26, 2: *urbs sita in plano.* — ad duces] qui potirentur pecunia a deditis pro clementia oblata. Liv. 37, 32, 12: *captas, non deditas diripi urbes, et in his tamen imperatoris, non militum arbitrium esse.* — rupturi imperium] cf. *Ann.* 13, 36.

20. pro virili portione] Cicero ac Livius praeferunt *pro virili parte.* — noctem et ignotae situm urbis] Tacitus ante oculos habuit locum Livii 5, 39, 3 *noctemque veriti et ignotae situm urbis.* *ERN.* — si pateant] »ne intranda quidem urbs prius, quam lux orta, exploratores missi sint, etiamsi pateant portae.« *RUP.* — adempto omni prospectu] *Caesar B.*

quanta altitudo moenium, tormentisne et telis an operibus et vineis ad-
gredienda urbs foret?« mox conversus ad singulos, »num secures do-
labrasque et cetera expugnandis urbibus secum attulissent« rogabat.
et cum abnuerent, »gladiisne« inquit »et pilis perfringere ac subruere
5 muros ullae manus possunt? si aggerem struere, si pluteis cratibusve
protegi necesse fuerit, ut volgus improvidum, inriti stabimus, altitudinem
turrium et aliena munimenta mirantes? quin potius mora noctis unius
advectis tormentis machinisque vim victoriamque nobiscum ferimus?«
10 simul lixas calonesque cum recentissimis equitum Bedriacum mittit
copias ceteraque usui adlaturos. (21) id vero aegre tolerante milite
prope seditionem ventum, cum progressi equites sub ipsa moenia vagos e
Cremonensibus corripunt, quorum indicio noscitur sex Vitellianas legiones
omnemque exercitum, qui Hostiliae egerat, eo ipso die triginta milia
passuum emensum, comperta suorum clade in proelium accingi ac iam
15 adfore. is terror obstructas mentes consiliis ducis aperuit. sistere
tertiam decimam legionem in ipso viae Postumiae aggere iubet, cui
iuncta a laevo septima Galbiana patenti campo stetit, dein septima
Claudiana, agresti fossa (ita locus erat) praemunita; dextro octava per
apertum limitem, mox tertia densis arbustis intersepta. hic aquilarum
20 signorumque ordo: milites mixti per tenebras, ut fors tulerat; praeto-
rianum vexillum proximum tertianis, cohortes auxiliorum in cornibus;
latera ac terga equite circumdata; Sido atque Italicus Suebi cum de-

1/2 vineis (machinanti) gen; ad expugnandos muros In modū turriū factū. is) ad-
gredienda *uncos addidit et super glossam vacat scripsit 2m.* 9 lixa scalonesq; 11/12 egremo-
nensib; *sed c superscr. 1m.* 12 vitellianas 14 preliū aaciā *sed pr. a del.* 17 In alq uo |
18 a dextro *Heraeus* 19 tertia *Pichena*: tertia decima 22 sue bicū

G. 7, 81, 5: *prospectu tenebris adempto.* —
dolabrasque] dolabra, ferramentum ex una
parte acie acuta, ex altera fossoria, longo
manubrio instructum, ad caedendum et per-
fringendum. FORCELL. cf. Lipsius Mil. Rom.
5, 13. Poliorcet. 1, 9, 3, 6., *Brechast, pio-
ches* Louandre, contra Burnouf nomen serva-
vit *des dolabres*. Livius 21, 11, 8: *quingentos
ferme Afros cum dolabris ad subruendum ab
imo murum mittit.* Curtius 8, 4, 11: *dolabris
silvas sternere adgressi.* (Dolabrae formam
exhibet columna Traiana N. 299. OBERL.) —
aggerem] muris admovendum, cui imponerent
vineas et tormenta. DUEBN. — *vim victoriam-
que*] Livius 8, 9, 7, *vim victoriamque pro-
speretis.* — *ceteraque usui*] breviter dictum ut
antea *cetera expugnandis urbibus*; non igitur

opus est cum Madvigio *ceteraque quae usui*
scribere.

21. *Hostiliae*] cf. c. 9. 14. — *agresti fossa*]
ad irrigandos agros a cultoribus ducta. DUEBN.
— *apertum limitem*] ad latus eiusdem viae
Postumiae in campo aperto, qui opponitur
densis arbustis, quibus tertia intersepta stabat
(*ein offener Feldweg*). *Limes* opponitur ipsi
aggeri *viae*. (*La bordure, ou lisière découverte,
qui régnait des deux côtés de la voie militaire.*
BURNOUF.) — *mox tertia*] intrusum hic in
Med. v. *decima* ortum per ἀβλεψίαν e praec-
ced. *sistere tertiam decimam*, fortasse etiam
ex v. *densis* primo aspectu prave lecto neque
postea correcto errore. Alii, ut Ryckius et
Ferlet, v. *decimam* delent supra, minus pro-
babiliiter. — *praetorianum vexillum*] intellege

lectis popularium primori in acie versabantur. (22) at Vitellianus exer-
citus, cui adquiescere Cremonae et reciperatis cibo somnoque viribus
confectum algore atque inedia hostem postera die proffigare ac prouere
ratio fuit, indigus rectoris, inops consilii, tertia ferme noctis hora pa-
ratis iam dispositisque Flavianis inpingitur. ordinem agminis disiecti 5
per iram ac tenebras adseverare non ausim, quanquam alii tradiderint
quartam Macedonicam dextrum suorum cornu, quintam et quintam de-
cumam cum vexillis nonae secundaeque et vicensimae Britannicarum
legionum mediam aciem, sextadecumanos duoetvicensimanosque et
primanos laevum cornu complese. Rapaces atque Italici omnibus se 10
manipulis miscuerant, eques auxiliaque sibi ipsi locum legere. proe-
lium tota nocte varium anceps atrox; his, rursus illis exitiabile. nihil
animus aut manus, ne oculi quidem provisu iuvabant. eadem utraque
acie arma; crebris interrogationibus notum pugnae signum; permixta
vexilla, ut quisque globus capta ex hostibus huc vel illuc raptabat. 15
urguebatur maxime septima legio nuper a Galba conscripta. occisi sex
primorum ordinum centuriones, abrepta quaedam signa: ipsam aquilam
Atilius Verus primipili centurio multa cum hostium strage et ad ex-

1 primore Ritter 4 hara 6 quā|quā (*pr. notam del. 1m.*) Messalla tradi-
derit Joh. Müller 7 dextrum *Faernus*: dextro 8 secundeq; britannicarū 9 sexta|de-
cunos *sed ma superscr. 1m.* 10 cornū 11/12 Preliū 12 exitiabiles *sed s del. 1m.*
16 ad gaba 17 abreptaq; *librarius scripturus corr.*

praetorianos a Vitellio exauctoratos (cf. Suet.
Vit. c. 10) et a Vespasiano reciperandae mi-
litiæ praemio invitatos (cf. 2, 67. 82.) WAL-
THER. — *primori in acie*] *Sirker* Tac. Formenl.
§ 42 p. 35 probat Ritteri mutationem *primore*;
at vide Silius 11, 143 *His super excisam
primori Marte Saguntum* et Gellius 10, 19, 3
in primori pueritia.

22. *algore*] referuntur haec ad exeuntem
mensem Octobrem. cf. c. 37. — *ratio fuit*]
hoc faciendum erat, si ex ratione rerum pru-
denter agere vellet. DUEBN. — *dextrum suo-
rum cornu*] suorum additur, ut haec de Vitel-
liana acie strictius opponantur priori Flavia-
narum partium descriptioni, nam *dextrum* et
laevum apud Vitellianos aliud fuit quam apud
Flavianos. quare iam quarta Mac. debebat
dici dextro *suorum* cornu locata. accuratum
scriptorem cognosce. WALTH. — *Rapaces cet.*]
hae duae legiones eodem die magnam cladem
passae erant c. 18.; hinc factum, ut conster-

natae adhuc omnibus se manipulis miscerent.
— *tota nocte*] hoc ipsum proelium nocturnum
significari a Curtio 10, 9, 3 primus opinatus
est Rutgersius Var. Lectt. 1, 19.; sed vide
Mützell I. p. LXX. — *his, rursus illis*] c. 83
hos, rursus illos cf. Drüger Synt. § 125. —
primipili centurio] nam in eius centurionis
custodia aquila. ego de Milit. Rom. 2, 8.
LIPS. Veget. 2, 8: *centurio primipili non so-
lum aquilae praerat, verum etiam quatuor
centurias, hoc est, quadringentos milites, in
prima acie gubernabat.* Val. Max. 1, 6, 11:
*aquilarum altera viz convelli a primopilo po-
tuit*; hi igitur, cum legiones in eo erant, ut
procederent, aquilas convellebant atque aquil-
iferis tradebant. fallitur videlicet Fabrettus
Col. Trai. c. 7. p. 188. opinatus primipilos
fuisse eosdem aquiliferos. fieri enim non pot-
erat, ut primipilus gravem illam aquilam
aeream inauratam altero utro brachio gestaret
simulque milites suos curaret.

tromum moriens servaverat. (23) sustinuit labantem aciem Antonius accitis praetorianis. qui ubi excepere pugnam, pellunt hostem, dein pelluntur. namque Vitelliani tormenta in aggerem viae contulerant, ut tela vacuo atque aperto excuterentur, dispersa primo et arbustis sine hostium noxa inlisa. magnitudine eximia quintae decimae legionis ballista ingentibus saxis hostilem aciem proruebat. lateque cladem intulisset, ni duo milites praeclarum facinus ausi, arreptis e strage scutis ignorati, vincla ac libramenta tormentorum abscondissent. statim confossi sunt eoque intercidere nomina: de facto haud ambigitur. neutro inclinauerat fortuna, donec adulta nocte luna surgens ostenderet acies falleretque. sed Flavianis aequior a tergo; hinc maiores equorum viro- rumque umbrae, et falso, ut in corpora, ictu tela hostium citra cadebant: Vitelliani adverso lumine conlucentes velut ex occulto iaculantibus incauti offerebantur. (24) igitur Antonius ubi noscere suos noscique poterat, alios pudore et probris, multos laude et hortatu, omnes spe promissisque accendens, »cur victa resumpsissent arma«, Pannonicas legiones interrogabat: »illos esse campos, in quibus abolere labem prioris ignominiae, ubi recipere gloriam possent«. tum ad Moesicos conversus

1 labentē 2 excipere 3 nanq; uie 4 e vacuo *Heracius* disperso
5 quintae *Lipsius*: quartę 6 clateq; sed c del. 1m. 7 strages sed s del. 1m. 8 tor-
mento *Lipsius*, [tormentorum] *Nipperdey* 12 corpora ex corpore corr. 1m. iactu *Acidalius*
15 laudes sed s del. 1m. 16 cur victa resumpsissent *L. Spengel*: currari (in
marg. cur rari 1m.) sūpsissent (cur resumpsissent *Lipsius*, cur rursus sumpsissent *Ferretius*)

23. labantem aciem] Germ. 8, 2 acies inclinatas iam et labantes. — scutis] adversariorum, quibus tecti haud agnoscantur a Vitellianis, quia horum scutis inscriptum erat Vitellii nomen. vide Lipsium ad c. 31. — libramenta] »videntur ita dici pondera, quibus graventur tormenta, ut maiore impetu missilia iaciantur.« BOTTICHER. mihi videtur potius ἐν δὲ ἀδύων vincla ac libramenta pro funibus, loris nervisque, quibus tela e ballista excussa librabantur. — tormentorum] vocabulum tormentorum accipe de una ballista. WALTH. numerus singularis huius vocabuli raro usurpatur; similiter pluralis epistulae saepe de una epistula dicitur. — luna surgens] rem prodigialiter auget Dio 65, 11: ἡ σελήνη οὐχ ὅτι κατεσκιάσθη, ἀλλ' ὅτι καὶ αἵματώδης καὶ μέλαινα ἄλλα τε τινα χρώματα φοβερὰ ἀφείσα ὥφθη. — aequior a tergo] surgens luna. similis eventus in pugna Pompeii cum Mithridate, quem narrat Plutarchus c. 32: Ἐπήσαν μὲν γὰρ οἱ Ῥωμαῖοι κατὰ

νώτου τὴν σελήνην ἔχοντες· πεπεσμένου δὲ περὶ τὰς δύσεις τοῦ φωτός αἱ σιαὶ πολὺ τῶν σωμάτων ἔμπροσθεν προΐουσαι τοῖς πολεμοῖς ἐπέβαλλον οὐ δυναμένοις τὸ διάστημα συνδεῖν ἀκριβῶς· ἀλλ' ὡς ἐν χειρὶν ἤδη γεγονότων τοὺς ὑσσούς ἀφέντες μάτην οὐδενὸς ἐφίκοντο. — ut in corpora] quoniam tela in umbras tamquam in corpora iaciebantur. BACH. — ictu] Acidalius coniciebat iactu, quod placet Ernestio, qui addit iactum dici de telis, quoad mittantur, ut hic; ictum, cum attingat corpus. Liv. 30, 10, 13. contra Brodierius affert Lucan. 3, 469: At saxum quotiens ingenti ponderis ictu cacutitur cet. et hanc dubie id potissimum hic agitur, quod tela falso ictu ceciderint, satisque intelligitur falso iactu a Vitellianis exisse, quae falso ictu caderent. WALTHER. cf. Baierum ad Ann. 13, 40.

24. cur victa resumpsissent arma] cf. c. 9 temeritatem victa arma tractantium incusans 2, 44 resumere arma 4, 76 resumpturos arma. — prioris ignominiae] de qua 2, 43. —

principes auctoresque belli ciebat: »frustra minis et verbis provocatos Vitellianos, si manus eorum oculosque non tolerent«. haec, ut quosque accesserat; plura ad tertianos, veterum recentiumque admonens, ut sub M. Antonio Parthos, sub Corbulone Armenios, nuper Sarmatas pepulissent. mox infensus praetorianis »vos« inquit »nisi vincitis, pagani, quis alius imperator, quae castra alia excipient? illic signa armaque vestra sunt et mors victis: nam ignominiam consumpsistis«. undique clamor et orientem solem (ita in Syria mos est) tertiani salutavere. (25) vagus inde an consilio ducis subditus rumor advenisse Mucianum, exercitus in vicem salutasse. gradum inferunt quasi recentibus auxiliis aucti, rariore iam Vitellianorum acie, ut quos nullo rectore suos quemque impetus vel pavor contraheret diduceretve. postquam impulsos sensit Antonius, denso agmine obturbabat. laxati ordines abrumpuntur nec restitui quivere inpedientibus vehiculis tormentisque. per limitem viae sparguntur festinatione consectandi victores. eo notabilior caedes fuit, quia filius patrem interfecit. rem nominaque auctore Vipstano Messalla tradam. Iulius Mansuetus ex Hispania Rapaci legioni additus inpubem filium domi lique- rat. is mox adultus inter septimanos a Galba conscriptus oblatum forte patrem et volnere stratum dum semianimem scrutatur, agnitus agnoscens- que et exanguem amplexus voce flebili precabatur placatos patris manes,

1 frustra Inisset | uerbis 2 tollerent 5 infensus *J. Fr. Gronovius*. 6 alia ex
alie corr. 1m. excipient ex excipiant corr. 1m. 7 Ignominia | (nia add. 2m.) con-
summastis *Cornelissen* Undeq; 9 mucianū corr. ex mucian; 1m. exercitūs (notam
del. 1m.) 10 Infer 11 quenq; 12 diduceretve *Lipsius*: duceretve impulsos *Bi-*
pontini: pulsos (perculsus *Acidalius*) 13 obturbat dett. laxati sed t in rasura 1m.
(etiam in marg. ti 1m.) 15 cedēs 16 Vipstano *Ch. Ad. Rupertus*: uipstano 17 legioni
corr. ex legione 1m 18 mox corr. ex mos 1m. 20 flebili ex fleuili corr. 1m. precabatur
21 platos post pla superser. ca 2 vel 3m. (ne platos b)

auctoresque belli] 2, 85. — Parthos] ante CIV annos. cf. Dio 49, 19 ad a. u. 718. gloria autem legionis propria manebat. DUEBN. — sub Corbulone] Ann. 15, 26. Hist. 2, 74. — Sarmatas] supra 1, 79. — mox infensus] molli sermone tertianos allocutus erat, infensum se praetorianis praestabat: falsum igitur est Gronovii infensus. — pagani] »quos non iam commilitones existimo, sed viles paganos.« Acerbior etiam inrepatio quam illud *Quirites* Iulii Caesaris Ann. 1, 42. — illic] apud hostem, quem monstrat. DUEBN. — consumpsistis] »exhaustis; nulla iam vobis superest, qui occidistis Galbam, vinci sivistis Othonem, exauctorati estis a Vitellio.« Id. Lipsius confert Curtius 6, 8, 6: Scit eos, qui misericor-

diam consumpserunt, amplius sperare non posse; Ruperti Silius 11, 34: Consumptusque pudor peccando. — tertiani] qui in Syria cum Corbulone militaverant. idem mos Parthis, teste Herodiano 4, 30, qui pugnam initari orto iam sole: ἀσπασάμενοι δὲ τὸν ἥλιον, ὡς ἔδος αὐτοῖς, οἱ βάρβαροι, μεγίστη τε κλαγγὴ βοήσαντες, ἐπέδραμον τοῖς Ῥωμαίοις.

25. impetus vel pavor contraheret diduceretve] cf. 2, 41 ut cuique audacia vel formido in primam postremamve aciem promovebant aut relabebantur. — Messalla] teste oculato; praeferat enim legioni VII. Claudiana. c. 9. — inpubem] cf. 4, 14 inpubes, sed forma conspicui — ad stragum trahebantur. — precabatur placatos patris manes] h. e.

neve se ut parricidam aversarentur: publicum id facinus, et unum militem quotam civilium armorum partem? simul attollere corpus, aperire humum, supremo erga parentem officio fungi. advertere proximi, deinde plures: hinc per omnem aciem miraculum et questus et saevissimi belli execratio. nec eo segnius propinquos adfinis fratres trucidant spoliant: factum esse scelus loquuntur faciuntque.

(26) Ut Cremonam venire, novum immensumque opus occurrit. Othoniano bello Germanicus miles moenibus Cremonensium castra sua, castris vallum circumiecerat eaque munimenta rursus auxerat. quorum 10 aspectu haesere victores, incertis ducibus quid iuberent. incipere obpugnationem fesso per diem noctemque exercitu arduum et nullo iuxta subsidio anceps. sin Bedriacum redirent, intolerandus tam longi itineris labor, et victoria ad inritum revolvebatur. munire castra, id quoque propinquis hostibus formidolosum, ne dispersos et opus molientes subita 15 eruptione turbarent. quae super cuncta terrebat ipsorum miles periculi quam morae patientior: quippe ingrata quae tuta, ex temeritate spes; omnisque caedes et volnera et sanguis aviditate praedae pensabantur. (27) huc inclinavit Antonius cingique vallum corona iussit. primo sagittis saxisque eminus certabant, maiore Flavianorum pernicie, in quos 20 tela desuper librabantur. mox vallum portasque legionibus adtribuit, ut discretus labor fortes ignavosque distingueret atque ipsa contentione decoris accenderentur. proxima Bedriacensi viae tertiari septimanique sumpsere, dexteriora valli octava ac septima Claudiana; tertiadecumanos ad Brixianam portam impetus tulit. paulum inde morae, dum e pro-

1 ne ue 2 attollere 3 supmo 4/5 seivissimi 5 trucidant Jac. Gronovius: trucidati (trucidatos dett.) 8 germa/cus 10 iuberent ex iuuerent corr. 1m. 11 fessos 12 bedriaco sed u superscr. 1m. 14 formidolosus s del. 1m 14/15 subite rptione (post subit lineola distinguit 1m) 16 quipe 17 cedes volnera | ex volnera corr. 2m. sanguivis (sic, sed v 2m) 20 ballu sed corr. 1m. adtruiit sed corr. 1m 21 distingere sed u superscr. 1m 24 e dett.: et (ex Bekker)

precabatur, ut placati essent, cf. Livius 30, 27, 11 et ut placatis dis omnia inciperent agerentque 2, 45, 14 iratos invocat deos 5, 11, 16 quibus iratos quisque deos precatus sit. — neve se ut parricidam aversarentur] Livius 3, 50, 5 supinas deinde tendens manus commilitones appellans orabat, ne, quod scelus Ap. Claudii esset, sibi attribuerent, neu se ut parricidam liberum aversarentur. — publicum id facinus] »ne sibi potius imputarent hoc facinus quam universis civilibus armis, universo exercitui bellum civile auso; cuius se mini-

mam partem esse nec totam culpam ferre debere.« ERN.

26. Othoniano bello] Cremona fuerat locus castrorum Vitellianorum et belli sedes: quod etsi non diserte suo loco tradidit Tacitus 2, 22. 23, patet tamen ex h. l. et c. 32. RUP. — quae super cuncta] de anastrophe praepositionis cf. Dräger Synt. § 225, 1.

27. vallum] Vitellianorum. — ut discretus labor fortes ignavosque distingueret] 4, 23 quo discreta virtus manifestius spectaretur, sibi quaeque gens consistunt. — Brixianam portam]

ximis agris legiones dolabras et alii falces scalasque convectant. tum elatis super capita scutis densa testudine succedunt. Romanae utrimque artes: pondera saxorum Vitelliani provolvunt, disiectam fluitantemque testudinem lanceis contisque scrutantur, donec soluta compage scutorum exangues aut laceros prosternerent multa cum strage. incesserat cunctatio, ni duces fesso militi et velut inritas exhortationes abnuerit Cremonam monstrassent. (28) Hormine id ingenium, ut Messalla tradit, an potior auctor sit C. Plinius, qui Antonium incusat, haud facile discreverim, nisi quod neque Antonius neque Hormus a fama vitaeque sua quamvis pessimo flagitio degeneravere. non iam sanguis neque 10 volnera morabantur, quin subruerent vallum quaterentque portas, innixi umeris et super iteratam testudinem scandentes prensarent hostium tela brachiaque. integri cum sauciis, semineces cum expirantibus volvuntur, varia pereuntium forma et omni imagine mortium. (29) acerrimum tertiae septimaeque legionum certamen et dux Antonius cum 15 delectis auxiliariis eodem incuberat. obstinatos inter se cum sustinere Vitelliani nequirent et superiacta tela testudine laberentur, ipsam

1 legionēs (notam del. 1m.) ligones Rhenanus 2 capita ex sapita corr. 1m. 3 fluitantēq; 4 contisque dett.: cētisq; cōpale (g superscr. 1m.) 5 cūstrage (eu punctis del. 1m.) 7 hormi ne traditā (ā del. 1m.) 8 potiora G. plinius 9 discreverit sed corr. 1m. 11 Inixi 13 integris 17 superiacta dett. (superiactata ed. princ.) de testudine Habm

quae spectabat viam Brixiam ducentem. DUEBN. — legiones — et alii] item c. 31 iam legiones in testudinem glomerabantur et alii tela saxaque incutiebant. nolui igitur cum Rhenano ligones scribere: legiones, quibus Antonius vallum portasque adtribuerat, dolabras (cf. c. 20) ad perfringendum convectant. vocabulum *ligo* nusquam apud Tacitum legitur. — convectant] Verg. Aen. 7, 749 *Convectare iuvat praedas et vivere raptis*. — testudine] evidentem talis testudinis imaginem praebet Lucanus 3, 474: *Ut tamen hostiles densa testudine muros Tecta subit virtus, armisque innexa priores Arma ferunt, galeamque extensus protegit umbo*. cf. Liv. 44, 9. Dio 49, 30. — Romanae utrimque artes] Livius 5, 27, 8 *ego Romanis artibus, virtute, opere, armis — vincam* 42, 47, 4 *veteres et moris antiqui memores negabant se — Romanas agnoscere artes*. — incesserat cunctatio] quia multa strages, timidor et cunctantior iam miles. LIPSIVS. — Cremonam monstrassent] quam diripere illico possent.

insignis est βραχυλογία, qua facile intelligitur, clare a duobus promissam atque concessam esse militibus oppidi direptionem.

28. Hormine] cf. c. 12. — id ingenium] inventum, excogitatum ingenio, ut 2, 71: *cetero Neronianae aulae ingenio*. Plinius Pan. 49. *exquisita ingenia cernarum*. quibus locis, ut huic, in quo versamur, inest nescio quae ironia. — Messalla] Vipstanus. cf. c. 9. — C. Plinius] naturae historiarum scriptor, cuius tunc exstabant etiam *A fine Aufidi Bassi XXXI*. Plin. Epp. 3, 5. — iteratam] restitutam, postquam disiecta erat. c. 27. non significat, ut credebat Lipsius Poliorcet. 1, 5, »tertius super duplicem scutorum seriem ascendisse«. — omni imagine mortium] »generum mortis«. meminerat Vergilianus illius Aen. 2, 369: *ubique pavor et plurima mortis imago*. (sic Thueyd. 3, 81: *πᾶσα ἰδέα κατέστη θανάτου*. ibid. 98: *πᾶσα ἰδέα κατέστη τῆς φύγης καὶ τοῦ ὀλέθρου*.)

29. septimaeque] Galbiana. — superiacta]

postremo ballistam in subeuntes propulere, quae ut ad praesens disiecit obruitque, quos inciderat, ita pinnas ac summa valli ruina sua traxit. simul iuncta turris ictibus saxorum cessit. qua septimani dum nituntur cuneis, tertianus securibus gladiisque portam perfregit. primum intru-
 5 pisse C. Volusium tertiae legionis militem inter omnes auctores constat. is in vallum egressus deturbatis, qui restiterant, conspicuus manu ac voce capta castra conclamavit. ceteri trepidis iam Vitellianis seque e vallo praecipitantibus perrupere. completur caede quantum inter castra mu-
 10 rosq; vacui fuit. (30) ac rursus nova laborum facies: ardua urbis moenia, saxae turres, ferrati portarum obices, vibrans tela miles, frequens obstructusque Vitellianis partibus Cremonensis populus, magna pars Italiae stato in eosdem dies mercatu congregata, quod defensoribus auxilium ob multitudinem, obpugnantibus incitamentum ob praedam erat. rapi ignes Antonius inferrique amoenissimis extra urbem aedificiis
 15 iubet, si damno rerum suarum Cremonenses ad mutandam fidem traherentur. propinqua muris tecta et altitudinem moenium egressa fortissimo quoque militum complet; illi trabibus tegulisque et facibus propugnatores deturbant. (31) iam legiones in testudinem glomerabantur et alii tela saxaque incutiebant, cum languescere paulatim

1 ballis tā 1/2 disiecto bruitq; 2 obrivitque Ernesti quis vel in quos Ernesti
 3 iunctatur/ris 4 gladiisque] dolabrisque Heinsius 5 .G. 6 resisterant 8 precipitantib; 12 merca]tus

cf. 5, 6: *uidae superiacta ferunt*. Sallust. Hist. 2 apud Nonium p. 503. Merc.: *superiactis fluctibus*. Plinius Nat. Hist. 11, 270 *harena superiacta*. — quos inciderat] *incidere aliquem pro in aliquem dixit etiam Apuleius Met. 2, 13: fortunam saevam an saevam verius dixerim miser incidit*. ib. c. 14: *inimici nostri tam diram, immo vero Uliveam peregrinationem incidunt*. cf. Drüger Synt. § 40, c. — nituntur cuneis] hoc est, *cuneatim irrupere*. cf. Ann. 1, 51. Hist. 2, 42. 5, 16. 18. OBERL. — gladiisque] parum probabilis est Heinsii coniectura. Ryckius contra monet, »castrorum portas intelligi, quae fortasse gladios non spreverint«. »eiusmodi videlicet, inquit Burnouf, »erant Romanorum gladii, ut, ubi opus esset, iis simul pro securibus uti possent.« — egressus] eodem modo usus est verbo egrediendi infra c. 71: *in quarum tectum egressi*. ERN. Liv. 40, 22, 2: *quantum in altitudinem egrediebantur*, ascendebant. — *conclamavit]*

verbum *conclamare* de uno dictum et ab aliis, nominatim a Virgilio Aen. 9, 375: *conclamat ab agmine Volscens*. Valer. Flaccus 3, 259: *Dimaris, attonito conclamat ab aggere Typhys*. ERN. Statius Theb. 4, 801 *exultans conclamat ab agmine primus*. in his locis simplicis verbi auget vim compositum *conclamare*, ut sit *alta voce clamare*. ceterum nota in his verbis *capta castra conclamavit* rhythmum quandam et allitterationem. — *completur caede]* Dio 65, 15: *ἔπειτον ἔσφαττον, ὥστε καὶ πέντε μυριάδας σὺν τοῖς ἐν τῇ μάχῃ πεσοῦσιν ἀποκλέσθαι*. cf. Iosephi ex b. I. locum ad c. 33. 30. *nova laborum facies]* est Vergilianum illud Aen. 6, 103: *non ulla laborum, O virgo, nova mi facies inopinave surgit*. — *stato]* certis diebus quotannis habito. — *trabibus]* Heinsius malebat *lateribus, lapidibus* Ernestius. »at *trabibus* bene habet. tectorum ipsorum tegulas et trabes de culmine domuum deiciebant in hostes. sic tormentis non erat opuse. OBERL.

Vitellianorum animi. ut quis ordine anteibat, cedere fortunae, ne Cremona quoque excisa nulla ultra venia omnisque ira victoris non in volgus inops sed in tribunos centurionesque, ubi pretium caedis erat, reverteretur. gregarius miles futuri socors et ignobilitate tutior perstabat. vagi per vias, in domibus abditi, pacem ne tum quidem ora-
 5 bant, cum bellum posuissent. primores castrorum nomen atque imagines Vitellii amoliuntur. catenas Caecinae (nam etiam tunc vinctus erat) exsolvunt orantque, ut causae suae deprecator adsistat. aspernantem tumentemque lacrimis fatigant, extremum malorum, tot fortissimi viri proditoris opem invocantes. mox velamenta et infulas pro muris osten-
 10 tant. cum Antonius inhiberi tela iussisset, signa aquilasque extulere: maestum inermium agmen deiectis in terram oculis sequebatur. circumstiterant victores et primo ingerebant probra, intentabant ictus: mox, ut praeberi ora contumeliis et posita omni ferocia cuncta victi patiebantur, subit recordatio illos esse, qui nuper Bedriaci victoriae tempe-
 15

1 ante ibant 3 Inobs ptiū 4 miles sed in corr. ex qui 1m tutatior sed
 pr. tu del. 1m 5 uias in] non Meiser 6 potuissent (s super t ser. 2m.) 7 etia
 (sic) habet tunc ut ed. princ., non tum erant 8 deprecator 9 tu mteq; fatigat
 (n superscr. 1m.) 15 subiit Nipperdey

31. *ne Cremona quoque excisa]* si praeter amoenissima extra urbem aedificia Cremona quoque interisset. — *ubi pretium caedis erat]* partim propter praedam, partim, ut viri maxime insignes e medio tollerentur. — *reverteretur]* sine causa Muretus, Ursinus, Acidalius malebant *vulgarius verteretur*; illud est a *vulgo retro verteretur*. — *vagi per vias, in domibus abditi]* sensus negationem potius flagitare videtur: gregarii milites securi per vias vagabantur, non trepidi domibus se abdebant ac ne tum quidem orabant pacem, cum bellare destitissent. scribendum igitur videtur *non domibus* (vel *non in domibus*) *abditi*. vulgatae scripturae minus apta sententia est: *vagi per vias aut in domibus abditi etc.* cf. Ann. 1, 39 *non vagi per vias*. — *nomen atque imagines]* nomen eius in signis. mos enim ille, ut imperatoris sui nomen et vexillis inscriberent et scutis. quod etiam in libera re publica video factitatum. Dio de Crasso in Parthos movente 40, 18: *σημειον δέ τι τῶν μεγάλων τῶν τοῖς ἱστίοις εὐαικότων καὶ φοινικῶν γράμματα ἐπ' αὐτῆς πρὸς δὴλωσιν τοῦ τε στρατοῦ καὶ τοῦ στρατηγοῦ σφῶν τοῦ αὐτοκράτορος ἐχόντων*. Seneca Phoeniss. 399 etiam Graecis

attribuit, sed mentem habens in militia Romana: *aurea clarum nota Nomen ducum vexilla praescriptum ferunt*, factique litteras aureas, quas Dio puniceas. huc Suetonii illud pertinet Vesp. 6: *nomen eius vexillis omnibus sine mora inscripserunt*. item Prudentii de Constantino, in Symm. 1, 488: *Christus purpureum gemmato textus in auro Signabat labarum, clypeorum insignia Christus Scripserat*. qui bene addit de clipeis sive scutis: nam et illic, ut dixi, inscribentur. Quintilianus pro milite c. 12: *inscriptum in scuto C. Marii nomen*. Dio 42, 15 Marcellum ait nomen Pompeii, cum id scutis suis milites inscriberent, delivisse, uti scilicet fautorem se Caesari ostenderet. idem 50, 5 notat Romanos milites Cleopatrae nomen scutis inscripsisse, quasi imperatoris. LIPS. de nominibus adde Hist. 2, 85, 3, 13. ERN. — *tumentem]* superbia inflatum eorumque preces aspernantem. — *velamenta]* supplicum ritu. cf. 1, 66. — *signa aquilasque extulere]* scilicet ad Antonium. honesta deditio cum signis fiebat, quae his auferuntur. DUEBN. — *ut praeberi est.]* variata constructione inter infinit. histor. et tempus finitum, ut Ann. 12, 51: *post — ubi quati uterus et viscera vibran-*

rascent. sed ubi Caecina praetexta lictoribusque insignis dimota turba consul incessit, exarsere victores: superbiam saevitiamque, (adeo invisa scelera sunt) etiam perfidiam obiectabant. obstitit Antonius datisque defensoribus ad Vespasianum dimisit.

(32) Plebs interim Cremonensium inter armatos conflictabatur nec procul caede aberant, cum precibus ducum mitigatus est miles. et vocatos ad contionem Antonius adloquitur, magnifice victores, victos clementer, de Cremona in neutrum. exercitus praeter insitam praedandi cupidinem vetere odio ad excidium Cremonensium incubuit. iuvisse partes Vitellianas Othonis quoque bello credebantur; mox tertiadecimanos ad extruendum amphitheatrum relictos, ut sunt procacia urbanae plebis ingenia, petulantibus iurgiis inluserant. auxit invidiam editum illic a Caecina gladiatorum spectaculum, eademque rursus belli sedes, et praebiti in acie Vitellianis cibi, caesae quaedam feminae studio partium ad proelium progressae. tempus quoque mercatus ditem alioqui coloniam maiore opum specie complebat. ceteri duces in obscuro: Antonium fortuna famaue omnium oculis exposuerat. is balineas abluendo cruori propere petit. excepta vox est, cum teporem incusaret, »statim futurum ut incalescerent«. vernile dictum omnem invidiam in eum vertit, tanquam signum incendendae Cremonae dedisset, quae iam flagrabat. (33) quadraginta armatorum milia irupere, calorum lixarumque amplior numerus et in libidinem ac saevitiam corruptior. non

1 lictorib; quę 2 seuitiāq; saevitiamque atque *Ritter* 4 anespasianū (d superscr. 1m) 6 ꝑcib; 11 procacia ex procacię corr. 1m 13 gladiatorū/rū (pr. rū del. 1m.) 14 cibi ex cui corr. 1m cesę 15 pliiū 16 maiorē (maiorum det.) 17 balineas ex balneas corr. 1m. 18 praefero petiit *Nipperdey* 19 incalescerent ed. princ.: Inalesceret (n superscr. 1m) 22 seuitiā

tur. cf. supra 3, 10 ubi crudescere seditio et *Nipperdey* ad Ann. 2, 4 ubi mimitari. de re cf. c. 85 erigere os et offerre contumeliis. *Böttiger* Sabina p. 278. *Evang.* Luc. 6, 29 τῷ τύπτοντί σε ἐπὶ τὴν σιαγόνα πάρεχε καὶ τὴν ἄλλην. *Matth.* 5, 39. — qui nuper] quod narratum 2, 45. — dimota turba] scilicet a lictoribus, qui praeceuntes consuli dicere solebant: si vobis videtur, discedite, *Quirites.* *RUPERTI.* cf. c. 80 occiditur proximus lictor dimovere turbam ausus. — superbiam saevitiamque] cf. 2, 20 at Caecina velut relicta post Alpes saevitia ac licentia.

32. in neutrum] »in neutram partem quidquam pronuntiavit, neque ad salutem neque ad perniciem.« *ERN.* — editum illic a Caecina]

2, 67. et 70 — excepta vox est] Antonii scilicet: is enim, cum de aqua parum calida quereretur, his fere verbis in balneatores minaciter invectus esse putandus est: »Nisi balneum calfeceritis, vos calferi statim iubebo« (cf. *Cic. Ep. fam.* 16, 18 calface hominem. *Plaut. Cas.* 291 virgis calefactabere). quam minantis vocem ita interpretati sunt homines maligni, quasi Cremonam incendi iussisset. — vernile dictum] (ein plumper, schlechter Witz) est dictum, quale vernas decet, cf. 2, 59 vernilibus blanditiis. recte de hoc loco a multis prave intellecto disputat *Joh. Müller:* Beiträge etc. II p. 21 sq. — quae iam flagrabat] revera igitur Antonius signum incendendae Cremonae non dederat.

dignitas, non aetas protegebat, quo minus stupra caedibus, caedes stupris miscerentur. grandaevos senes, exacta aetate feminas, viles ad praedam, in ludibrium trahebant. ubi adulta virgo aut quis forma conspicuus incidisset, vi manibusque rapientium divolsus ipsos postremo direptores in mutuam perniciem agebat. dum pecuniam vel gravia auro templorum dona sibi quisque trahunt, maiore aliorum vi truncabantur. quidam obvia aspernati verberibus tormentisque dominorum abdita scrutari, defossa eruere, faces in manibus, quas, ubi praedam egresserant, in vacuas domos et inania templa per lasciviam iaculabantur; utque exercitu vario linguis moribus, cui cives socii externi interessent, diversae cupidines et aliud cuique fas nec quidquam illicitum. per quardriduum Cremona suffecit. cum omnia sacra profanaque in igne considerent, solum Mefitis templum stetit ante moenia, loco seu numine defensum. (34) hic exitus Cremonae anno ducentesimo octogesimo sexto

1 cedib; 2 etate sed corr. 1m. 6 obtruncabantur *Heinsius*, trucidabantur *Ernesti* 7 obuia 9 vacuos (a superscr. 1m.) per lasciviam utque in *Ritter* 10 inessent *Ernesti* 12 cremonā ignem *Heinsius*, ignes *Ernesti*.

33. supra caedibus, caedes stupris] figura ἀντιμεταβολῆς, ut 2, 37. *PRAMMER.* Curtius 9, 10, 30 adeo nec luxuriae quicquam crudelitas nec crudelitati luxuria obstat. *Livius* 39, 8, 8 inter stupra et caedes. — ipsos postremo direptores] talis illa in capta urbe descriptio *Quintiliani* 8, 3: et conata retinere infantem suum mater et, sicuti manus lucrum, pugna inter victores. *LIPS.* cf. *Curtius* 5, 6, 4: itaque inter ipsos victores ferro dimicabatur: pro hoste erat, qui pretiosiore occupaverat praedam etc. — truncabantur] pro obtruncabantur dictum, ut *Valerius Flaccus* 6, 568 in medio truncantem marmore cervos. — faces in manibus] scil. habentes, ἔχοντες *RUP.* — vacuas domos et inania templa] illas cogita divitiis, haec ornamentis ac donariis spoliata. eadem synonyma iungit 5, 9: vacuam sedem et inania arcana. — exercitu vario] ablat. absol.: »utque evenit, ubi exercitus est varius.« — suffecit] scil. direptioni et ignibus. *TH. KIESSL.* — in igne] *Heinsius* probante *Ernestio* in ignem, ut *Verg. Aen.* 2, 624: omne mihi visum considerare in ignis *Ilium*, *Statius Theb.* 3, 184: in cinerem consedit. *Propertius* 4, 8, 37 non flebo in cineres arcem sedisse paternos *Cadmi*. sed utrumque genus dicendi bonum est ratione

paulum diversa. *WALTH.* — Mefitis] dea avertens molestiam odoris gravissimi, putoris, qui ex corruptione aëris nascitur. cf. *Servius* ad *Aen.* 7, 84. *Deuerling:* Glossae quae *Placido* non adscribuntur nisi in libro glossarum 1876 p. 24: Mefitis dea, quae pluribus Italiae locis religiose colitur et in *Lucanis* quoque. cuius deae fons est, ex quo gravissimus odor redditur sulphureus. Templum haud dubie situm *Padum* versus, flumen saepe exundans. *DUERN.* inscr. m *Lat. N.* 1795: MEFITI] L. CAESIVS] ASIATICVS] VI VIR FLAVIALIS] ARAM ET MENSAM] DEDIT. L. D. D. D. Cremonae. ceterum de tota hac clade cf. *Iosephus B. I.* 4, 11, 3: Οἱ δὲ (Vitelliani) παρατάξασθαι πρὸς ὀλίγον μὲν ἀντίστρον, αὐτοὶ δὲ τραπέντες ἔφρουγον εἰς τὴν Κρεμόνα. Καὶ τοὺς ἵππεὶς ἀναλαβὼν Πρῆμος ὑποτέμνεται τὰς εἰσόδους αὐτῶν, καὶ τὸ μὲν πολὺ πλῆθος κυκλωσάμενος πρὸ τῆς πόλεως διαφείρει τῷ δὲ λοιπῷ συνεισπεσῶν, διαρπάσσει τὸ ἄστυ τοῖς στρατιώταις ἐφῆκεν. Ἐνθα δὲ πολλοὶ μὲν τῶν ξένων ἔμποροι, πολλοὶ δὲ τῶν ἐπιχωρίων ἀπώλοντο, πᾶσα δὲ Οὐτελλίου στρατιά, μυριάδες τρεῖς ἀνδρῶν καὶ διακόσιοι τῶν δὲ τῆς Μυσίας Ἀντωνίου τετρακισχίλιος ἀποβάλλει καὶ πεντακοσίους.

a primordio sui. condita erat Ti. Sempronio et P. Cornelio consulibus, ingruente in Italiam Annibale, propugnaculum adversus Gallos trans Padum agentes, et si qua alia vis per Alpes rueret. igitur numero colonorum, opportunitate fluminum, ubere agri, adnexu conubiisque gentium adolevit floruitque, bellis externis intacta, civilibus infelix. Antonius pudore flagitii crebrescente invidia edixit, ne quis Cremonensem captivom detineret. inritamque praedam militibus effecerat consensus Italiae emptionem talium mancipiorum aspernantis: occidi coepere. quod ubi enotuit, a propinquis adfinibusque occulte redemptabantur. mox rediit Cremonam reliquus populus: reposita fora templaque magnificentia municipum et Vespasianus hortabatur. (35) ceterum adsidere sepultae urbis ruinis noxia tabo humus haud diu permisit. ad tertium lapidem progressi vagos paventesque Vitellianos, sua quemque apud signa, componunt. et victae legiones ne manente adhuc civili bello ambigue agent, per Illyricum dispersae. in Britanniam inde et Hispanias nuntios famamque, in Galliam Iulium Calenum tribunum, in Germaniam Alpinium Montanum praefectum cohortis, quod hic Trevir, Calenus Aeduus, uterque Vitelliani fuerant, ostentui misere. simul transitus Alpium praesidiis occupati, suspecta Germania, tanquam in auxilium Vitellii accingeretur.

1 suo (o del. et i superscr. 1m.) Ti. Lipsius: T. et om. Halm P. om.
 add. Ehenanus (Sempronio et Cornelio Ritter). cons. 3 irrueret dett. 4 oportunitate
 5 Inacta (t post n superscr. 1m.) 6 crebescence Inuidiæ dixit 7 deteneret sed corr. 1m.
 8 aspernantes cepere 10 munificentia dett. 11 adsideres epuliæ 12 noxia ex
 nonia corr. 1m. 13 quæq; 14 ambigue 15 illyricū britanniā 18/19 praesidiis

34. Ti. Sempronio et P. Cornelio] a. u. c. 536. Varr. Liv. 21, 6, 3 consules tunc Romae erant P. Cornelius Scipio et Ti. Sempronius Longus 21, 25, 2 quod nuper circa Padum Placentiam Cremonamque colonias in agrum Gallicum deductas aegre patiebantur. — oportunitate fluminum] Padi, Adduae, Ollii aliorumque plurium, sed minorum. RUP. — ubere agri] est Vergilianum Aen. 3, 164: Terra antiqua, potens armis atque ubere glabrae, fertilitate. — adnexu] coniunctione quacunque, quales commercia, conubia, concilia communia (cf. Liv. 8, 14), cui subicitur species coniunctionis. ERN. Walther memorat 1, 4: magnis domibus adnexa. Ann. 5, 1: sanguini Augusti per coniunctionem Agrippinae et Germanici adnexa. — gentium] civitatum Galliae Transpadanae et Cispadanae vicinarum. —

civilibus infelix] Bruti et Cassii partibus addicta et propterea agro multata. notus Vergilii versus Ecl. 9, 28: Mantua vae miserae nimium vicina Cremonae! — magnificentia] cf. 2, 5 Mucianum — magnificentia et opes — extollebant. 3, 38 qui se — comem ac magnificum militibus ostentat. non est absurdum, ut significet magnifice dandi modum. WALTHER.

35. sepultae urbis] similiter Sulpicius ad Ciceronem (ad Fam. 4, 5) de Graeciae oppidis quodam tempore florentissimis, tunc prostratis et dirutis scribit: cum uno loco tot oppidorum cadavera proiecta iacent. DUEBN. — ambigue] dubia fide. RUP. — Alpinium] cuius adventus et defectio infra narrabitur 4, 31. cf. 5, 19. — ostentui misere] ut manifestum gloriosumque victoriae indicium esset. RUP.

(36) At Vitellius profecto Caecina, cum Fabium Valentem paucis post diebus ad bellum impulisset, curis luxum obtendebat. non parare arma, non adloquio exercitioque militem firmare, non in ore volgi agere, sed umbraculis hortorum abditus, ut ignava animalia, quibus si cibum suggeras, iacent torpentque, praeterita instantia futura pari oblivione dimiserat. atque illum in nemore Aricino desidem et marcentem proditio Lucilii Bassi ac defectio classis Ravennatis perculit. nec multo post de Caecina adfertur mixtus gaudio dolor, et descivisse et ab exercitu vinctum. plus apud socordem animum laetitia quam cura valuit. multa cum exultatione in urbem revectorum frequenti contione pietatem militum laudibus cumulat. Publilium Sabinum praetorii praefectum ob amicitiam Caecinae vinciri iubet, substituto in locum eius Alfeno Varo. (37) mox senatum composita in magnificentiam oratione adlocutus exquisitis patrum adulationibus attollitur. initium atrocis in Caecinam sententiae a L. Vitellio factum; dein ceteri composita indignatione, quod consul rem publicam, dux imperatorem, tantis opibus tot honoribus cumulatus amicum prodidisset, velut pro Vitellio conquerentes suum dolorem proferebant. nulla in oratione cuiusquam erga Flavianos duces obtrectatio: errorem imprudentiamque exercituum culpantes Vespasiani nomen suspensi et vitabundi circumibant. nec defuit qui unum consularis diem (is enim in locum Caecinae supererat) magno cum inrisu.

3 firmaret sed corr. 1m. 5 suggeras ex suggerant corr. 1m. 7 pertulit (e superscr. et in margine cu add. 1m.) 11 Publilium Halm: publiliū 12 locū ex loco corr. 1m. 15 ceteri ex cetera corr. 1m 16 cons rem p. 17 amicus amicum Meiser

36. at Vitellius] revertitur ad 2, 101. — ad bellum impulisset] ad bellum confestim proficisci iussisset. — obtendebat] i. e. curis neglectis luxui indulgebat. Th. KIESSLING. Metaphora a velo translata, quia velatur aliquid, ne appareat. WALTHER. — in ore] in conspectu; modus est Sallustianus Hist. I. 98: in ore agens gentibus, populo, civitati, et II 50, 4 a prima adolescentia in ore vostro privatus et in magistratibus egi. Tacitus rursus c. 77: Iulianus -- in ore eius jugulatur. — in nemore Aricino] Aricia, oppidum Latii, hodie la Riccia, XVI M. P. a Roma distans, notum propter Dianam Nemorensis, ut appellabatur ob celebre atque amoenissimum illud nemus, in quo colebatur cum Virbio. Verg. Aen. 7, 515 et 761. Ovid. Met. 15, 497. — Publilium Sabinum] cf. 2, 92.

37. composita indignatione] nota idem verbum sic proxime repetitum post vv. composita-oratione. sed nemo frequentius talibus repetitionibus, ut ita dicam, abuti videtur quam Livius. — cumulatus] desidero tertio quoque loco (consul — dux) nomen substantivum: fortasse igitur ante amicum excidit amicus cf. Accius fr. 132 qui neque amico amicus unquam gravis neque hosti hostis fuit. (Ribbeck trag. Rom. fr. (2) p. 153.) — suum dolorem] hoc est, quem ex Caecinae iniuriis privatim publiceque ceperant. eum cum alias pressissent, tunc sub illa specie edebant. igitur graviter inveci in Caecinam, non Vitellii, sed suis iniuriis incensi. ERN. — is enim in locum Caecinae] is enim unus dies supererat (post severum illud in Caecinam senatus decretum) volenti succedere in locum Caecinae sive si

tribuentis accipientisque eblandiretur: pridie kalendas Novembres Rosius Regulus iniit e iuravitque. adnotabant periti numquam antea non abrogato magistratu neque lege lata alium subfectum. nam consul uno die et ante fuerat Caninius Rebilus C. Caesare dictatore, cum belli civilis 5 praemia festinarentur.

(38) Nota per eos dies Iunii Blaesi mors et famosa fuit, de qua sic accepimus. gravi corporis morbo aeger Vitellius Servilianis hortis turrim in vicino sitam concludere per noctem crebris luminibus animadvertit. sciscitanti causam apud Caecinam Tuscum epulari multos, praecipuum honore Iunium Blaesum nuntiatur. cetera in maius, de apparatu et solutis in lasciviam animis. nec defuere qui ipsum Tuscum et alios, sed criminosius Blaesum incusarent, quod aegro principe laetos dies ageret. ubi asperatum Vitellium et posse Blaesum perverti satis patuit iis, qui principum offensas acriter speculantur, datae L. Vitellio delationis partes. ille infensus Blaeso aemulatione prava, quod eum omni dedecore maculosum egregia fama anteibat, cubiculum imperatoris reserat, filium eius sinu complexus et genibus accidens. causam confusionis quaerenti, non se proprio metu nec sui anxium, sed pro fratre, pro liberis fratris preces lacrimasque attulisse. frustra Vespasianum timeri, quem 20 tot Germanicae legiones, tot provinciae virtute ac fide, tantum denique terrarum ac maris immensis spatiis arceat. in urbe ac sinu cavendum

1 eblandiretur *Ehenamus*: blandiretur
lin. in b (nouembris ed. princ.) 2 nunquam
(notam del. 1m.) 8 in om.: add. Muretus
19 pces ait attulisse Meiser quē

pr kl (cum lin. in l) noueuēb. (sic) cum
4 Rebilus *Ehenamus*: rebilus G cesare
9 cecinā 12 criminosiū 15 emulatione

quis sufficiens Caecinae foret. ERN. — eblandiretur] Livius 27, 31, 7 omnia emebat aut eblandiebatur. — adnotabant periti] item Agr. 22, Ann. 12, 25. — Caninius Rebilus] a. u. c. 708. Cic. ad Fam. 7, 30, 1: In campo certe non fuisti, cum H. II. comitiis quaestorius institutis sella Q. (Fabii) Maximi, quem illi consulem esse dicebant, posita esset, quo mortuo nuntiato sella sublata est. Ille autem (Caesar), qui comitiis tributus esset auspiciatus, centuriata habuit; consulem H. VII. remittit, qui usque ad Kalendas Ian. esset quae erant futurae mane postridie. Ita Caninio consule scito neminem prandisse. Nihil tamen eo consule mali factum est; fuit enim mirifica vigilantia, qui suo toto consulatu somnum non viderit (propter cenam aditalem usque in ipsas Kal. Ian. productam). Plutarch. Caes. 58. Suet. Iul. 76. Ner. 15. Dio 43, 46. Macrob. Sat. 2, 3.

38. Iunii Blaesi] cf. 1, 59. 2, 59. — Servilianis] in quibus Nero quoque morari solitus; Ann. 15, 55. Suet. Nero 47. DUEB. Caesarum tunc erant, et siti fuisse videntur prope Tiberis ripam in via, quae Ostiam versus ducebat. vide Suet. 1. l. — turrim] aedificium liberioris praesertim prospectus causa in maiorem quam solitae domus altitudinem exstructum, ut turris Maecenatiana. Suet. Ner. 38. — Caecinam] memoratum Ann. 13, 20. Suet. Nero 35. — in maius] exaggerata atque in deterius aucta nuntiantur. — maculosum] cf. 1, 7. 2, 30. — reserat] non sine quadam violentia, ostiario non prius interrogato, aperit et intrat. — causam — quaerenti — attulisse] ante attulisse verbum ait excidisse suspicor;

hostem, Iunios Antoniosque avos iactantem, qui se stirpe imperatoria, comem ac magnificum militibus ostendet. versas illuc omnium mentes, dum Vitellius amicorum inimicorumque negligens fovet aemulum principis labores e convivio prospectantem. reddendam pro intempestiva laetitia maestam et funebrem noctem, qua sciat et sentiat vivere Vitellium et imperare et, si quid fato accidat, filium habere. (39) trepidanti inter scelus metumque, ne dilata Blaesi mors maturam perniciem, palam iussa atrocem invidiam ferret, placuit veneno grassari. addidit facinori fidem notabili gaudio Blaesum visendo. quin et audita est saevissima Vitellii vox, qua se (ipsa enim verba referam) pavisse oculos spectata inimici morte iactavit. Blaeso super claritatem natalium et elegantiam morum fidei obstinatio fuit. integris quoque rebus a Caecina et primoribus partium iam Vitellium aspernantibus ambitus abnuere perseveravit. sanctus inturbidus nullius repentini honoris, adeo non principatus appetens parum effugerat, ne dignus crederetur. 15

4 reddenda 5 mestitā (sic) ea mestitiā corr. 1m. 6 Imperaret (t del. 1m.) quit
8 crassari 9 notabili *Faernus*: nobili blesū seuissima 11 bleso elegantia notam
del. 1m. 12 super fidei apex et in marg. al: (cum lin. in l) fides obstinata 1m. obfuit
Madvig 13 vitelliū (s del. 1m.) 14 scs

nam participium quaerenti omissum verbum vix patitur. cf. Ann. 15, 66 instanti minitanti que — neminem ait plura scire 16, 9 suadentique venas abrumpere animum quidem morti destinatum ait. — Iunios Antoniosque avos] ex utroque hoc nomine causam habuerunt stirpis suae originem ab Octavia repetendi, Augusti sorore, ut perspecta genealogiae series probat. SAVILIUS. Iunia gente Blaesus Silanos attingebat cognatos Augusto; v. Ann. 13, 1. 15, 35. 16, 8. RITTER. — stirpe imperatoria] imperatoria h. l. est principalis et hoc respicit cognationem cum Antonio et Augusto, non quod Iunius Blaesus, avunculus Sciani, imperator a legionibus salutatus est prisco erga duces honore, ut relatum Ann. 3, 74. RITTER. cf. Nipperdey ad Ann. 6, 40 duo Blaesi voluntario exitu cecidere. — amicorum inimicorumque negligens] amicos et inimicos praestupore haud discernens. Deinceps dum — fovet posito indicativo in oratione etiam obliqua ut c. 70: dum inter Vespasianum ac Vitellium — indicatur. — fratrem Vespasiani mansisse in fide cf. Drüger Synt. § 168. — labores] per euphemismum pro morbo (cf. laborare), ut si quid fato accidat pro »si forte gravi suo morbo succumbat. Frequentius quidem

omittitur v. fato, sed hic evidetiae causa additur, ut statim appareat mortem naturalem, non ab hostili manu significari. et sic Ann. 14, 47 si quid fato pateretur. Cicero Phil. 1, 4: si quid mihi humanitus accidisset.

39. perniciem] ipse igitur fratri crediderat insidias sibi strui a Blaeso. — veneno] ego huc referam, in silentio interpretum, Suetonii haec de Vitellio c. 14: nobiles viros, condiscipulos et aequales suos, omnibus blanditiis tantum non ad societatem imperii adlicefactos, vario genere fraudis occidit; etiam unum veneno manu sua porrecto in aquae frigidae potione, quam is adfectus febre poposcerat. Priora Dolabellam notant; haec de veneno Iunium Blaesum. LIPS. quamquam Suetonii narratio non usquequaque cum h. l. congruit. — se pavisse] de alio quodam a Vitellio interfecto hoc refert Suet. Vit. 14. — integris quoque rebus] »cum Vitellii fortuna adhuc esset integra neque aemulus quisquam. RUP. — ambitus] »invitatus, rogatus, ut imperium susciperet. RUP. — adeo non] nedum, ut Ann. 3, 34. 6, 15: adeo publicum consilium numquam adit. cf. Hand Turs. I p. 154. Drüger Synt. § 24. — parum effugerat, ne] cf. Livius 36, 25, 8 ipsi, ne quid simile pa-

(40) Fabius interim Valens multo ac molli concubinarum spadonumque agmine segnius quam ad bellum incedens proditam a Lucilio Basso Ravennatem classem pernicious nuntiis accepit. et si coeptum iter properasset, nutantem Caecinam praevenire aut ante discrimen pugnae adsequi legiones potuisset. nec deerant qui monerent, ut cum fidissimis per occultos tramites vitata Ravenna Hostiliam Cremonamve pergeret. aliis placebat accitis ex urbe praetoriis cohortibus valida manu perrumpere. ipse inutili cunctatione agendi tempora consultando consumpsit: mox utrumque consilium aspernatus, quod inter ancipitia 10 deterrimum est, dum media sequitur, nec ausus est satis nec providit. (41) missis ad Vitellium litteris auxilium postulat. venire tres cohortes cum ala Britannica, neque ad fallendum aptus numerus neque ad penetrandum. sed Valens ne in tanto quidem discrimine infamia caruit, quo minus rapere illicitas voluptates adulteriisque ac stupris polluere 15 hospitum domus crederetur. aderant vis et pecunia et ruentis fortunae novissima libido. adventu demum peditum equitumque pravitas consilii patuit, quia nec vadere per hostes tam parva manu poterat, etiam si fidissima foret, nec integram fidem attulerant. pudor tamen et praesentis ducis reverentia morabatur, haud diuturna vincla apud avidos 20 praemiorum et dedecoris securos. eo metu cohortes Ariminum praemittit, alam tueri terga iubet: ipse paucis, quos adversa non mutaverant, comitantibus flexit in Umbriam atque inde Etruriam, ubi cognito pugnae

3 coeptum 11 litteris (t superscr. 1m.) 12 britannica 12/13 penetrandū. 19 reverentia (notam del. 1m.) pavidos Faernus 20 praemiorum Meiser: periculorum eo metu Acidalius: eo metu et paucis quos adversa non mutaverant comitantibus (paucis — comitantibus post ipse posuit Acidalius)

terentur, effugerunt. Naevius tr. 15 numquam hodie effugies, quin mea manu moriave.

40. a Lucilio Basso] cf. c. 12. 36. 2, 100. 101.

41. novissima libido] qui diu frui non sperat, avidius fruitur. PICH. videbat finem adesse explendarum libidinum, cum rueret fortuna. itaque utendum facultate, dum maneat. in tali tempore solet etiam incitari cupiditas et vis. ERN. cf. 2, 47: *difficilius est temperare felicitati, qua te non putes diu usurum.* — avidos praemiorum] cf. 1, 51 exercitus — praemia quam stipendia malebat 3, 37 belli civilis praemia 51 ut gregarius eques — praemium a ducibus petierit 53 praemia periculorum 60 maiora illis praemia 61 praemiis defectorum versa fides 74 praemia navatae operae pete-

bant 4, 2 praemiorum expertes 5, 11 cupidine praemiorum 16 praemiaque et quies in posterum sperabantur. Ann. 1, 16 ex civili bello spem praemiorum ostendebat 24 periculorum praemiorumque ostentator. Faerni pavidos periculorum falsum est; nusquam enim Vitelliani ignavi describuntur: cf. c. 69 miles Vitellii adversus pericula feror 73 Vitellianus miles neque astu neque constantia inter dubia indigebat: ex diverso trepidi milites 4, 2 quamquam inter adversa salva virtutis fama. — dedecoris securos] non solliciti de dedecore prodicionis, iam in Galbam, Othonem exercitae. DUEBN. — cohortes] illas tres a Vitellio missas Ariminum praemittit, ut per hoc praesidium impediret, quo minus Ariminum a Flavianis occuparetur, et ipse flexit in Um-

Cremonensis eventu non ignavum et, si provenisset, atrox consilium iniit, ut arreptis navibus in quamcumque partem Narbonensis provinciae egressus Gallias et exercitus et Germaniae gentes novumque bellum cieret. (42) digresso Valente trepidos, qui Ariminum tenebant, Cornelius Fuscus admoto exercitu et missis per proxima litorum Liburnicis terra 5 marique circumvenit: occupantur plana Umbriae et qua Picenus ager Hadria alluitur, omnisque Italia inter Vespasianum ac Vitellium Appennini iugis dividebatur. Fabius Valens e sinu Pisano segnitia maris aut adversante vento portum Herculis Monoeci depellitur. haud procul inde agebat Marius Maturus Alpium maritimarum procurator, fidus Vitellio, 10 cuius sacramentum cunctis circa hostilibus nondum exuerat. is Valentem comiter exceptum, ne Galliam Narbonensem temere ingrederetur, monendo terruit; simul ceterorum fides metu infracta. namque circumiectas civitates procurator Valerius Paulinus, strenuus militiae et Vespasiano ante fortunam amicus, in verba eius adegerat; (43) concitisque omnibus, 15 qui exauctorati a Vitellio bellum sponte sumebant, Foroiliensem coloniam, claustra maris, praesidio tuebatur, eo gravior auctor, quod Paulino patria Forum Iuli et honos apud praetorianos, quorum quondam tribunus fuerat; ipsique pagani favore municipali et futurae potentiae spe iuvare partes adnitebantur. quae ut paratu firma et aucta rumore apud varios 20 Vitellianorum animos increbrueret, Fabius Valens cum quattuor speculatoribus et tribus amicis, totidem centurionibus ad naves regreditur;

1 euentū (notam del. 1m.) 2 narbonensis 3 et exercitus om. det. 5 proximas (s del. 1m.) 6 occupatur 7 adria (h superscr. 1m.) 7/8 Appennini Puteolanus: appenninis 13 Intracta. Nanq; 14 ualerios 16 exauctor rati (pr. r del. 1m.) sumebat (n superscr. 1m.) 16/17 coloniā corr. ex colia 1m. 17 post claustra superscr. q; 2 vel 3m. 20 ut Tac. Gronovius: ui (ubi dett.) 22 totidemque dett.

briam, homo omnis consilii expertus et adulteriis stuprisque infamis. RYCK. — si provenisset] si prospere successisset, ut A. 1, 19: *ubi prima provenissent.* — et exercitus] quid quid copiarum etiam tunc erat in Galliis et utraque Germaniam, tractis in Vitellii partes etiam Germanicis aliquot gentibus. ceterum expectes potius Gallias et Germaniae exercitus et gentes cf. c. 62 pervasisse in Germanias Valentem et veteres illic novosque exercitus ciere credebant.

42. Cornelius Fuscus] de quo c. 4. 12 et 2, 86. — Picenus] regio inter Umbriam et mare Adriaticum, tractus circa Anconam, Firmium (Fermo), Asculum Picenum diversum ab Apulo (Ascoli). — Appennini iuga. — segnitia maris] ob tran-

quillitatem maris, ventis vela non implentibus, non eo, quo volebat, pervenit, sed tantum in portum Herculis, verbum *depellitur* ad ultima modo refertur: ad priora generale verbum intelligendum est. DUEBN. velut impeditur, quo minus in Galliam Narbonensem perveniat, uti decreverat. — Monoeci] portus Liguria cum templo herois, hodie Monaco. — Marius Maturus] cf. 2, 12. — procurator Valerius] Galliae Narbonensis procuratorem fuisse suspicatur Savilius, in qua Forum Iulii. ERN.

43. omnibus] praetorianis. vide 2, 67. — Foroiliensem] dicta etiam colonia Pacensis et classica. Plin. 3, 35. ibi navale Augusti. Strabo 4. p. 184. OBERL. hodie Iréjus. — favore municipali] faventes municipi suo Valerio, qui postea potentiam adeptus apud Ve-

Maturo ceterisque remanere et in verba Vespasiani adigi volentibus fuit, ceterum ut mare tutius Valenti quam litora aut urbes, ita futuri ambiguus et magis quid vitaret quam cui fideret certus adversa tempestate Stoechadas Massiliensium insulas adfertur. ibi eum missae a Paulino 5 Liburnicae oppressere.

(44) Capto Valente cuncta ad victoris opes conversa, initio per Hispaniam a prima Adiutrice legione orto, quae memoria Othonis infensa Vitellio decimam quoque ac sextam traxit. nec Galliae cunctabantur. et Britanniam traditus erga Vespasianum favor, quod illic secundae legioni a Claudio praepositus et bello clarus egerat, non sine motu adiunxit ceterarum, in quibus plerique centuriones ac milites a Vitellio provecti expertum iam principem anxii mutabant. (45) ea discordia et crebris belli civilis rumoribus Britanni sustulere animos auctore Venutio, qui super insitam ferociam et Romani nominis odium propriis in Cartimandua reginam stimulis accendebatur. Cartimandua Brigantibus imperitabat pollens nobilitate; et auxerat potentiam, postquam capto per dolum rege Carataco instruxisse triumphum Claudii Caesaris videbatur.

1 Maturo *Agricola*: mature 4 defertur *Ernesti*. 7 hispania adprima 9 britanniam traditus *Meiser*: Inditus (inclinatus *H. Schütz*, vetus *Haase*) favor 9/10 legionis (s del. 1m.) 10 et pace et *W. Heraeus*. 13 britanni 13/14 Venutio *Bipontini*: uenusio et sic deinceps 15 cartimandua (s del. 1m.)

spasianum ipsis commoda procurare posset, uti sperabant. — *volentibus fuit*] cf. Ann. 1, 59: *ut quibusque invitis aut cupientibus erat*. Sall. Iug. 84: *neque plebi militum volenti putabatur*. ib. 100: *uti militibus — labor volentibus esset*. Graeca est constructio. Thuc. 2, 3: τῷ γὰρ πλῆθει — οὐ βουλευμένῳ ἦν. — *Stoechadas*] Strabo 4. p. 184: τρεῖς μὲν ἀπὸ τῶν ἰσθμῶν δὲ μικρὰ: γεωργοῦσι δ' αὐτὰς Μασσαλιῶται. hodie *les îles d'Hyères*, quia oppidum in continente situm Aerae, quod nunc *Hyères* appellatur. antiquum nomen habuerunt ab ordine, στοίχῳ, quo se excipiunt, *Prote*, *Mose*, *Hyraea* (Πρώτη, Μέση, Ὑραία) hodie *Portquerolles*, *Port Cros* et *Titan* sive *Levant*. cf. *Harduin*. ad *Plin.* 3, 79. *Mannert* Geogr. II. p. 99. — *adfertur*] *vulgaria* vv. maluere *Broterius fertur*, *Ernestius defertur*.

44. *per Hispaniam*] 2, 67: *prima classiorum legio in Hispaniam missa*. — *traditus erga Vespasianum favor*] sic scripsi pro corrupto *inditus*; nam hoc vult dicere: *Vespasianus in Britannia olim sibi favorem conciliaverat, qui favor ex prioribus annis in po-*

steriora tempora propagatus et traditus fuit nec memoria excidit. — *a Claudio*] *Agric.* 13: *divus Claudius auctor iterati operis transvectis legionibus auxiliisque et assumpto in partem rerum Vespasiano; quod initium venturae mor fortunae fuit. domitiae gentes, capti reges et monstratus fatis Vespasianus*. — *praepositus*] scil. fuerat, quod ex verbo *egerat* facile intellegitur; nihil igitur habet offensionis iunctura *praepositus et — egerat*. — *non sine motu*] recte explicat *Louandre*: *non sans quelque résistance de la part des autres légions*. — *ceterarum*] legiones IX., XIV. Gemina; XX. *Victrix* praeter II. Augustam tum erant in Britannia.

45. *Venutio*] *Ann.* 12, 40. — *Cartimandua*] *Ann.* 12, 36. — *Brigantibus*] cf. *Agric.* 17 et *terrorem statim intulit Petilius Cerialis Brigantum civitatem, quae numerosissima provinciae totius perhibetur, adgressus*. hodie *Yorkshire* cf. *Mommsen* *Römische Geschichte* V. p. 166. — *Carataco*] cf. *Nipperdey* ad *Ann.* 12, 33. — *instruxisse*] ornasse. *Claudium* facta expeditione Britannica triumphasse Romae te-

inde opes et rerum secundarum luxus: spreto Venutio (is fuit maritus) armigerum eius Vellocatum in matrimonium regnumque accepit. concussa statim flagitio domus: pro marito studia civitatis, pro adultero libido reginae et saevitia. igitur Venutius accitis auxiliis, simul ipsorum Brigantum defectione in extremum discrimen Cartimandua adduxit. tum 5 petita a Romanis praesidia. et cohortes alaeque nostrae variis proeliis exemere tamen periculo reginam: regnum Venutio, bellum nobis relictum.

(46) Turbata per eosdem dies Germania et socordia ducum, seditione legionum, externa vi, perfidia sociali prope adfecta Romana res. id bellum cum causis et eventibus (etenim longius provectum est) mox 10 memorabimus. mota et Dacorum gens numquam fida, tunc sine metu abducto e Moesia exercitu. sed prima rerum quieti speculabantur: ubi flagrare Italiam bello, cuncta in vicem hostilia accepere, expugnatis cohortium alarumque hibernis utraque Danuvii ripa potiebantur. iamque castra legionum excindere parabant, ni Mucianus sextam legionem op- 15 posuisset, Cremonensis victoriae gnarus, ac ne externa moles utrimque ingrueret, si Dacus Germanusque diversi inrupissent. adfuit, ut saepe alias, fortuna populi Romani, quae Mucianum viresque Orientis illuc tulit, et quod Cremonae interim transegimus. Fonteius Agrippa ex Asia (pro consule eam provinciam annuo imperio tenuerat) Moesiae praepo- 20 situs est, additis copiis e Vitelliano exercitu, quem spargi per provincias

2 armigirū *sed corr.* 1m. uel locatum (*post vel lit. 1 erasa, locat in rasura 1m.*)
6 plis 7 tandem *L. Spengel* regnū in rasura 1m. 8 turbata *sed corr.* 1m. 9 ro-
manas (s del. 1m.) 13 hostilia 16 cremonensis (*cremo in rasura 1m.*) 17/18 sepelias
in sepe alias *corr.* 2m. 18 mucianunū (*Mucianum tum Ritter*) 19 transegit (*t in m;*
corr. 1m.) 20 consule (*sule in rasura 1m.*) 21 copis quē

statur *Suetonius* *Claud.* 17. sed is triumphus ductus est *C. Crispo* et *T. Statilio* coss. a. u. 797. cf. *Dio* 60, 23. *Caratacus* autem aliquot annis post illum triumphum captus est (a. u. 803). cf. *Ann.* 12, 36. quaeritur ergo, *Tacitum* memoria sefellerit, an triumphum hoc loco dicat latiore significatione et decoris causa. v. *Lips.* ad *Ann.* 1. l. at si quid recte video, *Cartimandua* eo sensu videbatur triumphum *Claudii* instruxisse, ut gloriam et decus triumpho pridem acti tradito *Carataco* augeter alteramque partem triumpho adderet. nam appendicula quaedam triumphi *Claudii* fuit pompa illa, in qua *Caratacus* postea ductus est. *WALTHE*.

46. *memorabimus*] 4, 12. seqq. — *sixtam* *Tacitus* III.

Legionem] *Ferratam*, probe distinguendam a sexta *Victrice*, quae tunc in *Hispania* erat. c. 44. de *Ferrata* cf. 2, 83. — *fortuna populi Romani*] *Liv.* 2, 40, 13 *ibi fortuna populi Romani duos hostium exercitus — confecit*. — *transegimus*] rem confecimus. cf. *Nipperdey* ad *Ann.* 12, 19 *quotiens ignoscendo transigatur*. atque etsi bellum ipsum *Cremonensi* pugna haud omnino erat confectum, ea tamen de exitu dubitare non iam sinebat. — *Fonteius Agrippa*] post a *Sarmatis* caesus. *Ioseph.* B. I. 7, 4, 3. cf. de eo *W. Liebenam* *Forschungen zur Verwaltungsgeschichte des römischen Kaiserreichs*. I. Band: *Die Legaten* (*Leipzig, Teubner* 1888) p. 272. — *spargi*] c. 35: *victae legiones — per Illyricum dispersae*.

et externo bello inligari pars consilii pacisque erat. (47) nec ceterae nationes silebant. subita per Pontum arma barbarum mancipium, regiae quondam classis praefectus, moverat. is fuit Anicetus Polemonis libertus, praepotens olim, et postquam regnum in formam provinciae verterat, mutationis inpatiens. igitur Vitellii nomine adscitis gentibus, quae Pontum adcolunt, corrupto in spem rapinarum egentissimo quoque, haud temendae manus ductor Trapezuntem, vetusta fama civitatem a Graecis in extremo Ponticae orae conditam, subitus inrupit. caesa ibi cohors, regium auxilium olim; mox donati civitate Romana signa armaque in nostrum modum, desidiā licentiamque Graecorum retinebant. classis quoque faciem intulit vacuo mari eludens, quia lectissimas Liburnicarum omnemque militem Mucianus Byzantium adegerat. quin et barbari contemptim vagabantur fabricatis repente navibus: camaras vocant artis lateribus latam alvom sine vinculo aeris aut ferri conexam, et tumido

3 quodā (n. superscr. 2 vel 3m.) 3/4 libertus | prepotens libertus 4 ūterat corr. ex ūteret 1m. 7 uetusta | mama (f. in marg. praescr. 1m.) uetusta manu b, uetustam b² grecis 10 grecorum classi b² 11 faciem Meiser: faces uacuo corr. ex uacuo 1m lectissima 12 mucianus bizantiū 12/13 contēpti 13 febricitatis 13 altis Nipperdey navibus (camaras vocant) artis lateribus, lata alvo — conexa Lipsius.

47. Polemonis] ultimi regis Ponti, qui sub Nerone a. p. Chr. 63. regnum suum cesserat Romanis. cf. Suet. Ner. 18. Visconti Iconogr. gr. II. p. 141. et III. p. 304. — temendae] hoc v. simplex poëtae haud infrequens (cf. Verg. Aen. X. 737 Pars belli haud temenda) hoc uno nunc loco apud Tacitum reperitur. — Trapezuntem] hodie Trebizonda. — vetusta fama civitatem] cf. 4, 83 templum vetere inter accolae fama. — a Graecis] Sinopensibus Mileto oriundis conditam in paeninsula et alto monte inclusam. Xenophon Ἄνοβ. 4, 8, 22. Strabo 12. p. 548. Plin. 6, 11. — subitus inrupit] Ann. 15, 4 repentinis hostibus circumventi cf. Dräger Synt. § 8. — in nostrum modum] scilicet gerebant, quod ex verbo retinebant subintellegendum est. — classis quoque faciem intulit] Anicetus non solum manus haud spernendae ductor fuit, sed regiae quondam classis praefectus classis quoque imaginem quandam habuit, ut terra marique arma moveret. cf. 1, 84 imaginem quandam exercitus habet 1, 85 facies belli Liv. 22, 54, 6 iam aliqua species consularis exercitus erat. vulgata lectio classis quoque faces intulit falsa est, quia nulla tum classis in Ponto erat, unde mare vacuum dicitur. cf. 2, 83 classem

e Ponto Byzantium adigi iusserat (Mucianus), et ipsa verba vacuo mari eludens docent de classe Aniceti eiusque maritimis conatibus sermonem esse, classi faces inferre etiam ex terra potuit. — eludens] v. eludere saepe simpliciter ponitur sine regimine, ut Cic. de Div. 2, 70: ars coniectoris eludentis ingenio. estque fere idem atque mox contemptim vagari, agere quae lubet, contemptis aliis, nihil metuentem. ERN. — barbari] non sunt Aniceti milites, sed alii homines barbari, qui utebantur, ut fit, turbatis rebus, ut piraticam exercerent. WALTH. — camaras] Strabo in descriptione Bosphoranae orae 11 p. 495: ἀνάτια ἔχοντες λεπτά, στενά καὶ κοῦφα, ὅσον ἀνδρώπους πέντε καὶ εἴκοσι δεχόμενα. — καλοῦσι δ' αὐτὰ οἱ Ἕλληες καμάρας. Camaras scilicet et Graeci et Latini vocant tecta curvata, fornicata. similes autem Suionum quoque naves Tacitus describit Germ. 44. cf. etiam naves Germanici iussu constructas Ann. 2, 6., quae in pari utrimque prora habebant gubernacula, ut repente converso remigio hinc vel illinc appellerent. »Eiusmodi navis exhibitur in Pitture antiche d'Ercolano II. Tab. XIV. p. 89.« BROU. — artis lateribus latam alvom] Ann. 2, 6 naves — angusta puppi proraque et lato

mari, prout fluctus attollitur, summa navium tabulis augent, donec in modum tecti claudantur. sic inter undas volvuntur, pari utrimque prora et mutabili remigio, quando hinc vel illinc appellere indiscretum et innoxium est. (48) advertit ea res Vespasiani animum, ut vexillarios e legionibus ducemque Viridium Geminum spectatae militiae deligeret. ille inconpositum et praedae cupidine vagum hostem adortus coegit in naves; effectisque raptim Liburnicis adsequitur Anicetum in ostio fluminis Chobi, tutum sub Sedochezorum regis auxilio, quem pecunia donisque ad societatem perpulerat. ac primo rex minis armisque supplicem tueri: postquam merces proditionis aut bellum ostendebatur, fluxa, ut est barbaris, fide pactus Aniceti exitium perfugas tradidit belloque servili finis inpositus.

Laetum ea victoria Vespasianum, cunctis super vota fluentibus, Cremonensis proelii nuntius in Aegypto adsequitur. eo properantius Alexandriam pergat, ut fractos Vitellii exercitus urbemque externae opis indigam fame urgeret. namque et Africam eodem latere sitam terram marique invadere parabat, clausis annonae subsidiis inopiam ac discordiam hosti facturus.

(49) Dum hac totius orbis nutatione fortuna imperii transit, Primus

3 ueli (i del. 1m.) appellare 7 Chobi Colerus: cohōbi (sic) 8 subse dochezorū] quō 13 supra Wölflin 14 plii 15 fractos Meiser: fracto exercitu dett. urbem quoque det. Italiam urbemque Ritter, urbem Italiamque Heraeus 16 nauq; 19 Dū ac

utero, qui locus docet falso Nipperdeium altis pro artis scripsisse. — pari utrimque prora] quales naves Graeci διπρώρους vocabant.

48. Chobi] Plinius 6, 14 flumen Chobum e Caucaso per Suanos fluens; Arrian. Periopl. Ponti Eux. 10 ἐς Χῳβὸν ποταμὸν. hodie Khopi. Forbiger Geographie II. p. 443. — Sedochezorum] gentis Ponticae nusquam alibi memoratae. — perfugas] qui supplices ad eum confugerant. DUEBNER. — cunctis super vota fluentibus] Sall. hist. fragm. inc. 101 (70) rebus supra vota fluentibus (= Iustin. 23, 3, 12). — Cremonensis proelii nuntius] Iosephus B. I. 4, 11, 5: Εἰς δὲ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἀφικόμενος τῷ Οὐεσπασιανῷ τὰ ἀπὸ τῆς Πρώμης εὐαγγέλια ἤχε. (cf. Suet. Vesp. 7). praestigiator ille Apollonius apud Philostratum 5, 28. p. 96. Ed. Kayser. gloriatur sui causa Vespasianum in Aegyptum venisse seque ei detulisse imperium. Verba ipsa haec sunt:

ὁ Οὐεσπασιανός, »ποίησόν με«, ἔφη, »βασιλέα«. ὁ δὲ, »εἰποίησα«, εἶπεν, »ἤδη γὰρ εὐχόμενος βασιλέα δικαίον τε καὶ γενναῖον καὶ σώφρονα καὶ πολὺν κεκοσμημένον καὶ πατέρα παίδων γενησίων σὲ δήπου παρὰ τῶν θεῶν ἤτουν ἐγώ.« — ut fractos Vitellii exercitus fame urgeret] cf. c. 8 quando Aegyptus, claustra annonae, vectigalia opulentissimarum provinciarum obtinerentur, posse Vitellii exercitum egestate stipendii frumentique ad deditionem subigi. in Mediceo vitiose scriptum est fracto — exercitus, ut 4, 33 intento hostis pro intentos hostis. — namque et Africam] arte haec conectenda cum vv. externae opis indigam; »omni enim commeatu, non solum ex Aegypto, sed etiam ex Africa intersaepto urbem fame urgere volebat.« Ritter dubitanter proposuit iamque.

49. totius orbis nutatione] cf. Plinius Paneg. 5 periculo patriae et nutatione rei publicae. — transit] in alius potestatem pervenit. —

Antonius nequaquam pari innocentia post Cremonam agebat, satisfactum bello ratus et cetera ex facili, seu felicitas in tali ingenio avaritiam superbiam ceteraque occulta mala patefecit. ut captam Italiam persultare, ut suas legiones colere, omnibus dictis factisque viam sibi ad 5 potentiam struere. utque licentia militem inbueret, interfectorum centurionum ordines legionibus offerebat. eo suffragio turbidissimus quisque delecti, nec miles in arbitrio ducum, sed duces militari violentia trahebantur. quae seditiosa et corrumpendae disciplinae mox in praedam vertebat, nihil adventantem Mucianum veritus, quod exitiosius erat 10 quam Vespasianum sprevisse. (50) ceterum propinqua hieme et umenibus Pado campis expeditum agmen incedere. signa aquilaeque victricium legionum, milites vulneribus aut aetate graves, plerique etiam integri Veronae relictis: sufficere cohortes alaeque et e legionibus lecti profligato iam bello videbantur. undecima legio sese adiunxerat, initio 15 cunctata, sed prosperis rebus anxia, quod defuisset. sex milia Dalmatarum, recens dilectus, comitabantur. ducebat Pompeius Silvanus consularis: vis consiliorum penes Annium Bassum legionis legatum. is Silvanum socordem bello et dies rerum verbis terentem specie obsequii regebat ad omniaque, quae agenda forent, quieta cum industria aderat. 20 ad has copias e classicis Ravennatibus legionariam militiam poscentibus optimus quisque adsciti: classem Dalmatae supplere. exercitus ducesque ad Fanum Fortunae iter sistunt, de summa rerum cunctantes, quod

4 viam Lipsius: uim | ac b 9 nichil 11/12 aquileq; ui | uictricium (ui del. 1m.)
14 adiunxerat 19 ad om. ad omnia (om. que) ed. princ. aderat] agebat L. Spengel
20 copia | se 22 cunctates

post Cremonam] expugnata et excisa Cremona. Flor. 3, 1. init.: *Quis speraret post Karthaginem aliquod in Africa bellum?* id est Karthagine victa et deleta. — *ex facili*] facilia fore. similiter Graeci: Thuc. 1, 34: ἐκ τοῦ εὐθιέος. 3, 82: ἀπὸ τοῦ προφανοῦς. Herod. 3, 150: ἐκ τοῦ ἐμφανέος cet. Walch ad Agr. 15 et Emendd. Liv. p. 183. Dräger Synt. § 96, 5. — *legiones colere*] earum favorem ambire. — *viam sibi ad potentiam struere*] sic Lipsius emendavit, at fortasse rectius codex b exhibet *vim sibi ac potentiam struere*, ut c. 11 *uni Antonio vis ac potestas in utrumque exercitum fuit* 2, 39 *vis ac potestas penes Proculum* Germ. 42 *vis et potentia regibus ex auctoritate Romana.* — *legionibus offerebat*] nimirum ut ipsae legiones sibi quos vellent

centuriones eligerent. DUEBN. — *trahebantur*] »cogebantur exsequi quaecunque militum violentia iis imponebat.« — *mox in praedam vertebat*] Antonius pretium exigens confirmandis novis ducibus. DUEBN. — *exitiosius*] »ipsi periculosius«; fracta est eius potentia a Muciano (4, 11.); supplicio eum affectum esse nusquam traditur.

50. *profligato*] prope confecto, ut 2, 4. — *undecima*] Claudiana, quae tunc in Dalmatia agebat. 2, 11 et 67. — *Pompeius Silvanus*] 2, 86. — *dies rerum*] idem quod c. 40: *agendi tempora.* — *ad omniaque — aderat*] cf. c. 59 *ad cuncta belli munia acres erant.* de vitata iunctura adque v. Wölfflin ad Liv. 22, 17, 2 *ad imaque.* — *Fanum Fortunae*] Umbriae oppidum, alibi *Fanum simpliciter* et *Colonia*

motas ex urbe praetorias cohortes audierant et teneri praesidiis Appenninum rebantur. et ipsos in regione bello attrita inopia et seditiosae militum voces terrebant clavarium (donativi nomen est) flagitantium. nec pecuniam aut frumentum providerant, et festinatio atque aviditas praepediebant, dum quae accipi poterant rapiuntur. (51) celeberrimos 5 auctores habeo tantam victoribus adversus fas nefasque irreverentiam fuisse, ut gregarius eques occisum a se proxima acie fratrem professus praemium a ducibus petierit. nec illis aut honorare eam caedem ius hominum aut ulcisci ratio belli permittebat. distulerant tanquam maiora meritum quam quae statim exolverentur; nec quidquam ultra traditur. 10 ceterum et prioribus civium bellis par scelus inciderat. nam proelio, quo apud Ianiculum adversus Cinnam pugnatum est, Pompeianus miles fratrem suum, dein cognito facinore se ipsum interfecit, ut Sisenna memorat: tanto acrior apud maiores, sicut virtutibus gloria, ita flagitiis paenitentia fuit. sed haec aliaque ex vetere memoria petita, quotiens 15 res locusque exempla recti aut solacia mali poscet, haud absurde memorabimus. (52) Antonio ducibusque partium praemitti equites omnemque Umbriam explorari placuit, si qua Appennini iuga clementius adirentur; acciri aquilas signaque et, quidquid Veronae militum foret, Padumque et mare comitatibus compleri. erant inter duces qui ne- 20 cterent moras: quippe nimius iam Antonius et certiora ex Muciano sperabantur. namque Mucianus tam celeri victoria anxius, et ni praesens urbe potiretur, expertem se belli gloriaeque ratus ad Primum et Varum media scriptitabat, instandum coeptis aut rursus cunctandi utilitates

2 regione *Faernus*: legione 3 [donativi nomen est] *Castalio* 7 gregarios *sed*
corr. 1m. 9 distulerunt *det.* 10 quam quae *Puteolanus*: quanquam 11 plio 12 apud
13 ipse *Al. Ruperti* *sisennā* (notam del. 1m.) 14 apud flagiti *det.* 22 Nanq;
23 poteretur *Döderlein* 24 ceptis

Italia Fanestris, hodie *Fano* inter Ariminum et Anconam. — *clavarium*] quasi quo clavi caligarum soleis suffigendi emerentur, *Stiefelnagelgeld.* simile *calcearium* Suet. Vesp. 8. militare hoc vocabulum, cuius significatio plerosque latebat, sane explicatione agebat, quam nolim cum Castalione atque Ernesto pro insiticia habere.

51. *auctores habeo*] sic Liv. 9, 36, 3: *habeo auctores — Romanos — solitos* cet. — *Sisenna*] L. Cornelius Sisenna (mortuus a. u. 687) laudatus scriptor historiarius, qui bellum civile *Sullanum* composuerat. Sall. Iug. 95, 2. Vellei. 2, 9. *Herm. Peter* Historicorum Rom. fragmenta (Lipsiae 1883) p. 175 — 189. »Cum

Tacito aut Sisenna potius consentit Livius Epit. 79. et alterum militem in Pompeii exercitu statuit, alterum Cinnae. at Valerius 5, 5, 4 pro Cinna Sertorium substituit, cum quo et Orosius sentit 5, 19. « LIPS.

52. *clementius*] minus arduae, ubi quidem *colles clementer adsurgentes*, ut Tacitus loquitur Ann. 13, 38. DUEBN. Germ. 1: *molti et clementer edito* -- iugo. — *nimius*] nimis potens ac superbus. — *ex Muciano*] spem maiorem praemiorum habebant in Muciano, maioris virtutis, dignitatis et gratiae apud Vespasianum viro. ERN. — *potiretur*] de hac forma ter in historiis usurpata v. *Sirker* Tacit. Formenlehre § 61. — *media*] »ambigua, nihil

edisserens atque ita compositus, ut ex eventu rerum adversa abnueret vel prospera agnosceret. Plotium Griphum nuper a Vespasiano in senatorium ordinem adscitum ac legioni praepositum ceterosque sibi fidos apertius monuit, hique omnes de festinatione Primi ac Vari sinistre et Muciano volentia rescripsere. quibus epistulis Vespasiano missis effecerat, ut non pro spe Antonii consilia factaque eius aestimarentur. (53) aegre id pati Antonius et culpam in Mucianum conferre, cuius criminationibus eviuisent pericula sua; nec sermonibus temperabat, inmodicus lingua et obsequii insolens. litteras ad Vespasianum composuit iactantius quam ad principem nec sine occulta in Mucianum insectatione: se Pannonicas legiones in arma egisse, suis stimulis excitos Moesiae duces, sua constantia perruptas Alpes, occupatam Italianam, intersepta Germanorum Raetorumque auxilia. quod discordes dispersasque Vitellii legiones equestri procella, mox peditum vi per diem noctemque fudisset, id pulcherrimum et sui operis. casum Cremonae bello imputandum: maiore damno, plurium urbium excidiis veteres civium discordias rei publicae stetisse. non se nuntiis neque epistulis, sed manu et armis imperatori suo militare. neque officere gloriae eorum, qui Daciam interim composuerint: illis Moesiae pacem, sibi salutem securitatemque Italiae cordi fuisse; suis exhortationibus Gallias Hispaniasque, validissimam terrarum partem, ad Vespasianum conversas. sed cecidisse in

1 uentu 3 adscitum Ritter: additum 4 sinistre 5 eplis cum lin. in litt. 1
8 euiluisent (s super i add. 2m.) 9 linguae Lipsius Insolens (1 ex n corr. 1m.)
littera| 13 germanorum (g ex s corr. 1m.) 14 procella (notam del. 1m.) 15 bellū
(corr. 1m.) 17 eplis cum lin. in litt. 1 18 Imperatori suo | corr. ex Imperatorū uo 1m.
Daciam Sirker: asiā (alia Ritter) 19 cōposuerit (n superscr. 1m.) 21 cecidisse

certi in alterutram partem definitia. ERN. — in senatorium ordinem adscitum] 2, 53 in senatum nuper adscitus. — volentia] accepta et grata. sic Sallustius Fr. Hist. 4, 56 (57): multisque suspicionibus volentia plebi facturus habebatur. cf. Ann. 15, 36.

53. aegre id pati Antonius] cf. c. 60 aegre id pati miles. — eviuisent] sensus est, »Mucianum criminando effecisse, ut Vespasianus res ab ipso fortiter et magno cum periculo gestas non perinde aestimaret, ac dignae essent.« ERN. — inmodicus lingua] frequentius cum secundo casu, sed et cum sexto Hist. 1, 69: inmodicus saevitia. RYCK. Ann. 6, 30: modicus severitate. — iactantius quam ad principem] scil. componere debebat. — se Pannonicas legiones in arma egisse] cf. 2, 86. — Moesiae duces] Aponius Saturninus, Moesiae

rector (2, 85), Vipstanus Messalla tribunus, qui legioni VII. Claudianae praeerat (3, 9), Dillius Aponianus legatus legionis III., Numisius Lupus legatus legionis VIII. (3, 10). — intersepta Germanorum Raetorumque auxilia] c. 8 interiectus exercitus Raetiam Iuliasque Alpes, [ac] ne pervium illa Germanicis exercitibus foret, obseperat. — quod — Vitellii legiones — fudisset] c. 16 — 25. — per diem noctemque] c. 26 fesso per diem noctemque exercitu. — qui Daciam — composuerint] quoniam in Asiae parte, quam Mucianus obtinebat, nihil turbarum fuerat, Sirker videtur recte scripsisse Daciam ex c. 46: motu et Dacorum gens — abducto e Moesia exercitu. cf. Agric. 41 in Moesia Daciaque. — validissimam terrarum partem] similiter Agric. 24 Britanniam, Hispaniam, Galliam valentissimam im-

inritum labores, si praemia periculorum soli adsequantur, qui periculis non adfuerint. nec fefellere ea Mucianum: inde graves simultates, quas Antonius simplicius, Mucianus callide eoque inplacabilis nutriebat.

(54) At Vitellius fractis apud Cremonam rebus nuntios cladis occultans stulta dissimulatione remedia potius malorum quam mala differebat. quippe confitenti consultantique supererant spes viresque; cum e contrario laeta omnia fingeret, falsis ingravescebat. mirum apud ipsum de bello silentium; prohibiti per civitatem sermones, eoque plures, ac, si liceret, vere narraturi, quia vetabantur, atrociora vulgaverant. nec duces hostium augendae famae deerant, captos Vitellii exploratores circumductosque, ut robor victoris exercitus noscerent, remittendo; quos omnis Vitellius secreto percunctatus interfici iussit. notabili constantia centurio Iulius Agrestis post multos sermones, quibus Vitellium ad virtutem frustra accendebat, perpulit, ut ad vires hostium spectandas, quaeque apud Cremonam acta forent, ipse mitteretur. nec exploratione occulta fallere Antonium temptavit, sed mandata imperatoris suumque animum professus, ut cuncta viseret, postulat. missi qui locum proelii, Cremonae vestigia, captas legiones ostenderent. Agrestis ad Vitellium remeavit abnuentique vera esse quae adferret atque ultro corruptum arguenti »quando quidem« inquit »magno documento opus est nec alius iam tibi aut vitae aut mortis meae usus, dabo cui credas.« atque ita digressus voluntaria morte dicta firmavit. quidam iussu Vitellii interfectum, de fide constantiaque eadem tradidere. (55) Vitellius ut e somno excitus Iulium Priscum et Alfenum Varum cum quattuordecim praetoriis cohortibus et omnibus equitum alis

2 graue 7 ingravescebat malum Meiser (malum ante mirum excidisse videtur cf. Ann. 14, 51 gravescentibus in dies publicis malis), ingravescebant Ernesti aput 11 uro | ut robora (uro del. 1m.) 14 aput 17 plii 18 adgrestis 22 constantiaq; | notam del. 1m. 24 fortasse tredecim: cf. 2, 93. 3, 78 Nipperdey.

perii partem vocat. — callide eoque inplacabilis] similiter de Domitiano Agric. 42 praecipit in iram et quo obscurior, eo inrevocabilius; de Tiberio Ann. 1, 13 in Haterium statim invecus est, Scaurum, cui inplacabilis irascebatur, silentio tramisit.

54. ingravescebat] »deterior eius condicio sive debilior atque infirmior eius potentia fiebat. (ingravescere proprie de aegris, quorum morbus acrior fit. DUEBN.) et cum aegrotato Vitellium comparat Tacitus. Ernestius maluit ingravescebant (mala); illud multo exquisitius. ut hic, de personis etiam Cic. de Sen. 11, 36: corpora exercitationum defatigatione ingravescent. Plin. Epp. 2, 20: Verania mox in-

gravescit, clamat moriens cet. — coque plures] scil. per civitatem sermones erant; alii iungunt plures (scil. homines) ac vere narraturi. — ac, si liceret, vere narraturi] h. e. atque homines, qui, si liceret, vere narravissent. — centurio Iulius Agrestis] similia Othonis principatu a milite gregario facta traduntur a Suetonio Oth. 10, Plutarcho Oth. 15, Dione apud Xiphil. 64, 11. RITTER. — suumque animum] non solum se imperatoris mandatis parere, sed semet ipsum cupere locum proelii visere significat.

55. ut e somno excitus] cf. 2, 90 omnique Italia, per quam somno et luxu pudendus incesserat. — Iulium cet.] praefectos praetorio. 2, 92. 3,

obsidere Appenninum iubet. secuta e classicis legio. tot milia armatorum, lecta equis virisque, si dux alius foret, inferendo quoque bello satis pollebant. ceterae cohortes ad tuendam urbem L. Vitellio fratri datae. ipse nihil e solito luxu remittens et diffidentia properus festinare comitia, quibus consules in multos annos destinabat; foedera sociis, Latium externis dilargiri; his tributa dimittere, alios immunitatibus iuvare; denique nulla in posterum cura lacerare imperium. sed volgus ad magnitudinem beneficiorum hians aderat; stultissimus quisque pecuniis mercabatur; apud sapientes cassa habebantur, quae neque dari neque accipi salva re publica poterant. tandem flagitante exercitu, qui Mevaniam insederat, magno senatorum agmine, quorum multos ambitione, plures formidine trahebat, in castra venit, incertus animi et infidis consiliis obnoxius. (56) contionanti (prodigiosum dictu) tantum foedarum volucrum supervolitavit, ut nube atra diem obtenderent. accessit dirum omen, profugus altaribus taurus disiecto sacrificii apparatu longe, nec ut feriri hostias mos est, confossus. sed praecipuum ipse Vitellius ostentum erat, ignarus

1 secuta classicis 2 lecte quis 4 nichil 5 foedera 5/6 latium tuis
6 remittere incerto auctore Nipperdey 8 hians aderat Meiser: haberat (aderat det., hiabat Jo. Fr. Gronovius). 9/10 saluare publica (recte distinxit 2 vel 3m.) 13 foedarum 15 nec ut Frid. Schneider: necui (ne qui b, ne cui ed. princ.) nec ubi ali, nec cui Schramm.

36. — e classicis legio] hic primum memorata neque confundenda cum prima adiutrice classicorum; etenim tunc ipsum a Vitellio conscripta e classe Misenensi, antequam haec quoque deficeret. c. 57. (e classicis enim Ravennatibus, qui desciverant, legionariam militiam poscentibus, optimus quisque adsciti a Flavianis. c. 50.) iterum memoratur c. 67 audita defectione legionis. — foedera sociis] quibus foederibus novas aliquot immunitates impertiebat Vitellius, tum etiam longius progressus, quam priores principes. — Latium, ius Latii, Latinitatem. Vide ad Ann. 15, 32. — dimittere] in perpetuum eos tributis liberabat edicto suo: remittere foret unam alteramve pensionem iis ita condonare, ut tamen tributarii manerent. — lacerare imperium] eleganter dicuntur, qui eius opes dissipant, ut lacerare de dissipatione rei familiaris et pecuniae Cic. Quint. 15, 50 Verr. 3, 70, 164, ubi lacerata pecunia, cuius pars aversa est. ERN. cfr. alias metaphoras haud dissimiles vv. dilapidare et lancinare. Catull. 29, 17: Paterna prima lancinata sunt bona. — hians aderat] prona animo avidoque haec beneficia

accipiebat. cf. 1, 12 hiantes — amicorum cupiditates 3, 50 cum industria aderat 71 furens miles aderat 83 aderat pugnantibus spectator populus 4, 22 bello ministra aderat 42 ultores aderant. — mercabatur] immunitates et alia commoda. DUEBN. — Mevaniam] Umbriae oppidum prope viam Flaminiam, ubi Tiniae fluvio miscetur Clitumnus, hodie Bevagna. — multos ambitione, plures formidine] scil. ductos: multos ambitiosos, plures offensam imperatoris remanendo metuentes secum trahebat.

56. foedarum] infausti ominis. Dio 65, 16: Θύσαντος αὐτοῦ ἤυσταν τινὰ καὶ ἐπ' αὐτῆ δὴμηγοροῦντος τοῖς στρατιώταις, γύπες πολλοὶ προσπεσόντες τὰ τε ἱερά διεσκέδασαν καὶ ἐκείνον ἀπὸ τοῦ βήματος ὀλίγου δεῖν κατέβαλον. — obtenderent] ut nos verhüllen, verfinstern. Ita v. utuntur fere poetae, Virg. Georg. 1, 248: obtenta densantur nocte tenebrae. Silius 10, 227: obtendit pulvere lucem. Verumtamen etiam Cicero ad Q. Fr. 1, 1, 5: Multis simulationum involucris tegitur et quasi velis quibusdam obtenditur unius cuiusque natura. — longe] Ominosum id antiquitus, si hostia fugisset nec suo loco id est ante aram caesa

militiae, improvidus consilii, quis ordo agminis, quae cura explorandi, quantus urguendo trahendove bello modus, alios rogicans et ad omnis nuntios voltu quoque et incessu trepidus, dein temulentus. postremo taedio castrorum et audita defectione Misenensis classis Romam revertit, recentissimum quodque vulnus pavens, summi discriminis incuriosus. nam cum transgredi Appenninum integro exercitus sui robore et fessos hieme atque inopia hostes adgredi in aperto foret, dum dispergit vires, acerrimum militem et usque in extrema obstinatum trucidandum capiendumque tradidit, peritissimis centurionum dissentientibus et, si consulerentur, vera dicturis. arcuere eos intimi amicorum Vitellii, ita formatis principis auribus, ut aspere, quae utilia, nec quidquam nisi iucundum et laesurum acciperet.

(57) Sed classem Misenensem (tantum civilibus discordiis etiam singulorum audacia valet) Claudius Faventinus centurio per ignominiam a Galba dimissus ad defectionem traxit, fictis Vespasiani epistulis pretium proditionis ostentans. praeerat classi Claudius Apollinaris neque fidei constans neque strenuus in perfidia; et Apinius Tiro praetura functus ac tum forte Minturnis agens ducem se defectoribus obtulit. a quibus municipia coloniaeque impulsae, praecipuo Puteolanorum in Vespasianum studio, contra Capua Vitellio fida, municipalem aemulationem bellis

1 consiliis. | 5 recentissim; (sic, v superscr. 1m.) quoq; sūmis 7 dispergunt Nipperdey 10 arcuere Lipsius: arguere 11 aspere Bipontini: aspera 12 acciperent Faernus 15 uestpanti (corr. 2m.) eplis cum lin. in 1 ptiū 18 fortē Inturnis defectore; (corr. 2m.) 19 praecipus (ε in o corr. 1m.)

esset. Festus (p. 245. ed. Muell.): Placularia appellantur auspicia antiqua quadam loquendi consuetudine in sacrificiis, cum aut hostia ab ara fugit aut percussa mugitum dedit aut in aliam, quam oportuit, partem corporis cecidit. Plinius 8, 183: Notatum vitulos ad aras umeris hominis adlatos non fere litare, sicut nec claudicante nec aliena hostia deos placari nec trahente se ab aris. LIPS. — ut] corruptum in vi etiam c. 43. Schneideri ut feriri significat taurum qualicumque nec solito modo, sed festinanter a popis confectum esse. — dein temulentus] cf. 1, 62 torpebat Vitellius — medio diei temulentus 2, 91 velut inter temulentos agebat. — summi discriminis] summum discrimen est idem fere ac summa belli, universum bellum; periculum, quod imminet, si bello vinceretur. mox in aperto foret idem est, quod in promptu, facile. ERN. (sic Agr. 1: pronum magisque in aperto.) Ann. 2, 12.

H. 5, 15 summae rei discrimen dicitur. OBERL. — hieme] nam haec gesta mensibus Novembri et Decembri a. u. 822. — dispergit vires] parte copiarum Narniae relicta. c. 58. — si consulerentur] at hos peritos viros militares consulere dedignabatur, unice auscultans amicos adulators. — aspere] ut Ann. 4, 31: aspere acceptum ad praesens.

57. Claudius Faventinus] proditoris huius monumentum superest in celebrata illa ara Casali, Romae asservata, cuius simplicissima est inscriptio corona civica circumdata: TI. CLAUDIVS || FAVENTINVS || D. D. V. Die Ara Casali, Abhandlung von Fr. Wieseler. Göttingen 1844. — Apinius Tiro] cf. c. 76 — Minturnis] oppidum erat Latii ad Lirim fl., cuius supersunt etiamnunc parietinae, amphitheatri atque aquaeductus reliquiae prope oppidulum Traietta. Mannert Italien I. p. 686. — municipalem aemulationem] prorsus ut inter

civilibus miscebant. Vitellius Claudium Iulianum (is nuper classem Misensensem molli imperio rexerat) permulcendis militum animis delegit. data in auxilium urbana cohors et gladiatores, quibus Iulianus praeerat. ut collata utrimque castra, haud magna cunctatione Iuliano in partes Vespasiani transgresso Tarracinam occupavere, moenibus situque magis quam ipsorum ingenio tutam. (58) quae ubi Vitellio cognita, parte copiarum Narniae cum praefectis praetorii relicta L. Vitellium fratrem cum sex cohortibus et quingentis equitibus ingruenti per Campaniam bello opposuit. ipse aeger animi studiis militum et clamoribus populi arma poscens refovebatur, dum vulgus ignavum et nihil ultra verba ausurum falsa specie exercitum et legiones appellat. hortantibus libertis (nam amicorum eius quanto quis clarior, minus fidus) vocari tribus iubet, dantes nomina sacramento adigit. superfluenta multitudo curam dilectus in consules partitur. servorum numerum et pondus argenti senatoribus indicit. equites Romani obtulere operam pecuniasque, etiam libertinis idem munus ultro flagitantibus. ea simulatio officii a metu profecta verterat in favo-

1 claudius sed corr. 1m. 1/2 misensē (post n superscr. nen 2m.) 7 ptoris (s del. 1m.) 10 refobebatur (corr. 1m.) nichil 12 dante 16 officia metu

Viennam et Lugdunum 1, 65. cf. imprimis 4, 3. — Iulianum] Mirum ni ille ipse Iulianus, qui Plinio curasse dicitur gladiatorium munus Neronis principis 37, 45. LIPS. — situque] in monte, Horat. Sat. 1, 5, 26: *Impositum saxis late candentibus Ancus*, quod Etruscum Tarracinae nomen erat. — ipsorum] Iuliani et Apollinaris atque copiarum, quibus hi praeerant. cf. infra c. 76. minus recte Ryckius et Ernestius interpretati sunt »Tarraciniensium«; his enim oppidanis nec robor bellicum neque firma voluntas se defendendi tribui poterat.

58. Narniae] Umbriae oppidum ad Narem (Nera) situm, hodie Narni. — praefectis praetorii] Iulio Prisco et Alfeno Varo. c. 55. — tribus] plebem in XXXV. tribus discriptam. Suet. Vit. 15: *dilectum quoque - in urbe egit*. ceterum erudita annotatione Ritter demonstrare conatus est, veram non esse Casauboni ad Suet. Oct. 101, Ernestii et Wolfii ad Suet. Ner. 44 opinionem, ex qua tribus Caesarum temporibus significarint vilissimam populi partem; immo eas constitisse ex honestioribus civibus, uti appareat ex pluribus locis, v. c. Ann. 1, 8. Suet. Oct. 57. Grat. 244, 4: *IMP. T. CAESARI. DIVI. F. VESPASIANO.*

AVG. PLEBS. VRBANA. QVAE. FRVMEN- TVM. PVBLICVM. ACEPIT. ET. TRIBVS; ubi manifesto tenuiores sint, qui frumentum publicum acceperint, et a tribubus distinguantur. »Igitur«, inquit, »ab aevo Augusti urbis Romae cives quattuor ordinibus discernebantur: erant senatores, erant equites, plebs urbana XXXV. tribuum« (cf. Inscr. m. Lat. N. 3064. 3065), »populus extra tribus, qui frumentum publicum accipiebat.« Addere poterat hoc *vulgus urbanum* (c. 80) tribubus non discriptum ortum esse potissimum e libertinis. cf. Inscr. m. Lat. N. 3105. et Marini *Atti* II. p. 482.: *Il solo monumento, che per la Tribù data a' Liberti si possa e debba nominare, è la Tavola Capitolina presso il Maffei* (M. V. p. 309), -- *nella quale s'incontrano tre Soldati Liberti. — superfluenta multitudo]* vult dicere ab initio promiscue, quicunque darent nomina, sacramento adactos, post, redundante multitudine, etiam dilectum haberi coepisse. ERN. — operam] praecipue servos; *des bras* BURNOUF. v. operam scilicet respondet praecedentibus *servorum numerum, pecuniasque vv. pondus argenti. — a metu]* verebantur, ne, si cessarent, ad plura etiam conferenda cogerentur.

rem; ac plerique haud proinde Vitellium quam casum locumque principatus miserabantur. nec deerat ipse vultu voce lacrimis misericordiam elicere, largus promissis et, quae natura trepidantium est, immodicus. quin et Caesarem se dici voluit, aspernatus antea; sed tunc superstitione nominis et quia in metu consilia prudentium et vulgi rumor iuxta audiuntur. ceterum ut omnia inconsulti impetus coepta initiis valida spatio languescunt, dilabi paulatim senatores equitesque, primo cunctanter et ubi ipse non aderat, mox contemptim et sine discrimine, donec Vitellius pudore irriti conatus, quae non dabantur, remisit.

(59) Ut terrorem Italiae possessa Mevania ac velut renatum ex integro bellum intulerat, ita haud dubium erga Flavianas partes studium tam pavidus Vitellii discessus addidit. erectus Samnis Paelignusque et Marsi aemulatione, quod Campania praevenisset, ut in novo obsequio, ad cuncta belli munia acres erant. sed foeda hieme per transitum Appennini conflictatus exercitus; et vix quieto agmine nives eluctantibus patuit, quantum discriminis adeundum foret, ni Vitellium retro fortuna vertisset, quae Flavianis ducibus non minus saepe quam ratio adfuit. obvium illic Petilium Cerialem habuere, agresti cultu et notitia locorum custodias Vitellii elapsam. propinqua adfinitas Ceriali cum Vespasiano, nec ipse inglorius militiae; eoque inter duces adsumptus est. Flavio quoque Sabino ac Domitiano patuisse effugium multi tradidere; et missi ab Antonio nuntii per varias fallendi artes penetrabant, locum ac praesidium monstrantes. Sabinus inhabilem labori et audaciae valetudinem causabatur:

1 perinde alii 2 mla 4 cesare 6 cepta 7 se senatores (e in a corr. 1m.) 8 contemptim et sine Pichena: ctepti mesti ne 10 mevania 12 elign; q; (p superscr. 2m.) 14 foeda 15 nives eluctantib; 19 propinquas (s del 1m.) 20 Flaviano 23 Inabilu (h superscr. 1m.)

verterat in favorem] »Haec simulatio a metu primum profecta, dein apud multos in sincerum (etsi haud constantem) favorem in Vitellium transierat.« *Ce faux semblent de zèle, né de la crainte, s'était changé en enthousiasme.* LOUANDRE. — casum locumque] miseram conditionem principatus et quo tandem devenisset tam ignavo sub rectore, ad eum cum dignitate sustinendum prorsus invalido. v. locus ergo distinguendum a casu significat dignitatem principatus tantopere deminutam. — nec deerat ipse - - clicere] eadem constructione ac 4, 1: *nec deerat egentissimus quisque - - prodere, pro quin proderet. — aspernatus antea]* 1, 62. Suet. 8: *cognomen Caesaris in*

perpetuam recusavit. — superstitione nominis] »quasi vero hoc nomen sanctitate quadam sua certam praerberet tutelam.«

59. possessa] occupata, ut c. 8: *possessa ipso transitu Vicia.* — erectus] studii in partes Flavianas. — Campania praevenisset] ad Vespasianum deficiens, etsi Capua ipsa etiam tunc Vitellio fida manserat. c. 57. — exercitus] Antonii. — nives eluctantibus] eadem constructione Agr. 17: *difficultates eluctatus.* Plin. Epp. 8, 8, 2 de fonte: *eluctatus, quem facit, gurgitem.* WALTH. — Petilium Cerialem] Ann. 14, 32. — custodias V. elapsam] Ann. 1, 61 *pugnam aut vincula elapsi* cf. Dräger Synt. § 40. c. — Flavio Sabino] Vespasiani

Domitiano aderat animus; sed custodes a Vitellio additi, quanquam se socios fugae promitterent, tanquam insidiantes timebantur. atque ipse Vitellius respectu suarum necessitudinum nihil in Domitianum atrox parabat.

(60) Duces partium ut Carsulas venire, paucos ad requiem dies sumunt, donec aquilae signaque legionum adsequerentur, et locus ipse castrorum placebat, late prospectans, tuto copiarum adgestu, florentissimis pone tergum municipiis. simul colloquia cum Vitellianis decem milium spatio distantibus et proditio sperabatur. aegre id pati miles et victoriam malle quam pacem. ne suas quidem legiones opperiebantur, ut praeda quam periculis socias. vocatos ad contionem Antonius docuit esse adhuc Vitellio vires, ambiguas, si deliberarent, acres, si desperassent. initia bellorum civilium fortunae permittenda: victoriam consiliis et ratione perfici. iam Misensem classem et pulcherrimam Campaniae oram descivisse; nec plus e toto terrarum orbe reliquum Vitellio quam quod inter Tarracinam Narniamque iaceat. satis gloriae proelio Cremonensi partum et exitio Cremonae nimium invidiae. ne concupiscerent Romam capere potius quam servare. maiora illis praemia et multo maximum decus, si incolumitatem senatui populoque Romano sine sanguine quaesissent. his ac talibus mitigati animi. (61) nec multo post legiones venire. et terrore famaue aucti exercitus Vitellianae cohortes nutabant, nullo in bellum adhortante, multis ad transitionem, qui suas centurias turmasque tradere, donum victori et sibi in posterum gratiam, certabant. per eos cognitum est Interamnam proximis campis praesidio quadringentorum equitum teneri. missus extemplo Varus cum expedita manu paucos repugnantium interfecit; plures abiectis armis veniam petivere. qui-

3 respectus uarū (s. del. 1m.) nihil
 6 aquilas (corr. 1m.) 7 late 11 antonius (notam del. 1m.)
 14 perfici b: profici (a consiliis — proficisci dett.) misen[se]
 16 plio cremonēsi (notam del. 1m.) 17 nec 18 maior 21 nutabant
 det.: nuntiabant 23 posterū (erū in rasura 1m.) grā

fratri, praefecto urbi: 1, 46; 2, 55. 63. 99. — necessitudinum] matris, uxoris, liberum.

60. Carsulas] Umbriae oppidum, inter Tuder ac Spoletium, non longe a Mevania et Narnia, ubi hodie vicus Casigliano. — aquilae signaque] cf. c. 52. — florentissimis — municipiis] ut erant Tuder, Spoletium, Mevania, Urbinum. — praedae] scil. potius. cf. Ann. 1, 58: pacem quam bellum probabam. Claudianus in Eutrop. 2, 205: concessoque cupit vicinisse colonus Quam dominus rapto.

Dräger Synt. § 181, b. — ambiguas, si deliberarent] cf. 2, 77 in Muciani oratione acute dictum: nam qui deliberant, desciverunt.

61. donum cet.] eadem accusativi constructione, qua significatur consilium, quod quis exsequi destinarit, ut 1, 44: munimentum ad praesens, in posterum ultionem. 4, 18: hortamenta victoriae vel pulsus pudorem. — Interamnam] (Terni) ad sinistram Iatus viae Flaminiae, ab hac tamen aliquantum distantem. 2, 64. — Varus] Arrius, dux Flavianus. c. 52.

dam in castra refugi cuncta formidine implebant, augendo rumoribus virtutem copiasque hostium, quo amissi praesidii dedecus lenirent. nec ulla apud Vitellianos flagitii poena et praemiis defectorum versa fides ac reliquum perfidiae certamen. crebra transfugia tribunorum centurionumque; nam gregarius miles induruerat pro Vitellio, donec Priscus et Alfenus desertis castris ad Vitellium regressi pudore proditionis cunctos exolverent.

(62) Isdem diebus Fabius Valens Urbini in custodia interficitur. caput eius Vitellianis cohortibus ostentatum, ne quam ultra spem foverent, nam pervasisse in Germanias Valentem et veteres illic novosque exercitus ciere credebant. visa caede in desperationem versi. et Flavianus exercitus immane quantum aucto animo exitium Valentis ut finem belli accepit. natus erat Valens Anagniae, equestri familia. procax moribus neque absurdus ingenio famam urbanitatis per lasciviam petere. ludicro Iuvenalium sub Nerone velut ex necessitate, mox sponte mimos actitavit, scite magis quam probe. legatus legionis et fovit Verginium et infamavit. Fontem Capitonem corruptum, seu quia corrumpere nequiverat, interfecit. Galbae proditor, Vitellio fidus et aliorum perfidia inlustratus.

(63) Abrupta undique spe Vitellianus miles transurus in partes, id quoque non sine decore, sed sub signis vexillisque in subiectos Narniae campos descendere. Flavianus exercitus ut ad proelium intentus

1 augendorum orib; (corr. 1m.) 3 pena versa Freinsheim: ūba 8 ostentatur (corr. 1m.) 10 post versi addit versus Meiser (cf. 1, 85 animum voltumque conversis 2, 29 versi in laetitiam) 11 aucto animo Haase: animo (animo auctus Acidalius) 13 peteret (corr. 1m.) Iuvenalium Lipsius: Iuvenū 20 plū

— induruerat] »obstinatum fidem servabat Vitellio.« Le simple soldat s'opiniâtraît pour Vitellius. LOUANDRE, cf. Plinius ep. I 12, 10: destinasse Corellium mori nec — precibus flecti —: tam obstinate magis ac magis induruisse. — donec — exolverent] »Cum cuncti iam viderent Priscum et Alfenum desertis castris de Vitellii causa desperantes ad hunc regressos esse, ipsi quoque desciscere ab eo non iam dubitarunt.« cfr. Ann. 6, 44: donec Tiridates cum paucis in Syriam reiectus pudore proditionis omnes exolvit.

62. Fabius Valens] ad Stoechadas insulas captus, cfr. c. 43. — Urbini] Umbriae erat oppidum, etiam hodie Urbino. — immane quantum] 4, 34 immane quantum suis pavoris et hostibus alacritatis indidit. Horat. C. 1, 27, 5: Vno et lucernis Medus acinaces Immane quantum discrepat cf. Dräger Synt. § 154.

— aucto animo] 2, 4 Titus aucto animo ad patrem pertractus. — Anagniae] Latii est oppidum, hodie Anagni. — neque absurdus ingenio] Sall. Cat. 25: ingenium eius (Semproniac) haud absurdum. — ludicro Iuvenalium] Ann. 16, 21 Iuvenalium ludicro 14, 15 instituit ludos Iuvenalium vocabulo 15, 33 Iuvenalibus ludis. — probe] honeste; etenim propterea a melioribus contemnebatur. — infamavit] ut opinor, crimina in Verginium Rufum iaciens, probum et sanctum hunc virum imperium affectasse, a qua cupiditate prorsus abhorrebat. cfr. Plin. Epp. 6, 10: Hic situs est Rufus, pulso qui Vindice quondam Imperium adseruit non sibi, sed patriae. — Fontem Capitonem] de quo 1, 7 et 58. — corruptum] »in proditionem«, quae vv. ipsa Beroaldus hic praeter solitum temerarius factus ultro inculcavit. 63. sine decore] quod in eo reponerent, ut

ornatusque densis circa viam ordinibus adstiterat. accepti in medium Vitelliani et circumdatos Primus Antonius clementer adloquitur. pars Narniae, pars Interamnae subsistere iussi. relictæ simul e victricibus legiones, neque quiescentibus graves et adversus contumaciam validæ. non omisere per eos dies Primus ac Varus crebris nuntiis salutem et pecuniam et secreta Campaniæ offerre Vitellio, si positis armis seque ac liberos suos Vespasiano permisisset. in eundem modum et Mucianus composuit epistulas; quibus plerumque fidere Vitellius ac de numero servorum, electione litorum loqui. tanta torpedo invaserat animum, ut, si principem eum fuisse ceteri non meminissent, ipse oblivisceretur. (64) at primores civitatis Flavium Sabinum præfectum urbis secretis sermonibus incitabant, victoriae famaëque partem capesseret. esse illi proprium militem cohortium urbanarum, nec defuturas vigilum cohortes, servitia ipsorum, fortunam partium, et omnia prona victoribus. ne Antonio Varoque de gloria concederet. paucas Vitellio cohortes et maestis undique nuntiis trepidas; populi mobilem animum et, si ducem se præbuisset, easdem illas adulationes pro Vespasiano fore. ipsum Vitellium ne prosperis quidem parem: adeo ruentibus debilitatum. gratiam patrati belli penes eum, qui urbem occupasset. id Sabino convenire, ut imperium fratri reserva-

1 ornatusq; cum apice et in margine armatus 1m. adsisterat 3 substitere
7 eplam cum lin. in 1 11 sauniū (corr. 1m.) 15 mestis 18 pynes 19 reseruari
(corr. 1m.) reseraret Jacob

signis armisque non abiectis in partes Flavianas transirent. — *ornatusque*] instructus omni apparatu militari. — *viam*] Flaminiam, ad quam sita erat Narnia. — *secreta Campaniæ*] recessum solitarium in Campania, ut 1, 10: *secretum Asiae*. — *seque ac liberos*] Ann. 4, 3 *seque ac maiores* cf. Dräger Synt. § 123, 3. — *litorum*] c. 66 *beatos Campaniæ sinus* vocat. — *torpedo*] quæ in eo maxime cernebatur, quod vitam a Vespasiano sibi concessum iri sperabat. — *oblivisceretur*] accuratius dicere debet *oblitus fuerit*, ut 1, 26 *ut* — *rapturi fuerint*, ni — *tinuissent*.

64. *propriam militem*] nam præfectus urbis urbanis cohortibus præerat. — *vigilum cohortes*] quas principe Augusto institutas Dio scribit 55, 26. idque refert in a. u. 759. idem Paullus tradidit libro proprio De officio præfecti vigilum, ut videt in Pandectis 1, 15. LIPS. Præter gladios hi hamis et dolabris instructi

erant. ibid. Dio 55, 26: καὶ εἰσὶ καὶ νῦν οἱ νεκροφύλακες οὗτοι ἰδίῳ τινα τρόπον οὐκ ἐκ τῶν ἀπέλευστέρων ἐστὶ μόνον ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν ἄλλων στρατευόμενοι καὶ τελεῖν τε ἐν τῇ πόλει ἔχουσι καὶ μισθὸν ἐκ τοῦ δημοσίου φέρουσιν. vide nunc Kellermann vigilum Romanorum latercula duo Caelimontana. Roma 1835. 4. — *servitia ipsorum*] eorum, qui ita exhortantur Sabinum. — *et omnia prona victoribus*] Agr. 33 *omniaque prona victoribus*. Sall. Jug. 114, 2 *alia omnia virtuti suæ prona esse*. — *paucas*] tres. c. 78. — *ruentibus*] ruentia, ut *prospera*, substantivi loco fungitur; cf. Ann. 5, 10 *lactus præsentibus*. Dräger Synt. § 7, 3. Nepperdey ad Ann. 3, 18 *recentium seu veterum*. — *patrati belli*] *patrare bella* dictio Sallustiana: cf. Quintil. [8, 3, 44. — *reservaret*] Iacobi *reseraret* reiiciendum est: nam *reservaverat* Vespasiano imperium Antonius victoria Cremonensi, Sabinum partum

ret; id Vespasiano, ut ceteri post Sabinum haberentur. (65) haudquam erecto animo eas voces accipiebat, invalidus senecta. erant qui occultis suspicionibus incesserent, tanquam invidia et æmulatione fortunam fratris moraretur. namque Flavius Sabinus ætate prior privatis utriusque rebus auctoritate pecuniaque Vespasianum anteibat et credebatur adfectam eius fidem prave iuisse domo agrisque pignori acceptis; unde, quamquam manente in speciem concordia, offensarum operata metuebantur. melior interpretatio mitem virum abhorrere a sanguine et caedibus eoque crebris cum Vitellio sermonibus de pace ponendis per conditionem armis agitare. saepe domi congressi, postremo in aede Apollinis, ut fama fuit, pepigere. verba vocesque duos testes habebant, Cluvium Rufum et Silium Italicum. voltus procul visentibus notabantur, Vitellii proiectus et degener, Sabinus non insultans et miseranti propior. (66) quod si tam facile suorum mentes flexisset Vitellius quam ipse cesserat, incruentam urbem Vespasiani exercitus intrasset. ceterum ut quisque Vitellio fidus, ita pacem et condiciones abnuebant, discrimen ac dedecus ostentantes et fidem in libidine victoris. nec tantam Vespasiano superbiam, ut privatum Vitellium pateretur; ne victos quidem laturos: ita

1 sauniū (corr. 1m.) 2 Turbato ordine M post v. senecta interponit seu ferebatur lecticula (c. 67) cet. usque ad vv. in Capitolium accivit (c. 69), unde redit ad hunc locum erant qui. *Luxata reposuit Puteolanus*. senecta. seu] senecta: sed Haase 3 Invidiæ 4 Namque 6 prave iuisse Döderlein: pluisse | (prae iuisse Heinsius, parce iuisse Halm) 8 Interpretatio 9 ponensisq; condiciones Agricola 13 sauin; (corr. 1m.) Sabini Acidalius pro] prior 15 uespa] ni 17 fidem] vitam Meiser 18 superbiam] socordiam Meiser lauros

imperium tueri et fratri occupata urbe reservare decebat. — *post Sabinum haberentur*] Livius 2, 56, 2 *post publicam causam privato dolore habito*.

65. *invalidus senecta*] item 1, 19. Ann. 3, 43. 13, 6. Liv. 6, 8, 2 *senecta invalidum*. — *invidia et æmulatione*] item 2, 21. — *privatis utriusque rebus*] item 5, 1. — *Vespasianum anteibat*] cf. c. 75 *quod inter omnis constiterit, ante principatum Vespasiani decus domus penes Sabinum erat*. — *prave iuisse*] sic Döderlein corruptam Mediceæ scripturam *præiuisse* recte emendavit; nam Sabinus, cum domum agrosque fratris pignus acciperet, iuisse credebatur non fraterno amore, sed pravo suæ utilitatis studio, non ut frater, sed ut fenerator. bene Ed. Wolff exemplum liberalis animi ex vita Attici affert: Corn. Nep. Att. 9, 5 *ille se interposuit pecuniamque sine faenore sineque ulla stipulatione credidit, maximum existi-*

mans quaestum memorem gratumque cognoscit simulque aperire se non fortunæ, sed hominibus solere esse amicum. de re cf. Suet. Vesp. 4: *Africam integerrime — administravit — rediit certe nihilo opulenter, ut qui prope labefacta iam fide omnia prædia fratri obligavit necessarioque ad mangonicos quaestus; sustinendæ dignitatis causa descenderit*. — *in aede Apollinis*] Palatini. — *pepigere*] Suet. Vit. 15: *Ubique aut superatus aut proditus salutem sibi et milies sestertium a Flavio Sabino Vespasiani fratre pepiguit*. — *verba vocesque*] 1, 18 *verba ac voces*. frequens iunctura: cf. Wölfflin Die allitterierenden Verbindungen der lat. Sprache p. 88 et 93. — *Cluvium Rufum*] de quo 1, 8, 2, 58. 65. — *Silium Italicum*] poetam belli Punicæ secundi, de quo Plinius Ep. 3, 7, 3 *in Vitelli amicitia sapienter se et comiter gesserat*.

66. *superbiam*] si scriptura Mediceæ recte se habet, v. *superbia* bono sensu accipiendum est,

periculum ex misericordia. ipsum sane senem et prosperis adversisque satiatum: sed quod nomen, quem statum filio eius Germanico fore? nunc pecuniam et familiam et beatos Campaniae sinus promitti: sed ubi imperium Vespasianus invaserit, non ipsi, non amicis eius, non denique exercitibus securitatem nisi extincto aemulatore redituram. Fabium illis Valentem captivum et casibus dubiis reservatum praegravem fuisse: nedum Primus ac Fuscus et specimen partium Mucianus ullam in Vitellium nisi occidendi licentiam habeant. non a Caesare Pompeium, non ab Augusto Antonium incolumes relictos, nisi forte Vespasianus altiores spiritus gerat, Vitelli cliens, cum Vitellius collega Claudio foret. quin, ut censuram patris, ut tres consulatus, ut tot egregiae domus honores deceret, desperatione saltem in audaciam accingeretur. perstare militem,

1 mīa sanē senē 3 promittis. et 5 extincto ex e tato corr. 1m. aemulatore redituram dett.: emulatore dituram | (aemulo redituram *Rhenanus*, aemulatu redituram *Lipsius*) 6 captivum et casibus dubiis dett.: captiū et captis dieb; 9 altiore sp̄s 11 ut res (et tres *Acidalius*) totę gregię 12 deceret dett.: degeret audacia

ut infra nisi forte Vespasianus altiores spiritus gerat. cf. Horatius C. 3, 30, 14 *sume superbiam quaesitam meritis*. — ex misericordia] »ac si Vespasianus adversario parcere vellet, fore, ut ipsi Vitelliani misericordia instigati a tam indigna condicione per mortem eum liberare cuperent, vel ipsi eum occidentes vel etiam novas turbas excitantes, quibus Vespasianus ad eum necandum etiam invitatus adigeretur.« Haec videtur vera interpretatio loci obscurioris ideo, quia primo ad spectu ambigas, utrum significetur Vespasiani, an Vitellianorum misericordia. verum de his intellige. cf. c. 84 quo maturius ludibrio eximeret. — filio eius Germanico] 2, 59 *mox universum exercitum occurrere infanti iubet; perlatumque et paludamento opertum sinu retinens Germanicum appellavit cunctisque cunctis fortunae principalis insignibus*. Honorificum hoc nomen consulto Vitellii amici in eius memoriam revocant. — aemulatore] v. aemulator pro aemulus usus est etiam Cicero ad Atticum 2, 1, 8 *Catonem et eius aemulatore*. — casibus dubiis reservatum] »ut pro rerum eventu diiudicaretur, utrum eum occidere, an eius vitae parcere magis conducere; iam vero eum nimio fuisse oneri neque ullam utilitatem ab eius vita speratam, quocirca e medio sublatum esse.« — reservatum] in custodia, ut per eum, si res male caderent, veniam a Vitellio impetrare possent. — nedum Primus]

»lis non dabitur servandi Vitellii potestas, sed tantum occidendi.« HUETUS. — specimen] ex quo potissimum coniecturam quis facere queat de tota Flavianarum partium indole. *Musterbild*. »Le personnage le plus marquant, le coryphée, et comme on dirait en style moderne, la principale notabilité du parti.« BURNOUF. — altiores spiritus] generosiorum animus; in bonam partem, cum alibi in deteriorum dicatur. »Non est credibile Vespasianum, qui olim Vitelliae domus cliens fuerit, iam nobiliore celsioreque animo fore, quam Caesar et Augustus fuerint, passurumque vivere aemulum, cum illi passi non sint.« ERN. Ceterum constat nec Caesarem neque Augustum iussisse occidi adversarios, quibus tamen causa mortis erant, unde ita rem exaggerare poterat Vitellii consiliiarii. — Vitelli cliens] cliens Vitelli dixit quasi Vitelliorum seu Vitelli domus. nam de L. Vitellio patre intellegit, bis collega Claudii in consulatu (Suet. Vit. 2: *mox cum Claudio principe duos insuper ordinarios consulatus censuramque gessit*). PICHENA. — collega Claudio] a. u. 796 (p. Chr. 43) et 800 (p. Chr. 47). — tres consulatus] L. Vitellius pater consul a. 787, 796, 800., censor a. u. 800—804 (p. Chr. 47—51) cf. *Nipperdey* ad Ann. 11, 13 *munia censoria*. — desperatione saltem] »si non forti ac generoso consilio.«

superesse studia populi. denique nihil atrocius eventurum quam in quod sponte ruant. moriendum victis, moriendum deditis: id solum referre, novissimum spiritum per ludibrium et contumelias effundant an per virtutem. (67) surdae ad fortia consilia Vitellio aures. obruebatur animus miseratione curaque, ne pertinacibus armis minus placabilem victorem relinqueret coniugi ac liberis. erat illi et fessa aetate parens; quae tamen paucis ante diebus opportuna morte excidium domus praevent, nihil principatu filii adsecuta nisi luctum et bonam famam. xv. kalendas Ianuarias audita defectione legionis cohortiumque, quae se Narniae dediderant, pullo amictu Palatio degreditur, maesta circum familia. [seu] ferebatur lecticula parvulus filius, velut in funebrem pompam. voces populi blandae et intempestivae; miles minaci silentio. (68) nec quisquam adeo rerum humanarum inmemor, quem non commoveret illa facies, Romanum principem et generis humani paulo ante dominum, relicta fortunae suae sede, per populum, per urbem exire de imperio. nihil tale viderant, nihil audierant. repentina vis dictatorem Caesarem oppresserat, occultae Gaium insidiae; nox et ignotum rus fugam Neronis absconderant; Piso et Galba tanquam in acie cecidere. in sua contione Vitellius, inter suos milites, prospectantibus etiam feminis, pauca et praesenti maestitiae congruentia locutus, cedere se pacis et rei publicae causa — retinerent tantum memoriam sui fratremque et coniugem et innoxiam

1 nichil 2 ruat *Nipperdey* 3 sp̄m 4 aures obruebatur. 6 clugis 7 [ante] *Ioh. Müller* 8 nichil filia kl cum lū. in l 9 Iañ legiones cohortiū | queq; 10 famia | (post famia spatium quattuor fere litterarum vacuum, dein sequitur novo versu misso per neglecta cf. ad c. 65) seu] simul *Futeolanus*, post eum (= p'eū) *Meiser* 11 funebres pompā] 14 ro|nū (ma add 2m.) 17 occulte 19 milites (in fine paginae) milites mestitię 21 suā (corr. 1m.)

67. pertinacibus armis] »si pertinaciter bellum continuaturus esset.« RUPERTI. — ante — praeventū] de hoc pleonasmō cf. dial. 18 si illud ante praedixerō. *Drüger* Synt. § 241. — opportuna morte] Atque hinc suspicio, de qua Suet. Vit. 14: *Suspectus et in morte matris (Sextiliae) fuit, quasi aegrae praebere cibum prohibuisset, vaticinante Cattha muliere, cui velut oraculo adquiescebat, ita demum firmiter ac diutissime imperaturum, si superstes parenti extitisset. — nisi luctum] 2, 64: domus suae tantum adversa sensit. — XV. Kal. Ian.] 18 d. mensis Decembris. cf. Suet. Vit. 15. Dio 65, 16. — legionis] c. 55 secuta e classicis legio. — seu ferebatur] pro seu scribendum videtur post eum: cf. Livius 27, 37, 11 *ordo talis fuit: — boves — albae duae**

— ductae. post eas duo signa — portabantur. Curtius 8, 14, 10 *post eos posuerat peditem*. Tibullus 1, 10, 23 *atque aliquis voti compos liba ipse ferebat | postque comes purum filia parva favum*. — lecticula] Cornel. Nepos Att. 22 *elatus est in lecticula, ut ipse praescripserat, sine ulla pompa funeris*. Livius 24, 42, 5 *Scipio lecticula in aciem inlatus*. Cic. de div. 1, 26, 55 *lecticula in curiam esse delatum*.

68. rerum humanarum] cf. Sophocles Aias 131 *ὡς ἡμέρα κλίνει τε κἀνάγει πάλιν ἅπαντα τὰνδρώπεα*. — occultae Gaium insidiae] cf. Suetonius Caligula c. 56 sqq. — ignotum rus] suburbanum Phaontis liberti. Suet. Ner. 48. — Piso et Galba] Galbae necem narrat 1, 41, Pisonis 1, 43. — in sua contione] quam

liberorum aetatem miserarentur —, simul filium protendens, modo singulis modo universis commendans, postremo fletu praepediente adsistenti consuli (Caecilius Simplex erat) exsolutum a latere pugionem, velut ius necis vitaeque civium, reddebat. aspernante consule, reclamantibus qui in contione adstiterant, ut in aede Concordiae positurus insignia imperii domumque fratris petiturus discessit. maior hic clamor obsistentium penatibus privatis, in Palatium vocantium. interclusum aliud iter idque solum, quo in sacram viam pergeret, patebat. tum consilii inops in Palatium redit. praevenerat rumor eiurari ab eo imperium scripseratque Flavius Sabinus cohortium tribunis, ut militem cohiberent. (69) igitur tanquam omnis res publica in Vespasiani sinum cecidisset, primores senatus et plerique equestris ordinis omnisque miles urbanus et vigiles domum Flavii Sabini complevere. illuc de studiis vulgi et minis Germanicarum cohortium adfertur. longius iam progressus erat quam ut regredi posset; et suo quisque metu, ne disiectos eoque minus validos Vitelliani consecrarentur, cunctantem in arma impellebant. sed, quod in eiusmodi rebus accidit, consilium ab omnibus datum est, periculum pauci sumpsere. circa lacum Fundani descendentes, qui Sabinum combatantur, armatis occurrunt promptissimi Vitellianorum. modicum ibi

6 hinc Haase 7 Int̄ clausum 8 quod sacra 9 rediit det. iurari
11 vespasianis cecidisset b: cecidisset (cessisset alii) primo^s res (s. super o del. 1m.)
18 paucis (s. del. 1m.) 19 armati Kraffert

iure suo ut imperator habebat. — *commendans, postremo fletu praepediente*] nemo, ne ipse quidem Tacitus, ante Rupertium animadvertit hunc esse hexametrum! cf. Drüger Synt. § 255, Nipperdey ad Ann. 1, 1. — *Caecilius Simplex*] de quo cf. 2, 60. — *pugionem*] Suet. Vit. 15: *Solutum a latere pugionem consuli primum, deinde illo recusante magistratibus ac mox senatoribus singulis porrigens, nullo recipiente, quasi in aede Concordiae positurus abscessit. Sed quibusdam adclamantibus ipsum esse Concordiam, rediit nec solum retinere se ferrum affirmavit, verum etiam Concordiae recipere cognomen. — in aede Concordiae*] in qua senatus haberi solebat, ad clivi Capitolini radicem. DUEBN. — *domumque fratris*] foro imminentem vicinamque aedi Concordiae. cf. c. 70. BROT. — *hic*] ante ipsam fratris domum maiorem illum clamorem plurimum adcursum sublatum esse et ex his quae proxime sequantur et ex c. 70 apparet. IOH. MÜLLER. — *obsisten-*

tium penatibus privatis] ante aedes privatas fratris et introitum prohibentium. RUP. — *interclusum aliud*] sensus est: omnes viae erant interclusae, quae alio quam in Palatium ferrent. ERN. — *in sacram viam*] per quam a foro in Palatium ibatur. DUEBN. eius incolae *sacra vienses. — cohortium*] urbanarum et vigillum, cf. c. 69 *miles urbanus et vigiles.*

69. *in Vespasiani sinum cecidisset*] cf. Seneca Suasor. 7, 1: *quo tempore non quidem stabat res publica sed in boni principis sinum ceciderat. — de studiis vulgi*] c. 67. extr. — *Germanicarum cohortium*] Vitellio etiam tunc faventium. cf. c. 78 *adversus tris cohortes. Germanicae praetoriae cohortes* h. l. nominantur, quod Germanico milite maximam partem compositae erant; v. 2, 93 et 94. RITTER. — *lacum Fundani*] ad montem Quirinalem; superest eius memoria in titulo suspecto Grut. 598, 5: *vidit Lipsius.* Inserr. m. Lat. N. 567: *L. CORNELIO L. F. SVLLAE.*

proelium inprovisio tumultu, sed prosperum Vitellianis fuit. Sabinus re trepida, quod tutissimum e praesentibus, arcem Capitolii insedit mixto milite et quibusdam senatorum equitumque; quorum nomina tradere haud promptum est, quoniam victore Vespasiano multi id meritum erga partes simulavere. subierunt obsidium etiam feminae, inter quas maxime insignis Verulana Gratilla, neque liberos neque propinquos sed bellum secuta. Vitellianus miles socordi custodia clausos circumdedit; eoque concubia nocte suos liberos Sabinus et Domitianum fratris filium in Capitolium accivit, misso per neglecta ad Flavianos duces nuntio, qui circumsideri ipsos et, ni subveniretur, artas res nuntiaret. noctem adeo quietam egit, ut digredi sine noxa potuerit: quippe miles Vitellii adversus pericula ferox, laboribus et vigiliis parum intentus erat, et hibernus imber repente fusus oculos auresque impediabat. (70) luce prima Sabinus, antequam in vicem hostilia coeptarent, Cornelium Martialem e primipilaribus ad Vitellium misit cum mandatis et questu, quod pacta turbarentur. simulationem prorsus et imaginem deponendi imperii fuisse ad decipiendos tot illustres viros. cur enim e rostris fratris domum imminentem foro et inritandis hominum oculis quam Aventinum et penates uxoris petisset? ita privato et omnem principatus speciem vitanti convenisse.

1 plio (corr. 1m.) Inprouisū (corr. 1m.) 2 quoq; (corr. 1m.) 3 aut tradere
haud 5 subier̄ maximē 6 Gratilla Ernesti: gratilia bello (corr. 1m.) 8 domitian; (corr. 1m.) 9 post acciuit spatium octo decemve litterarum vacuum: proximo versus sequitur erant qui cf. ad c. 65 10 ipsos et ni Pichena: ipso se Ini (ipsum ni b) artes (corr. 1m.) (et artas b) 12 Inber 14 ceptarent 15 questu (questum Madvig)
16 simulatione 19 cētūisse

FELICI DIOTATORI. VICVS. LACI (sic). FUNDANI. Romae. — *arcem Capitolii*] Sic et alibi Tacitus, ut mox c. 71. Livius et Cicero semper distincte *arcem et Capitolium* dicunt. Livius ter 5, 39. 40. nam arx et Capitolium in eodem erant monte: unde Dionysius Halic. 10, 14. p. 674 *arcem* vocat προσηγή τῷ Καπιτωλίῳ et spatium inter utrumque interiectum auctore eodem, loco mox ad c. 71 proferendo, duoque colles, non arx pars Capitolii aut in Capitolio; nisi quod mons ille subinde *mons Capitolinus* vocatur, cuius sane pars fuit arx. vide etiam Ryckium de Capitol. c. 5. ERN. *Capitolium* appellatum esse verticem montis occidentalem, constat vel ex Livio 35, 21. v. Preller in Philologo I. p. 70. — *mixto milite*] hoc dicit, mixtos fuisse milites, senatores et equites quosdam, alios quoque cives, Flavianarum partium fautores; neutiquam vero mixtos fuisse militem

urbanum et vigiles (cap. initio), quod memorare nihil attinebat. ac similiter 2, 14: *ut pars classicorum mixtis paganis in colles — exurgeret. — Gratilla*] cf. Plinius epp. 3, 11, 3 *relegatis Maurico Gratilla* 5, 1, 8 *et erant quidam in illis, quibus obici et Gratillae amicitia et Rustici posset. — concubia nocte*] Ann. 1, 39 *nocte concubia*. Livius 25, 9, 8 *conc. n. — in Capitolium*] ut ibi tutiores essent. sine causa haec vv. »a glossographo« profecta esse opinabatur Lipsius. — *neglecta*] partes a custodibus non inessas. DUEBN. — *digredi*] elabi obsessoris et confugere ad exercitum Flavianum; Ernestii *degredi* hic necessarium non est.

70. *imminentem foro et inritandis hominum oculis*] h. e. imminentem foro et inritaturam hominum oculos vel inritandis hominum oculis aptam pro vulgari: foro propinquam et conspicuam. — *quam Aventinum*] de omisso potius

contra Vitellium in Palatium, in ipsam imperii arcem regressum; inde armatum agmen emissum; stratam innocentium caedibus celeberrimam urbis partem; ne Capitolio quidem abstineri. togatum nempe se et unum e senatoribus: dum inter Vespasianum ac Vitellium proeliis legionum, 5 captivitatibus urbium, deditionibus cohortium iudicatur, iam Hispaniis Germaniisque et Britannia descendentibus, fratrem Vespasiani mansisse in fide, donec ultro ad condiciones vocaretur. pacem et concordiam victis utilia, victoribus tantum pulchra esse. si conventionis paeniteat, non se, quem perfidia deceperit, ferro peteret, non filium Vespasiani vix puberem: 10 quantum occisis uno sene et uno iuvene profici? iret obviam legionibus et de summa rerum illic certaret: cetera secundum eventum proelii cessa- sura. trepidus ad haec Vitellius pauca purgandi sui causa respondit, culpam in militem conferens, cuius nimius ardor: inparem esse modestiam suam. et monuit Martialem, ut per secretam aedium partem occulte 15 abiret, ne a militibus internuntius invisae pacis interficeretur. ipse ne- que iubendi neque vetandi potens non iam imperator, sed tantum belli causa erat. (71) vixdum regresso in Capitolium Martiale furens miles aderat, nullo duce, sibi quisque auctor. cito agmine forum et imminen- tia foro templa praetervecti erigunt aciem per adversum collem usque 20 ad primas Capitolinae arcis fores. erant antiquitus porticus in latere clivi, dextrae subeuntibus; in quarum tectum egressi saxis tegulisque

2 cedib; 4 plis 5 captivitatibus; 6 germanisq; (Gallisque Riter; fortasse
Galliis Germanisque Nipperdey) britannia 8/9 seque | perfidia 11 cetera plii
13 nimius ardor. Inparē (nimio ardori inparem Puteolanus) 14 secretā mediū (corr. 1m.)
15 a om. 16 luendi 19 colle 20 antiquitus (pr. a eras.)

cf. Dräger Synt. § 181, b. — *captivitatibus urbium*] cf. Ann. 16, 16 *in cladibus exercituum aut captivitate urbium*. — *iudicatur*] verbum simplex pro composito hac in re magis solito *diudicatur*. Vellei. 2, 3: *discordiae civium — ferro diudicatae*. de modo indicativo in oratione obliqua cf. c. 38 *dum — fovet*, 5, 17 *dum — impediant*. Dräger Synt. § 168. — *Germanisque*] cf. 4, 13 et 31. — *donec — ad condiciones vocaretur*] cf. c. 65. — *non se — ferro peteret*] negatio non recte ponitur, quia oppositio latet non se, sed legiones. cf. Nipperdey ad Ann. 1, 11 *non ad unum omnia deferrent*. Dräger Synt. § 28, c. — *cetera secundum eventum proelii cessura*] cf. 1, 11 *inermes provinciae atque ipsa in primis Italia, cuiusque servitio exposita, in pretium belli cessurae erant*. 70 *Noricos in certa victoriae praemia cessuros*. — *cuius nimius ardor*] scil.

esset. cf. 4, 39 *dimissa — legione septima, cuius flagrantissimus in Antonium amor*. Puteo- lanus scripsit *cuius nimio ardori inparem esse modestiam suam* contra auctoritatem Medicei et contra legem grammaticam, quae *cuius nimio ardori inpar esset modestia sua* flagitat. — *per secretam aedium partem*] pro vulgari: *per posticam*. — *ipse — non iam imperator*] cf. c. 63 *tanta torpedo invaserat animum, ut, si principem eum fuisse ceteri non meminissent, ipse oblivisceretur*. — *belli causa erat*] cf. 4, 1 *Interfecto Vitellio bellum magis desiderat quam pax coeperat*.

71. *erigunt aciem*] in arduum ducunt, ut Agr. 18: *erexit aciem*. — *porticus*] per quas in Capitolium ascendebant, qui pedibus ibant. Livius 41, 27 *porticum ab aede Saturni in Capitolium ad senaculum*. — *clivi*] Capitolini, quo aditu equis curribusve (Plin. 8, 42, 161)

Vitellianos obruebant. neque illis manus nisi gladiis armatae; et arces- sere tormenta aut missilia tela longum videbatur. faces in prominentem porticum iecere et sequebantur ignem ambustasque Capitolii fores pe- netrassent, ni Sabinus revolsas undique statuas, decora maiorum, in ipso aditu vice muri obiecisset. tum diversos Capitolii aditus invadunt, iuxta 5 lucum asyli et qua Tarpeia rupes centum gradibus aditur. inprovisa utraque vis; propior atque acrior per asyllum ingruerat. nec sisti pote- rant scandentes per coniuncta aedificia, quae, ut in multa pace, in altum edita solum Capitolii aequabant. hic ambigitur, ignem tectis obpugnatores iniecerint an obsessi, quae crebrior fama, *flamma* nitentes ac progressos 10 depulerint. inde lapsus ignis in porticus adpositas aedibus; mox sustinen- tes fastigium aquilae vetere ligno traxerunt flammam alueruntque. sic

8 que 9 nonū equabant 10 famā flamma add. Meiser (ita Al. Ruperti; quo — depellerent alii; dum — depellunt Heraeus) 11 lab; (corr. 1m.) adposita sedib; 12 utere flāmā

vehentes utebantur, *Fahrstrasse*; huic opponun- tur mox *centum illi gradus*, per quos alius aditus praebatur. cf. Preller *Zur Ge- schichte und Topographie des Römischen Capito- lols*, Philologus I. p. 99. idem p. 87 ultro fatetur in tota huius proelii Capitolini descrip- tione, locis tantopere immutatis, complura nobis nunc obscura atque ambigua manere. — *prominentem*] *ad primas Capitolinae arcis fores*, ut paullo ante dicit. ibi autem sub- sellia lignea fuisse, quae tunc incensa sunt, ut olim in Caesaris funere, consentaneum est. incendi autem poterant porticum tecta tra- bibus contignata et exedrae in porticibus col- locatae. (Vitruv. 5, 11.) — *lucum asyli*] Liv. 1, 8, 5: (*Romulus*) *locum, qui nunc saeptus descenditibus inter duos lucos est, asyllum aperit*. Dionys. Hal. 2, 15: τὸ μεταξύ χωρίον τοῦ τε Καπιτωλλοῦ καὶ τῆς ἄκρας, ὃ καλεῖται νῦν κατὰ τὴν Ῥωμαίων διάλεκτον μεθόριον δυεῖν δρυμῶν. Preller l. l. p. 99: Den aditus iuxta lucum asyli *hat Becker wohl mit Recht nicht für den Steig, der zum Asyle hinauf- führte, gelten lassen wollen, sondern für einen Zugang zum Capitele von der Seite her, wo das Asyl lag, also vom Capitolsplatze (area Capitolina) her erklärt*. — *et qua Tarpeia rupes*] tertius hic aditus. Quae rupes erat in parte opposita ei quae per Forum adibatur. DUEBN. *»Ausser dem Fahrwege gab es noch andere Zugänge zum Capitolium. Der eine,*

ein Stufenweg, führte unmittelbar vom Thale empor und zwar an der Südostseite des Berges, wo sich der neuerdings blossgelegte tarpejische Felsen befand (gegenüber der Kirche della Consolazione), ein steiler Abhang, von dem Meineidige, Hochverräther und andere Schuldige herabgestürzt wurden. Dieser Weg hiess die Centum gradus. Otto Richter, *Topographie von Rom* § 37 p. 812. — *coniuncta aedificia*] Capitolio, quorum etiamnunc supersunt parietinae nonnullae et excavationes ad cel- larum formam in ipsam rupem actae. Preller l. l. p. 101. — *flamma — depulerunt*] post *fama* voc. *flamma* intercidit, quod sensu flagitante addidi. vocc. *ignis* et *flamma* pro- miscue utitur, ut subinde dicit *traxerunt flammam*. Curtius 6, 6, 30 *tunc undique ignis iniectus cuncta comprehendit. flammam in ora hostium ventus ferebat*. — *obpugnatores — an obsessi*] cf. c. 75. extr. — *aedibus*] Dionys. Halic. 4, 61: ἐν δ' αὐτῷ (τῷ ναφῷ) τρεῖς ἔνευσι σηκοὶ παράλληλοι κοινὰς ἔχοντες πλευ- ράς. μέσος μὲν ὁ τοῦ Διός, παρ' ἑκάτερον δὲ τὸ μέρος ὃ τε τῆς Ἥρας καὶ ὁ τῆς Ἀθηνᾶς ὑφ' ἐνός ἀετοῦ κλ. μᾶς στέγης καλυπτόμε- νοι. Hinc num. pluralis de uno templo Capi- tolino, ut de eodem 4, 53: *altitudo aedibus adiecta*. — *aquilae*] sunt traves, quae in formam triangularem redactae efficiebant fastigium templi (ἀέτωμα) et propter simili- tudinem aquilae pennas extendentis vocaban-

Capitolium clausis foribus indefensum et indireptum conflagravit. (72) id facinus post conditam urbem luctuosissimum foedissimumque rei publicae populi Romani accidit, nullo externo hoste, propitiis, si per mores nostros liceret, deis, sedem Iovis Optimi Maximi auspicato a maioribus pignus imperii conditam, quam non Porsenna dedita urbe neque Galli capta temerare potuissent, furore principum excindi. arserat et ante Capitolium civili bello, sed fraude privata: nunc palam obsessum, palam incensum, quibus armorum causis, quo tantae cladis pretio? [stetit] pro patria bellavimus? voverat Tarquinius Priscus rex bello Sabino ieceratque fundamenta spe magis futurae magnitudinis quam quo modicae adhuc populi

2 foedissimūq; rei. p. 4 optimū 8 p̄tio. Stetit. pro | stetit om. det. (quo tanta clades pretio stetit? *Pichena*, quod — pretium fuit? *Nipperdey*, quo — pretio? scilicet *Acidalius*) sedit *Fr. Walter*, stetit, dum *Haase*, stetit nimio, ni *Meiser* 10 quan

tur ἀετοί. DUEBN. Bekk. Anecd. p. 843: ἡ γὰρ ἐπὶ τοῖς προπυλαίοις κατασκευὴ αἰετοῦ μιμῆται σχῆμα ἀποτετακότος τὰ πτερά. Prima harum aquilarum mentio est apud Pindarum Olymp. 13, 20 in Corinthiorum laude: Τίς γὰρ ἱππεῖσις ἐν ἔντεσσιν μέτρα, Ἡ θεῶν ναοῖσιν οἰωνῶν βασιλέα δίδυμον Ἐπέτηξ; ἐν δὲ Μοῖσ' ἀδύπνοος κτλ., ubi vide Boeckhium, Boettiger *Amalthea* I. p. 73, quo iudice intelligendae aquilae duae et magnae e ligno dolatae aurataeque, *fastigium sustinentes*, alis ferentes. Welcker *Mus. Rhen.* II. p. 482. cf. Anthony Rich, *Illustriertes Wörterbuch der römischen Alterthümer* sub voce *aquila*.

72. id facinus — luctuosissimum] cf. Statius *Silvae* 5, 8, 195 *subitam civilis Erinys Tarpeio de monte facem Phlegraeaeque movit Praedia sacrilegis lucent Capitolia taedis Et Senonum furias Latiae sumpsere cohortes*. Incendere Capitolium? ut facinus pessimum in proverbium cesserat cf. Plutarch. *Tib. Gracchus* 20, 3 τὴ οὖν, εἰ σε Τιβέριος ἐκέλευσεν ἐμπρῆσαι τὸ Καπιτώλιον; Cic. *Laelius* 37 in *Capitolium faces ferre*. Epictet. *diss.* 1, 7, 32 μὴ γὰρ τὸ Καπιτώλιον ἐνέπρησα; — *rei publicae populi Romani*] integra formula exstat apud Livium 22, 10: *res publica populi Romani Quiritium*. cf. ibi *Drakenb.* et *Gronovii Obs.* 4, 14. ERN. — *si per mores nostros liceret*] cf. *Horatius* *carm.* 1, 3, 38 *neque per nostrum patimur scelus iracunda Iovem ponere fulmina*. — *pignus imperii*] cf. 4, 54 *nilhil aequae quam incendium Capitolii, ut finem imperio adesse*

credere, impulerat. Livius 1, 55 *Capitolium vocat arcem imperii caputque rerum*. Ambrosch *Studien* I. p. 225: *Eine Thatsache ist es, dass das Capitol das Heiligthum des römischen Staates, nicht bloss der Stadt Rom war*. — *Porsenna*] *simplici n* Horatius *Epod.* 16, 4: *Minacis aut Etrusca Porsenae manus*, itemque Silius 8, 389. 478. 10, 483. contra Vergilius *Aen.* 8, 646 *Porsenna iubebat*. — *dedita urbe*] Tacito convenit cum Plinio 34, 139: *In foedere, quod expulsis regibus populo Romano dedit Porsina, nominatim comprehensum invenimus, ne ferro nisi in agri cultu uteretur*. cf. Niebuhr *Römische Geschichte*. ed. IV. vol. I. p. 575. aliter sane Livius. — *excindē*] infinitivus epexegeticus cf. *Dräger* *Synt.* § 146. — *civili bello*] Sullano a. u. 671, auctoribus ignotis. Appian. *B. C.* 1, 83. Cic. *Catil.* 3, 4. — *stetit*] nisi hoc vocabulum delendum est, locus corruptus ita restitui posse videtur, ut scribatur: *stetit nimio, ni pro patria bellavimus*. cf. c. 53 *maiore damno, plurium urbium excidiis veteres civium discordias rei publicae stetitisse*. 2, 47 *hanc virtutem vestram ultra periculis obicere nimis grande vitae meae pretium puto*. Florus 2, 12, 12 *Catilina longe a suis inter hostium cadavera repertus est, pulcherrima morte, si pro patria sic concidisset*. — *pro patria bellavimus?*] ad totum h. l. applicari possunt vv. Velleii 2, 66, quibus similem digressionem rhetoricam adversus M. Antonium veluti excusat: *cogit enim excedere propositi formam operis erumpens animo ac pectore indignatio*. — *voverat*

Romani res sufficerent. mox Servius Tullius sociorum studio, dein Tarquinius Superbus capta Suessa Pometia hostium spoliis extruxere. sed gloria operis libertati reservata: pulsus regibus Horatius Pulvillus iterum consul dedicavit ea magnificentia, quam immensae postea populi Romani opes ornarent potius quam auferent. isdem rursus vestigiis situm est, 5 postquam interiecto quadringentorum quindecim annorum spatio L. Scipione C. Norbano consulibus flagraverat. curam victor Sulla suscepit neque tamen dedicavit: hoc solum felicitati eius negatum. Lutatii Catuli nomen inter tanta Caesarum opera usque ad Vitellium mansit. ea tunc aedes cremabatur. (73) sed plus pavoris obsessis quam obsessores 10 intulit. quippe Vitellianus miles neque astu neque constantia inter dubia indigebat: ex diverso trepidi milites, dux segnis et velut captus animi

3 gla (cum lineola in l) in fine columnae patris operis Ritter pulvillus 4 consule (corr. 2m.) 6 quindecim] viginti quinque Lipsius 7 Norbano consulibus] norbanacos | 9 tanta b: ta (tot Pichena) 10 cremabatur (corr. 1m.)

Tarquinius Priscus] vide Liv. 1, 38. — *Servius Tullius*] Sed hic secundum ceteros Historicos Dianae templum in Aventino extruxit: de opera Capitolio impensa nulla usquam mentio. DUEBN. at minime credibile est, quod opinabatur *Sachse Rom* I. p. 278, a Tacito confusum esse Capitolium cum Dianae templo in Aventino monte, verum hic quoque certos auctores nunc deperditos secutus videtur, ut alibi, ubi res antiquiores tangit, sic, si non exstaret fatalis, ut ita dicam, ille Plinii de Porsenna locus, Taciti vv. *dedita urbe* fortasse pro mero errore haberentur. (De templo Dianae Communis a Servio Tulio extructo locus praecipuus est Dionys. Halic. 4, 26.) — *Suessa Pometia*] Volsecorum capite. Liv. 1, 53. — *gloria operis*] scil. Capitolii extructi, quod ex voc. *extruzere* intellegitur. — *Horatius Pulvillus iterum consul*] a. u. c. 247. consentit cum Tacito Dionysius Antiq. Rom. 5, 35. Livius autem Horatium primum consulem anno primo post reges exactos dedicantem Capitolium producit 2, 8, item Polybius 3, 22. RITTER. — *quadringentorum quindecim*] immo CCCCXXV. secundum Fastos, scil. ab a. 247-671. — *curam victor Sulla*] Plin. 36, 45: *Athenis templum Iovis Olympii, ex quo Sulla Capitolinis aedibus adcoerant columnas*. — *hoc solum felicitati*] Plinius 7, 138: *Hoc tamen nempe felicitati suae defuisse confessus est, quod Capitolium non dedicavisset*.

Felicitis cognomen ascivit Sulla occiso Mario iuvene. Vellei. 2, 27. — *Lutatii Catuli nomen*] fallit nos ergo aut falsus ipse Dio 43, 14 haec tradens: *Τὸ τε ὄνομα αὐτοῦ (Caesaris) ἐπὶ τὸ Καπιτώλιον ἀντὶ τοῦ Κατούλου, ὡς καὶ τὸν νεῶν, ἐφ' οὗ τῇ ἐκποίησει εὐδύνειν ἐκείνον ἐπεχείρησεν, ἐκτελέσαντος, ἀνεγγραφῆναι ἐκέλευσαν*. quod ex hoc loco omnino non potest. LIPS. RYCKIUS putat nomen Catuli ita erasum et inscriptum Caesaris nomen, ut tamen Catuli nomen adhuc appareret, cuius rei exempla plura in marmoribus antiquis reperiantur. quod mihi non satisfacit. vereor, ne decretum illud ad effectum non venerit, atque sic placebat Iac. Gronovio. verba Taciti nimis certa et clara sunt deque re tali, quae obscura esse non poterat. ERN. Dio quidem testatur hoc quoque decretum cum aliis nonnullis receptum esse a Caesare, alia repudiata. cf. etiam Interpretem ad Dionis 37, 44. Plutarch *Poplic.* 15 τὸν δὲ δεῦτερον (ναὸν) ἀνέστησε μὲν Σύλλα, ἐπεγράφη δὲ τῇ καθιερωσεί Κατούλος Σύλλα προκατοθανόντος. Plinius n. h. 19, 23 *Postea in theatris extenta (vela) umbram fecere, quod primus omnium invenit Q. Catulus, cum Capitolium dedicaret*. 33, 57 *cum variae sua aetas de Catulo existimaverit, quod tegulas aereas Capitolii iuaurasset*. Catulus autem templum Iovis Capitolini dedicavit a. u. 685, mortuo Sulla a. 676. — *inter tanta Caesarum opera*] Augustus

non lingua, non auribus competere; neque alienis consiliis regi neque sua expedire; huc illuc clamoribus hostium circumagi; quae iusserat, vetare, quae vetuerat, iubere. mox, quod in perditis rebus accidit, omnes praecipere, nemo exequi. postremo abiectis armis fugam et fallendi artes circumspectabant. inrumpunt Vitelliani et cuncta sanguine ferro flammisque miscent. pauci militarium virorum, inter quos maxime insignes Cornelius Martialis, Aemilius Pacensis, Casperius Niger, Didius Scaeva, pugnam ausi obruncantur. Flavium Sabinum inermem neque fugam coeptantem circumsistunt et Quintium Atticum consulem umbra honoris et suamet vanitate monstratum, quod edicta in populum pro Vespasiano magna, probrosa adversus Vitellium iecerat. ceteri per varios casus elapsi, quidam servili habitu, alii fide clientium contacti et inter sarcinas abditii. fuere qui excepto Vitellianorum signo, quo inter se noscebantur, ultro rogantes respondentesve audaciam pro latebra haberent. (74) Domitianus prima inruptione apud aedituum occultatus sollertia liberti lineo amictu turbae sacrificarum inmixtus ignoratusque apud Cornelium Pri-

3 Iuere 5 sanguine (n. *superscr.* 1m.) [sanguine] L. Spengel 5/6 flammis;
6 Insignis 8/9 ceptantē 10 suā et 12 fidē (notam del. 1m.) con|tecti (pro-
tecti *Nipperdey*) 13 [quo inter se noscebantur] *Nipperdey*

in Monum. Ancyr. 4, 9 (cap. 20): *Capitolium et Pompeium theatrum utrumque opus impensa grandi refeci sine ulla inscriptione nominis mei.*

73. non lingua, non auribus competere] Salustiana sunt verba, quibus utitur etiam Ann. 3, 46. servavit illa Nonius 4, 110 ex Hist. 1, 88: *Sic vero quasi formidine attonitus neque animo neque auribus aut lingua competere. — quae iusserat vetare, quae vetuerat iubere] ἀντιμεταβολή, ut c. 33. PRAMMER. — ferro flammisque] Ann. 1, 51 ferro flammisque pervastat. Cic. Catil. 2, 1 ferro flammaque minantem. Livius 1, 29, 2 omnia ferro flammisque miscet. cf. Wölfflin: Die allitterierenden Verbindungen der lateinischen Sprache p. 55. — Cornelius Martialis] de quo c. 70. — Aemilius Pacensis] de quo 1, 20. 87. 2, 12. — consulem] mensium Novembris et Decembris; collega eius, Caecilius Simplex, Vitellio favebat. c. 68. DUEBN. de consulatibus huius anni cf. 1, 77. 2, 60. Ios. Klein: Fasti consulares p. 42. — pro Vespasiano magnifica] c. 9 pro Vespasiano magnifice — in Vitellium ut inimici. Sallust. Ing. 84, 1 magnifica pro se. — iecerat] sparserat; non enim palam et publice proposuit. DUEBN. — signo,*

quo inter se noscebantur] h. e. tessera. cf. c. 22 crebris interrogationibus notum pugnae signum. Ann. 13, 2 signumque militiae petenti tribuno dedit Optimae matris. — audaciam pro latebra] Sall. Cat. 58, 17: *audacia pro muro habetur.*

74. lineo amictu] Suet. Dom. 1: *Isiaci celatus habitu*, qui lineus erat, unde Ovid. Met. 1, 747 illos appellat *linigeram turbam* et Iuven. 6, 533: *gregem linigerum*. cf. Böttiger *Sabina* II. p. 162. (Domitiani fugam sic narrat Philostratus V. A. 5, 30. p. 97. ed. Kayser: *ἐμβεβήκει δὲ ἄρα κατὰ τὴν Πρώμην Δομητιανὸν μὲν τὸν Οὐσαπασιανὸν παῖδα παρατετάχθαι πρὸς τὸν Βιτέλλιον ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς τοῦ πατρὸς, πολιορκίας δ' αὐτὸν περισχούσης ἐν τῷ Καπιτωλίῳ τὸν μὲν διαπεφυγέναι τοὺς πολιορκούντας, τὸν νεῶν δ' ἐμπεπρῆσθαι. ceterum cf. Dio 65, 17: Δομητιανὸς δὲ καὶ Σαβίνος ὁ τοῦ Σαβίνου παῖς ἐν τῷ πρώτῳ Σορῶβυ διαφυγόντες ἐκ τοῦ Καπιτωλίου καὶ ἐς οἰκίαν τινας κατακρυφθέντες ἐλελήθεσαν. hunc Sabinum minorem, patrualem suum, postea occidit Domitianus. Suet. Dom. 10.) — sacrificarum] pro hoc v. Suetonius Dom. 1, ubi singulatum*

num paternum clientem iuxta Velabrum delituit. ac potiente rerum patre disiecto aeditui contubernio modicum sacellum Iovi Conservatori aramque posuit casus suos in marmore expressam; mox imperium adeptus Iovi Custodi templum ingens seque in sinu dei sacravit. Sabinus et Atticus onerati catenis et ad Vitellium ducti nequaquam infesto sermone voltu- que excipiuntur, frementibus qui ius caedis et praemia navatae operae petebant. clamore a proximis orto sordida pars plebis supplicium Sabini exposcit, minas adulationesque miscet. stantem pro gradibus Palatii Vitellium et preces parantem pervicere, ut absisteret. tum confossum conlaceratumque et absciso capite truncum corpus Sabini in Gemonias trahunt. (75) hic exitus viri haud sane spernendi. quinque et triginta stipendia in re publica fecerat, domi militiaeque clarus. innocentiam iustitiamque eius non argueres; sermonis nimius erat: id unum septem annis, quibus Moesiam, duodecim, quibus praefecturam urbis obtinuit, calumniatus est rumor.

6 e|nouatē (litt. e supra lineola notata) enavatae alii 7 a om. (e Baüer)
9 p̄ces parentē | (a superscr. 2m.) c̄fossūs (s del 1m.) 9/10 conlaceratūq; (laceratum-
que *Nipperdey*) 12 re. p. 14 duodecim] septem vel totidem *Borghesi* (octo vel
novem *Ritter*)

narrat, quomodo evaserit Domitianus, hocce vocat *sacrificulos vanae superstitionis*, id est *Isiacos* Inscr. m. Lat. 2306. — *Velabrum*] vicium iuxta Palatinum montem. — *contubernio*] habitatiuncula aeditui, qui sane ἐσρόδουλος erat. cf. 1, 43: *Piso in aedem Vestae pervasit exceptusque misericordia publici servi et contubernio eius abditus* cet. — *Iovi Conservatori*] utrumque ἐπίθετον coniungitur Inscr. m. Lat. N. 1228: *IOVI OPT. MAX. CVSTODI. CONSERVATORI.* »Inde in aversa plurimorum Domitiani nummorum parte Iuppiter stat dextra fulmen, sinistra hastam tenens cum inscriptione *IOVI. CONSERVATORI. S. C.; sacellum araque* fuere in Capitolio inter Capitolini et Custodis Iovis templa.« BROT. alii eius nummi inscripti *IVP. PITER. CONSERVATOR. et IVP. PITER. CVSTOS.* Akerman I. p. 201 et 204. — *casus suos — expressam*] Oratio audacter ad Graecam normam conformata, pro »expressos habentem«, τὰς τύχας αὐτοῦ ἐγκεχαραγμένην, ut a Valerio Flacco Argon. 1, 491: *Casusque tuos expressa, Phalere, Arma geris.* DUEBN. ceterum cogita de marmore anaglypho. — *in sinu dei*] sedentis, qui minorem Domitiani effigiem suo in gremio stantem dextra tenebat. — *ad Vitellium ducti*] idem tradit Dio 65, 17, sed Sabinum incendio perisse Victor Caes. 8. et Eutrop. 7, 18. — *conlaceratum-*

que] ἀπαξ λεγόμενον. — *absciso capite truncum*] Curtius 7. 2, 32 *capite deciso truncum. — in Gemonias trahunt*] Ann. 3, 14 *effigiesque Pisonis traecerant in Gemonias ac divellebant.* Plinius 8, 145 *abiecti in gradibus gemitorii.* »Eine nicht mehr nachweisbare, von dem höher gelegenen Carcer nach der Strasse herabführende Treppe hiess *sacellum Gemoniae*. Sie wird in der Kaiserzeit öfters als der Platz bezeichnet, auf den die Leichen der Hingerichteten geworfen wurden.« Otto Richter: Topographie von Rom § 26, 4 (p. 788) et § 37 (p. 812).

75. stipendia in re publica] »Verba in re publica mihi suspecta. Quorum enim et quo exemplo adduntur, praesertim in brevitate tanto amatore? nisi forte transpositio facta est a librariis Tacitique manus sic dedit: *XXXV stipendia fecerat: in re publica domi cet.*« ERN. Broterius rectius censet *in re publica* opponi civilibus bellis. WALTHER. — *sermonis nimius*] est non tam »loquax« quam »rerum a se gestarum iactator«. — *duodecim*] »Hier liegt sicher ein Fehler vor, mit Rücksicht auf Tac Ann. 14, 42. 43. *Borghesi* III. 327 liest für duodecim besser totidem. Ich werde darüber handeln, wenn ich die Liste der Stadtpräfekten untersuche.« W. Liebenam: Forschungen zur Verwaltungsgeschichte des römischen Kaiserreiches I. p. 268. — *calum-*

in fine vitae alii segnem, multi moderatum et civium sanguinis parcum credere. quod inter omnis constiterit, ante principatum Vespasiani decus domus penes Sabinum erat. caedem eius laetam fuisse Muciano accepimus. ferebant plerique etiam paci consultum dirempta aemulatione inter duos, quorum alter se fratrem imperatoris, alter consortem imperii cogitaret. sed Vitellius consulis supplicium poscenti populo restitit, placatus ac velut vicem reddens, quod interrogantibus, quis Capitolium incendisset, se reum Atticus obtulerat eaque confessione, sive aptum temporis mendacium fuit, invidiam crimenque agnovisse et a partibus Vitellii amolitus videbatur.

(76) Isdem diebus L. Vitellius positus apud Feroniam castris excidio Tarracinae imminet, clausis illic gladiatoribus remigibusque, qui non egredi moenia neque periculum in aperto audebant. praerat, ut supra memoravimus, Iulianus gladiatoribus, Apollinaris remigibus, lascivia sociisque gladiatorum magis quam ducum similes. non vigilias agere, non intuta moenium firmare: noctu dieque fluxi et amoena litorum personantes, in ministerium luxus dispersis militibus, de bello tantum inter convivia loquebantur. paucos ante dies discesserat Apinius Tiro donisque ac pecuniis acerbe per municipia conquirendis plus invidiae quam virium partibus addebat. (77) interim ad L. Vitellium servus Verginii Capitonis perfugit pollicitusque, si praesidium acciperet, vacuum arcem traditurum, multa nocte cohortes expeditas summis montium iugis super caput hostium

3 penes 4 direpta 8 sibe (corr. 1m.) 8/9 tēporis (s. del. 1m.) 11 excidio
(ex in ras. 1m.) 12 terracinae 13 pericūlū (sic) 14 pollinaris 16 diuque
Wurm 20 seruū Verginii Puteolanus: ūgilii 21 traditurum b: tradi futurum

niatus est] reprehendit, et quidem ita, ut vitium hoc aliquatenus exaggeraret. ceterum est v. aliquatenus mitius, quam criminatus est; etenim nulla in eo vitio culpa poenā digna erat. — *constitit*] »constitit, ni fallor.« DUEBN. cf. *Dräger* Synt. § 28, b. — *decus domus penes Sabinum erat.*] c. 65 namque *Flavius Sabinus aetate prior privatis utriusque rebus auctoritate pecuniaque Vespasianum antedat.* — *consulis*] *Quintii Attici.* c. 73. — *vicem reddens*] cf. 4, 3 *tanto proclivius est iniuriae quam beneficio vicem exolvere.*

76. *L. Vitellius*] cf. c. 58. — *Feroniam*] *Horat. Sat. 1, 5, 24: Ora manusque tua lavimus, Feronia, Lympha. Milia tum pransi tria repimus atque subimus Inpositum saxi late cendentibus Anaxur* (Tarracinae). *Feronia* erat dea Latii indiges et libertorum libertarum-

que, a quibus ex eius templo pileus libertatis insigne petebatur. eam *Varro libertatem deam dicit.* *Servius ad Verg. Aen. 8, 564.* diverse *Dionys. Halic. 3, 32. p. 505 R.: ἱερὸν — ἄγιον ἐν τοῖς πάντο Σεᾶς Φερωνεῖας ὀνομαζομένης, ἣν οἱ μεταφράζοντες εἰς τὴν Ἑλλάδα γλῶσσαν οἱ μὲν Ἀνδοφόρον, οἱ δὲ Φιλοστέφανον, οἱ δὲ Φερσεφόνην καλοῦσιν.* cf. de *Feronia Roscher: Ausführliches Lexicon der griechischen und römischen Mythologie p. 1477—1481. — ut supra*] c. 57. — *Apinius Tiro*] *Flavianis partibus deditus.* *ibid.*

77. *Verginii Capitonis*] *codices Vergilii,* ut 4, 3. male. *Capito* est Verginiorum cognomen. ERN. — *vacuum*] arcem per se tutam fore neque capi posse ab hostibus opinatus *Iulianus,* eam praesidio munire intermiserat; ita factum, ut ex *summīs montium iugis* facile

sistit. inde miles ad caedem magis quam ad pugnam decurrit. sternunt inermes aut arma capientes et quosdam somno excitos, cum tenebris, pavore, sonitu tubarum, clamore hostili turbantur. pauci gladiatorum resistentes neque inulti cecidere. ceteri ad naves ruebant, ubi cuncta pari formidine implicabantur, permixtis paganis, quos nullo discrimine Vitelliani trucidabant. sex Liburnicae inter primum tumultum evasere, in quis praefectus classis Apollinaris; reliquae in litore captae aut nimio ruentium onere pressas mare hausit. Iulianus ad L. Vitellium perductus et verberibus foedatus in ore eius iugulatur. fuere qui uxorem L. Vitellii Triariam incesserent, tanquam gladio militari cincta inter luctum cladesque expugnatae Tarracinae superbe saeveque egisset. ipse lauream gestae prospere rei ad fratrem misit, percunctatus statim regredi se an, perdomandae Campaniae insistere iuberet. quod salutare non modo partibus Vespasiani sed rei publicae fuit. nam si recens victoria miles et super insitam pervicaciam secundis ferox Romam contendisset, haud parva mole certatum nec sine exitio urbis foret. quippe L. Vitellio quamvis infami inerat industria; nec virtutibus, ut boni, sed quo modo pessimus quisque, vitiis valebat.

(78) Dum haec in partibus Vitellii geruntur, digressus Narnia Vespasiani exercitus festos Saturni dies Oriculi per otium agitabat. causa tam pravae morae, ut Mucianum opperirentur. nec defuere qui Antonium suspicionibus arguerent tanquam dolo cunctantem post secretas Vitellii epistulas, quibus consulatum et nubilem filiam et dotales opes pretium proditionis offerebat. alii ficta haec et in gratiam Muciani composita. quidam omnium id ducum consilium fuisse, ostentare potius urbi bellum quam inferre, quando validissimae cohortes a Vitellio descivissent, et

6 liburnicae 7 praefectus reliquas capte. ut 8 fortasse irruentium Nip-
perdey 9 foedatus 10 incesserent b: incesserant cincta 11 traciniae (super t. scr.
a 1m.) seneg; 12/13 perdomandā (corr. 1m.) 15 parū (notam del. 1m.)
17 bonis (s. del. 1m.) modo delet Eussner 19 hec 20 festo 21 prae
23 eplā cum lin. in litt. 1 ptiū 24 gra 26 validissime

ab illis occupari potuerit. — *verberibus foedatus*] *Verg. Aen. 11, 86: Pectora nunc foedans pugnis nunc unguibus ora. — in ore eius*] *Seneca de Benef. 7, 19, 8: si in ore parentum liberos iugulat;* quod *Verg. Ge. 4, 477: ante ora parentum.* *OBERL. — gladio militari*] cf. *Seneca dial. 6, 26, 2 ad ictum militaris gladii. — lauream*] *litteras laureatas.* sic *Plin. Paneg. 8: adlata erat ex Pannonia laurea.* *Plin. H. N. 15, 133: (Laurus) Romani prae-*

cipue laetitia victoriarumque nuntia additur litteris et militum lanceis pilisque. — quod salutare] *intervallum illud temporis, quo fratris responsum expectavit.*

78. *Narnia*] cf. c. 58 et 63. — *festos Saturni dies*] *XVI. Kal. Ian. (d. 17. m. Decembr.) — Oriculi*] *Umbriae oppidum prope confluentes Naris et Tiberis, hodie Otricoli.* cfr. *Inscr. m. Lat. 3857 de thermis hiemalibus Oriculanis. — alii ficta haec*] scil. dice-

abscisis omnibus praesidiis cessurus imperio videbatur: sed cuncta festinatione, deinde ignavia Sabini corrupta, qui sumptis temere armis munitissimam Capitolii arcem et ne magnis quidem exercitibus expugnabilem adversus tris cohortes tueri nequivisset. haud facile quis uni adsignaverit 5 culpam, quae omnium fuit. nam et Mucianus ambiguis epistulis victores morabatur, et Antonius praepostero obsequio, vel dum regerit invidiam, crimen meruit; ceterique duces dum peractum bellum putant, finem eius insignivere. ne Petilius quidem Cerialis, cum mille equitibus praemissus, ut transversis itineribus per agrum Sabinum Salaria via urbem introiret, 10 satis maturaverat, donec obsessi Capitolii fama cunctos simul exciret. (79) Antonius per Flaminiam ad Saxa rubra multo iam noctis serum auxilium venit. illic interfectum Sabinum, conflagrasse Capitolium, tremere urbem, maesta omnia accepit; plebem quoque et servitia pro Vitellio armari nuntiabatur. et Petilio Ceriali equestre proelium adversum fuerat. 15 namque incautum et tanquam ad victos ruentem Vitelliani, interiectus equiti pedes, exceperet. pugnatum haud procul urbe, inter aedificia hortosque et anfractus viarum; quae gnara Vitellianis, inconperta hostibus metum fecerant. neque omnis eques concors, adiunctis quibusdam, qui nuper apud Narniam dediti fortunam partium speculabantur. capitur 20 praefectus alae Iulius Flavianus; ceteri foeda fuga consternantur, non ultra Fidenas secutis victoribus. (80) eo successu studia populi

5 eplis cum lin. in litt. 1 6 regerit *Pichena*: regeret 13 omnia 14 equestre proeliū (sed *syll.* pro *per compendium*) adūsus (sed *corr.* 1m.) 15 nauq; 18 omēs (i *superscr.* 1m.) 19 apud 20 Iulius *Agricola*: Iulius (Tullius *alī*) ceteri fēda

bant. — *adversus tris cohortes*] »Vitellius XVI cohortes praetorias conscripserat (2, 93.) XIV ad Appenninum obsidendum miserat (supra c. 55), cum quarum VI. fratrem ingruenti per Campaniam bello opposuit (c. 58). ex VIII restantibus una eum ex Appennino Romam redeuntem comitata sit necesse est; alioquin in urbe non fuissent nisi duae; VII igitur Narniae sese dedidere Flavianis (c. 63). FERLET et BURNOUF. — *regerit*] in Mucianum retorquet. est *invidiā* concremati Capitolii. DUBEN. — *finem eius insignivere*] magno flagitio conspicuum reddidere, id quod nonnulla properatione ipsorum vitari poterat. Id. — *Salaria via*] »ita dicta a *salinis* Sabinorum, ad quos ducebat. Id. sed Plinius 31, 89: *ex nomine Salariae viae, quoniam illa salem in Sabinos portari convenerat*. Festus p. 326. ed. Muell.: *Salaria propterea appellabatur, quod impetratum fuerit, ut ea liceret a mari*

in Sabinos salem portari. incipiebat a porta Collina. cf. c. 82. et *G. Castelli*: La via consolare Salaria: Roma — Reate — Asculum — Adriaticum cum carta itineraria del Piceno. Ascoli Piceno 1886.

79. *per Flaminiam*] scil. viam, ut c. 82 *per Salariam*. — *Saxa rubra*] nono miliario ab urbe situm oppidulum, in via Flaminia, nunc *Grotta Rossa*. cf. Cic. Phil. 2, 77. Livius 2, 49, 12. Martialis 4, 64, 15 *Fidenas veteres brevesque Rubras*. — *plebem — nuntiabatur*] eadem constructione, qua A. 2, 69: *maleficia, quis creditur animas numinibus infernis sacrari*. — *foeda fuga consternantur*] exquisitius pro *in foedam fugam consternantur*, quod ipsum substitutum sine causa volebat Ernestius. sane ita Liv. 10, 43, 13: *repente in fugam consternantur*. sed non ideo mutanda Taciti constructio. — *Fidenas*] quinto miliario ab urbe.

aucta; vulgus urbanum arma cepit. paucis scuta militaria; plures raptis, quod cuique obvium, telis signum pugnae exposcunt. agit grates Vitellius et ad tuendam urbem prorumpere iubet. mox vocato senatu deliguntur legati ad exercitus, ut praetexto rei publicae concordiam pacemque suaderent. varia legatorum sors fuit. qui Petilio Ceriali occurrerant, extre- 5 mum discrimen adiere, aspernante milite condiciones pacis. volneratur praetor Arulenus Rusticus: auxit invidiam super violatum legati praetorisque nomen propria dignatio viri. pelluntur comites, occiditur proximus lictor, dimovere turbam ausus: et ni dato a duce praesidio defenso- 10 forent, sacrum etiam inter exterarum gentium legatorum ius ante ipsa patriae moenia civilis rabies usque in exitium temerasset. aequioribus animis accepti sunt, qui ad Antonium venerant, non quia modestior miles, sed duci plus auctoritatis. (81) miscuerat se legatis Musonius Rufus equestris ordinis, studium philosophiae et placita Stoicorum aemulatus; coeptabat- 15 que permixtus manipulis, bona pacis ac belli discrimina disserens, armatos monere. id plerisque ludibrio, pluribus taedio; nec deerant qui propellerent proculcarentque, ni admonitu modestissimi cuiusque et aliis militantibus omisisset intempestivam sapientiam. obviam fuere et virgines Vestales cum epistulis Vitellii ad Antonium scriptis. eximi supremo certamini unum diem postulabat: si moram interiecissent, facilius omnia 20 conventura. virgines cum honore dimissae; Vitellio rescriptum Sabini

1 aucti (*corr.* 1m.) rapti 2 vitelliū 3 vocatis senato (is in o et o in u mut. 1m.) 4 rei. p. 6 ediones (ti *superscr.* 3m.) 7 arulenus 8 pelluntur b: palantur (pulsantur *Th. Kiessling*) 10 inter *deh.*: In 11 equiorib; 14 coeptabatq; 16 taedio 19 eplis cum lin. in litt. 1 suūmo 20 certamine Intlecissecissent oma

80. *vulgus urbanum*] »Hoc est, populi pars tribus non descripta: tribus enim iam ante (c. 58) delectu habito arma ceperant. quod hoc loco *vulgus urbanum*, id alio (1, 4) *plebem sordidam* appellavit eique *populi partem integram*, id est, tribus (vel die potius honestiorem, tribus adscriptam) »opposuit. confirmantur his locis, quae ad c. 58 de tribus exposui. RITTER. — *raptis, quod cuique obvium, telis*] sine causa Heinsius, probante Ernestio: *raptis, quod cuique obvium teli*. — *Arulenus Rusticus*] haud aliunde lucem Plinio sive M. Regulo potius dederis apud Plinium Epp. 1, 5: *Rustici Aruleni periculum foverat, exultaverat morte, adeo ut librum recitaret publicaretque, in quo Rusticum insectatur atque etiam Stoicorum simiam appellat; adicit Vitelliana cicatrice stigmosum. agnoscis eloquentiam Reguli*. hoc

cicatrice Vitellianae convicium est a vulnere, quod Tacito teste accepit. LIRS. De hoc viro eximio vide Ann. 16, 26. Agr. 2. Suet. Dom. 10. — *proximus lictor*] primus lictorum, ceterorum quinque quasi dux, qui proxime ante praetorem ingrediebatur. Cic. Verr. 5, 142. Liv. 24, 44, 10. — *sacrum — legatorum ius*] cf. Ann. 1, 39 *ni aquilifer Calpurnius vim extremam arcuisset, rarum etiam inter hostes, legatus populi Romani Romanis in castris sanguine suo altaria deum commaculavisset*. c. 42 *hostium quoque ius et sacra legationis et fas gentium rupistis*.

81. *Musonius Rufus*] de quo Ann. 14, 59. 15, 71. Hist. 4, 10. 40. Plin. Epp. 3, 11. Wendland: Quaestiones Musonianae. De Musonio Stoico Clementis Alexandrini aliorumque auctore. Berlin, Mayer et Müller, 1886. — *Vestales*] cfr. Suet. Vit. 16. — *dirempta belli*

caede et incendio Capitolii dirempta belli commercia. (82) temptavit tamen Antonius vocatas ad contionem legiones mitigare, ut castris iuxta pontem Mulvium positus postera die urbem ingrederentur. ratio cunctandi, ne asperatus proelio miles non populo, non senatui, ne templis quidem ac delubris deorum consuleret. sed omnem prolationem ut inimicam victoriae suspectabant. simul fulgentia per colles vexilla, quanquam inbellis populus sequeretur, speciem hostilis exercitus fecerant. tripertito agmine pars, ut adstiterat, Flaminia via, pars iuxta ripam Tiberis incessit; tertium agmen per Salariam Collinae portae propinquabat. plebs investis equitibus fusa; miles Vitellianus trinis et ipse praesidiis occurrit. proelia ante urbem multa et varia, sed Flavianis consilio ducum praestantibus saepius prospera. ii tantum conflictati sunt, qui in partem sinistram urbis ad Sallustianos hortos per angusta et lubrica viarum flexerant. superstantes maceris hortorum Vitelliani ad serum usque diem saxis pilisque subeuntes arcebant, donec ab equitibus, qui porta Collina inruperant, circumvenirentur. concurrere et in campo Martio infestae acies. pro Flavianis fortuna et parta totiens victoria: Vitelliani desperatione sola ruebant; et quanquam pulsus, rursus in urbe congregabantur. (83) aderat pugnantibus spectator populus utque in ludicro certamine hos, rursus illos clamore et plausu fovebat. quotiens pars altera inclinasset, abditos in tabernis, aut si quam in domum perfugerant, erui iugularique exostulantes parte maiore praedae potiebantur: nam milite ad sanguinem et caedes obverso spolia in vulgus cedebant. saeva ac deformis urbe tota facies: alibi proelia et volnera, alibi balineae popinaeque; simul cruor et strues corporum, iuxta scorta et scortis similes; quantum in luxurioso otio libidinum, quidquid in acerbissima captivitate scelerum,

1 direpta 3 mului diē (notam del. 1m.) 4 proelio 8 adsisterat 10 praesidiis occurrit. plia 11 prestantib; 12 sepius 15 arcebant in rasura 1m. 16 infestę (pr. notam del. 1m.) 17 fluivianis (sic) 19 ante hos rursus in margine add. modo 2m. (modo delet et post hos virgulam ponit 3m.) 23 a (c superscr. 1m.) 24 iacies (fa superscr. 2m.) alii plia popineq; [simul] Nipperdey 25 cruoret et (super ret scr. r 1m.) 26 aceruissima (corr. 1m.)

[commerciam] commercia bellantium, condiciones pacis bellive agitantium. est Vergilianum illud Aen. 10, 532: *belli commercia Turnus Sustulit ista prior iam tum Pallante perempto.*

82. *iuxta pontem Mulvium*] praeter hunc locum memoratur hic pons 1, 87. 2, 89 et Ann. 13, 47, quo loco Mediceus recte pons *Mulvius* habet. — *trinis praesidiis*] agminibus; sed consulto variavit vocabulum post vv.

tripertito agmine. de *trinis*, pro quo *tribus* expectes, cf. 1, 2 *trina bella civilia* et *Sirker*: Tacit. Formenlehre § 49. — *Sallustianos hortos*] ad portam Collinam, in quibus multa aedificia erant. Canina *Indicazione* p. 124.

83. *hos, rursus illos*] ut c. 22: *his, rursus illis exitiabile.* — *erui* — *exostulantes*] cf. 1, 82 *ostendi sibi Othonem exostulantes.* *Dräger* Synt. § 146. — *scortis similes*] exoleti, *Lust-*

prorsus ut eandem civitatem et furere crederes et lascivire. confixerant et ante armati exercitus in urbe, bis Lucio Sulla, semel Cinna victoribus; nec tunc minus crudelitatis: nunc inhumana securitas et ne minimo quidem temporis voluptates intermissae; velut festis diebus id quoque gaudium accederet, exultabant fruebantur nulla partium cura, malis publicis laeti.

(84) Plurimum molis in obpugnatione castrorum fuit, quae acerrimus quisque ut novissimam spem retinebant. eo intentius victores, praecipuo veterum cohortium studio, cuncta validissimarum urbium excidiis reperta simul admovent, testudinem tormenta aggeres facesque, quidquid tot proeliis laboris ac periculi hausissent, opere illo consummari clamitantes. urbem senatui ac populo Romano, templa dis reddita: proprium esse militis decus in castris; illam patriam, illos penates; ni statim recipiantur, noctem in armis agendam. contra Vitelliani, quanquam numero fatoque dispares, inquietare victoriam, morari pacem, domos arasque cruore foedare suprema victis solacia amplectebantur. multi semianimes super turre et propugnacula moenium expiravere. convolsis portis reliquus globus obtulit se victoribus; et cecidere omnes contrariis volneribus versi in hostem: ea cura etiam morientibus decori exitus fuit. Vitellius

2 et ante Ritter: ante (ante om. d) luciosilla (in margine sylla 2m.) L. Cinna
Ritter 8 precipuo 10 aggerem Ritter 11 periculis (s del. 1m.) consu[m]ari
13 penates 16 foedare suprema

knaben. — *confixerant et ante*] cf. c. 37 *consul uno die et ante fuerat.* c. 72 *arserat et ante Capitolium.* — *bis L. Sulla*] lege de his invasionibus Florus 3, 21. *DUEBN.* — *semel Cinna*] item sine praenomine Cinna nominatur 3, 51 *adversus Cinnam.* Ann. 1, 1 *non Cinnae* — *longa dominatio.* — *minimo* — *temporis*] cf. *Dräger* Synt. § 66, a. — *festis diebus*] Saturni. cf. c. 78. — *id quoque gaudium*] spectandi pugnam quasi ludum gladiatorium. — *exultabant fruebantur*] ut in ludicro certamine. utrumque verbum ita solet usurpari de laetitia et voluptate spectatorum. *Plin. Paneg. 34: Agnoscebamus et fruebamur, cum velut piaculares publicae sollicitudinis victimae* — *ad lenta supplicia gravioreque poenas ducerentur.* *WALTH.* v. *exultabant* refertur ad externos atque omnibus conspicuos gestientium motus; *fruebantur* ad internam et quasi arcanam laetitiam.

84. *castrorum*] Praetoriana intelligi vix attinet monere. *ERN.* — *veterum cohortium*]

praetorianorum exauctoratorum a Vitellio, a Flavianis sub signa revocatorum. — *testudinem*] eius generis, quas *arietarias* vocat *Vitruvius* 10, 19, *Schutzdach*, non *Schilddach*, ut est c. 27 et 28. — *suprema*] haec tamquam suprema, illa scilicet, quae infinitivis exposita sunt. Evidentissime videlicet depingit ultimum ac desperatum Vitellianorum furorem, diceens, ad ultimum sine causa ab iis homines obruncatos horumque cruore domos atque etiam aras foedatas esse, quibus facinoribus cladem suam quasi solati sint. sic *Iuven. 13, 178: corpore trunco Invidiosa dabit minimus solacia sanguis. At vindicta bonum vita iucundius ipsa.* — *contrariis volneribus*] *Sallustius* Cat. 61, 3 *omnes tamen adversis volneribus conciderant.* *Florus* de proelio cum *Pyrrho* rege 1, 13, 17: *omnium vulnere in pectore; quidam hostibus suis morte sua commortui; omnium in manibus ensis, et relictae in voltibus minae et in ipsa morte ira vivebat.* ceterum de hac clade *Dio* 65, 19: ὄσπερ ἐς πέντε μυριάδας ἀνδρῶν

capta urbe per aversam Palatii partem Aventinum in domum uxoris sellula defertur, ut, si diem latebra vitavisset, Tarracinam ad cohortes fratremque perfugeret. dein mobilitate ingenii et, quae natura pavoris est, cum omnia metuenti praesentia maxime displicerent, in Palatium 5 regreditur vastum desertumque, dilapsis etiam infimis servitiorum aut occursum eius declinantibus. terret solitudo et tacentes loci; temptat clausa, inhorrescit vacuis; fessusque misero errore, et pudenda latebra semet occultans ab Iulio Placido tribuno cohortis protrahitur. vinctae pone tergum manus; laniata veste, foedum spectaculum, ducebatur, multis 10 increpantibus, nullo inlacrimante: deformitas exitus misericordiam abstulerat. obvius e Germanicis militibus (Vitellium infesto ictu per iram, vel quo maturius ludibrio eximeret, an tribunum adpetierit, in incerto fuit) aurem tribuni amputavit ac statim confossus est. (85) Vitellium infestis mucronibus coactum modo erigere os et offerre contumeliis, nunc ca- 15 dentes statuas suas, plerumque rostra aut Galbae occisi locum contueri, postremo ad Gemonias, ubi corpus Flavii Sabini iacuerat, propulere. una vox non degeneris animi excepta, cum tribuno insultanti se tamen imperatorem eius fuisse respondit; ac deinde ingestis vulneribus concidit. et volgus eadem pravitate insectabatur interfectum, qua foverat viventem.

1 [Aventinum] Nipperdey 4 presentia 7 latebras (s. del. 1m.) 8 protrahitur (h. superscr. 1m.) 9 poene fēdū 10/11 mīa abstulerant (nt del. et t. superscr. 1m.) 19 prauitātē (notam del. 1m.)

ὄλας ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις φθαρῆσαι. — [Aventinum] de omisa praepositione cf. Dräger Synt. § 38. Sueton. Tit. 15 *Esquilias in hortos Maecenatianos transmigravit. — si diem] dies (lux) opponitur nocturnae fugae, qua Tarracinam petere meditatus erat. — terret solitudo] Verg. Aen. 2, 755: Horror ubique animo, simul ipsa silentia terrent. — temptat clausa] »si forte amici ibi lateant.« DUEBN. — pudenda latebra] Suet. Vit. 16.: mox levi rumore et incerto, tamquam pax impetrata esset, referrī se in Palatium passus est: ubi cum deserta omnia reperisset, dilabentibus et qui simul erant, zona se aureorum plena circumdedit confugitque in cellulam ianitoris, religato pro foribus cane lectoque et calcita obiectis. contra Dio 65, 20: ὁ Οὐιτέλλιος φοβηθεὶς χιτωνίσκων τε βακώδη καὶ ῥυπαρὸν ἐνέδου, καὶ ἐς οἰκημα σκοτεινόν, ἐν ᾧ ἐτρέφοντο κύνες, ἐκρύφθη. — obvius e Germanicis]*

rem ita narrat Dio 65, 21: οἱ στρατιῶται ξιφιδίοις αὐτὸν ὑπὸ τὸ γένειον ὑπεκέντουν, ἕνα καὶ ἄκων ἄνω βλέπτη. ἰδὼν δὲ τοῦτο Κελτός τις οὐκ ἠνεγκεν, ἀλλ' ἐλέησας αὐτόν, »Ἐγὼ σοι«, ἔφη, »βοηθήσω, ὡς μόνως δύναμαι.« καὶ ὁ μὲν ἐκείνόν τε ἔτρωσε καὶ ἑαυτὸν ἔσφαξεν.

85. rostra] eum per forum raperetur, ubi populus eum paulo ante saepiusque audiverat contionantem et insignibus maiestatis decoratum viderat. cf. Dio 65, 20. ibidem imperium eiuraverat. v. c. 68. 70. BROTIER. — Galbae occisi locum] 1, 41 iuxta Curtii lacum. — ad Gemonias] Suet. Vit. 17: tandem apud Gemonias minutissimis ictibus excarnificatus atque confectus est et inde unco tractus in Tiberim. — se tamen imperatorem] Dio 65, 21: ὑπεραλγήσας καὶ οἷς ἔπαθε καὶ οἷς ἤκουεν, »Ἄλλ' ἔγωγε, ἔφη, αὐτοκράτωρ ποτὲ ὑμῶν ἐγενόμην«.

(86) patria illi Luceria. septimum et quinquagesimum aetatis annum explebat, consulatum, sacerdotia, nomen locumque inter primores nulla sua industria, sed cuncta patris claritudine adeptus. principatum ei detulere, qui ipsum non noverant; studia exercitus raro cuiquam bonis artibus quaesita perinde adfuere quam huic per ignaviam. inerat tamen 5 simplicitas ac liberalitas; quae, ni adsit modus, in exitium vertuntur. amicitias dum magnitudine munerum, non constantia morum contineri putat, meruit magis quam habuit. rei publicae haud dubie intererat Vitellium vinci, sed imputare perfidiam non possunt, qui Vitellium Vespasiano prodidere, cum a Galba descivissent. 10

Praecipiti in occasum die ob pavorem magistratuum senatorumque, qui dilapsi ex urbe aut per domos clientium semet occultabant, vocari senatus non potuit. Domitianum, postquam nihil hostile metuebatur, ad duces partium progressum et Caesarem consalutatam miles frequens, 15 utque erat in armis, in paternos penates deduxit.

1 patria illi Luceria Oberlin: patrē illi luceriā (patria illi Nuceria (e Suetonio Vit. 1. 2.) Gruter) etatis 3 prin[patū (sic, om. syllaba ci) 3/4 ei detulere Ihenanus: e]dē tulere 7 magnitudinē (notam del. 1m.) contineri Acidalius: continere 8 rei p. 9 vinci dett.: uicinis 11 praecipit 15 CORNELI taciti Liber XVIII explicit Incipit uicesimus (rubris litteris).

86. Luceria] Apuliae oppidum, hodie Lucera. cf. Wachsmuth de Luceria, Apuliae urbe. Partes III. Lipsiae 1844. 1845. — septimum et quinquagesimum] sic et Suetonius 18. contra Dio 65, 22: ζήσαντα μὲν ἐπὶ τέσσαρα ἔτη καὶ πενήκοντα καὶ ἡμέρας ἑνέα καὶ ὄγδοήκοντα, ἄρξαντα δὲ ἑνιαυτὸν ἡμερῶν δέκα ἀποδέοντα. Occisus autem est d. 20. mensis Decembris a. u. 822, post Chr. 69. Clinton *Fasti Romani* I. p. 56. — patris claritudine] cf. Ann. 6, 32. — meruit] »comparavit pretio largisque donis« — imputare] quasi meritum egregium ac praemio dignum sibi tribuere non poterant. cf. 1, 38. 55. 71. 2, 60. 85. hoc dicit, quod Vitellius de imperio deiectus sit, rei publicae salutare fuisse, sed in eo casu nullam

virtutem et meritum eorum agnoscendum esse, qui Vitellium Vespasiano prodiderint, Alienum Caecinam et socios designando (cf. 2, 100 sq.): hōs enim a Galba principe probo et innocente ad Vitellium longe deteriorem descivisse atque ostendisse sibi melioris imperatoris curam non fuisse. RITTER. 2, 101 *scriptores temporum — curam pacis et amorem reipublicae, corruptas in adulationem causas, tradidere. — praecipiti in occasum die]* Livius 4, 9, 13 *praecipiti iam ad vesperum die.* 10, 42, 1 *praiceps in occasum sol. — ad duces partium]* absconditus primum apud Cornelium Primum paternum clientem (cf. 74.), iam ad Antonium ceterosque progressus.

EXCURSUS AD HIST. III. C. XII.

Classis Cornelium Fuscum cet.] Haec cum antecedentibus non cohaerere nonnullis interpretibus visa sunt; et sane I. Fr. Gronovius Savilii de hoc loco dubitationes non satis luculente refutavit, ut nuper rursus a Walthero novae dubitationes motae sint. Sed optime omnia cohaerent. Cum defectio pararetur, Lucilius Bassus adeo timidus trepidusque egit, ut milites non iniuria ei sive diffidenter sive propter ignaviam succenserent. Itaque pro viro tam ambiguo praefectum sibi illum fecere, qui partibus Flavianis statim ab initio acerrimam facem praetulerat. Cf. 2, 86. Fuscus autem cupide militum in Bassum suspicionem fovit, ut molestum aemulum honesta specie posset amovere. Itaque Bassus honorata custodia Atriam missus est, ubi cum rumor de eius perfidia tempore spatiumque atrocior factus esset, praefectus alae vincendum eum curavit: sed exsoluta sunt vincula a liberto Caesaris, quem rectius de Basso edoctum fuisse suspicari licet. RITTER.

HISTORIARUM

LIBER QUARTUS.

BREVIARIUM LIBRI.

Cap. 1. Interfecto Vitellio milites Flavianii in urbe saeviunt. 2. Domitianus nomen sedemque Caesaris nactus adulteris filium principis agit. L. Vitellius interficitur. 3. Campania composita Vespasiano senatus consulatum cum Tito filio, praeturam Domitiano et consulare imperium decernit. 4. Muciani, Antonii, ceterorum honores. restituenti Capitolii consilium. libertati consulit Helvidius Priscus, cuius 5. vita et mores, 6—8. et cum Eprio Marcello acre iurgium de legatis ad principem mittendis. 9. de impensis publicis dissensio. 10. Masionius Rufus in P. Celerem invehitur. 11. Mucianus urbem ingressus cuncta in se trahit, Calpurnium Galerianum caedi iubet, Asiaticum libertum servili supplicio tollit. 12. Germanicae cladis fama. eius belli causa in Batavis 13. duce Iulio Civile. 14—16. is Batavos Canninefates Frisios excitat, statim dolo, mox aperta vi Romanos superat. 17. victoriae huius fama motae Germaniae auxilia offerunt Civili, qui et Galliarum societatem adfectat. 18. Hordeonii Flacci segnitia. victi Romani in Vetera castra fugiunt. 19. Batavorum et Canninefatium cohortes, iussu Vitellii in urbem pergentes, corruptae Civili iunguntur et 20. Bonnensi proelio Romanorum aciem perfringunt. 21. Civilis consilii ambiguus suos in verba Vespasiani adigit hostilia velans; 22. 23. mox Vetera obsidet frustra. 24. 25. Hordeonius Flaccus seditione conficiat summam rerum Voculae permittit. 26. 27. huic additus Herennius Gallus re male gesta verberatur. nova seditio. 28—30. Civilis immensis auctibus ab universa Germania elatus obsidium Veterum urget, Ubios vexat. varia certamina.

31. Nuntiato Cremonensi proelio auxilia Gallorum a Vitellio desciscunt. suos quoque Hordeonius in Vespasiani verba adigit haesitantes. 32. ad Civilem missus Montanus, ut a bello abstinere iubeat, ab ipso tentatur. 33. 34. cum Vocula configit Civilis vario eventu non sine utriusque ducis culpa. 35. Vocula male utitur victoria. Vetera obsidione liberat. 36. Civilis Geldubam capit. Romani milites Hordeonium necant. Vocula per tenebras evadit. 37. mox a Civile superati Voculam denuo sequuntur, quocum obsidione Mogontiacum liberant. Treveri nunc fidi, mox rebelles.

38. Vespasianus cum Tito consulatum init. falsi pavores in urbe et a L. Pisone. 39. Domitianus praetor. vis penes Mucianum. is Primi Antonii potentiam infringit. 40. restituti Galbae honores. Bareae Sorani Manibus P. Celere damnato satisfactum. 41. alii quoque delatores castigati. 42. in his Aquilium Regulum a Messalla fratre defensum Montanus percellit. 43. 44. idem in Marcellum tentat Helvidius intercedente Caesare abolendam priorum temporum memoriam rato. itaque in paucos modo saevitum.

45. Senenses ob pulsatum senatorem puniti. Antonius Flamma lege repetundarum damnatus. 46. militaris seditio a Muciano repressa. 47. abrogati consulatus quos Vitellius dederat. funus censorium Flavio Sabino ductum. 48—50. L. Pisonis Africae proconsulis caedes. servi eius egregium mendacium. Oeensium Leptitanorumque discordiae compositae. fusi Garamantes. 51. Parthorum auxilia non recipit Vespasianus. 52. hunc iratum Domitiano Titus mitigat. 53. cura restituendi Capitolii in L. Vestinum collata.

54. Audita mors Vitellii duplicaverat bellum per Gallias Germanasque. cum incendio Capitolii finis imperio adesse creditus. 55—58. interfecto Hordeonio conspirant cum Civile et Classico Iulius Tutor et Iulius Sabinus. nutant reliquae Galliae, Romanae quoque legiones tentantur frustra renitente Vocula, quo 59. 60. caeso vinctisque Herennio et Numisio legatis istas pro imperio Galliarum sacramento adigit Civilis, Tutor Agrippinenses, Classicus obsessos ad Vetera. 61. Civilis voti compos erinem deponit. tum et maior auctoritas Velaedae. 62. captarum legionum maestum silensque agmen. ala Picensis necem Voculae vindicat. 63—65. colonia Agrippinensis Transrhenanis gentibus invisa in summum discrimen adducta cum Civile societatem init, Velaedae numen donis placat. 66. Civilis Baetasios, Tungros, Nervios in fidem accipit. 67. fusi Lingones a Sequanis. Iulius Sabinus victus latet. 68. Mucianus cum Domitiano ad bellum accingitur. 69. Remi Gallias in fide Romana conservant exceptis Treveris atque Lingonibus. 70. sed nec iis

nec reliquis civitatibus nec ipsis ducibus satis consilii ac concordiae. Tutor ad Bingham victus. 71. Petilius Cerialis Mogontiacum venit, spes Romanorum erigit. Valentinum ducem magna strage adfectum capit. 72. Treveros intrat, militibus exitium coloniae poscentibus resistit, victas legiones in castra recipit. 73. 74. Treveros et Lingones officii admonet. 75. Civilis et Classicus ad Cerialem litteras mittunt, ad quas ille nihil. 76. Civilis cunctandum, Tutor et Classicus statim pugnandum statuunt. 77. 78. atrox proelium, quo Cerialis initio victus mox victor castra hostium excindit. 79. Agrippinenses a Germanis desciscunt. 80. Mucianus Vitellii filium interficit. Antonius Primus ad Vespasianum profectus non pro spe excipitur. 81. multis miraculis caelestis in Vespasianum favor ostensus. ipse oculorum tabe notum, alium manu aegrum sanitati restituit, 82. confirmatur omine in templo Serapidis, cuius 83. 84. origo Sinopensis, templum Alexandriae magnificum, nomen. 85. Valentinus supplicio adfectus. 86. Domitianus frustra tentato Ceriali, an sibi exercitum imperiumque traditurus foret, litterarum studium et amorem carminum simulat.

Gesta haec partim eodem anno, partim imp. Vespasiano iterum Tito filio coss.

(1) Interfecto Vitellio bellum magis desierat quam pax coeperat. armati per urbem victores inplacabili odio victos consecrabantur. plenae caedibus viae, cruenta fora templaque passim trucidatis, ut quemque fors obtulerat. ac mox augescente licentia scrutari ac protrahere abditos; si quem procerum habitu et iuventa conspexerant, obtruncare nullo militum aut populi discrimine. quae saevitia recentibus odiis sanguine explebatur, dein verterat in avaritiam. nihil usquam secretum aut clausum sinebant Vitellianos occultari simulantes. initium id perfringendarum domuum vel, si resisteretur, causa caedis; nec deerat egentissimus quisque e plebe et pessimi servitorum prodere ultro dites dominos: alii ab amicis monstrabantur. ubique lamenta, conclamationes et fortuna captae urbis, adeo ut Othoniani Vitellianique militis invidiosa antea petulantia desideraretur. duces partium accendendo civili bello acres, temperandae victoriae inpares: quippe inter turbas et discordias pessimo cuique plurima vis, pax et quies bonis artibus indigent. (2) nomen sedemque Caesaris Domitianus acceperat, nondum ad curas intentus,

1 ceperat 3 quenq; 4 fors in margine 2m: sors protrahere sed r post t corr. ex h 1m. 5 conspexerat (n superscr. 1m) obtruncaret (t del. 1m) 6 seuitia 9 domū 10 pessimis (s del. 1m) 11 ubi (q; supra lin. add. itemque in marg. ubiq; 1m) fortuna dett: fortunę (forma Vertranius) 13 accendo 14 inter Wurm: in

1. procerum] Duas notas Germanici militis habebant, proceritatem corporis itemque iuventam. nam Germani plerumque proceri (Germ. c. 20) et milites a flore et robore aevi colligebantur. LIPS. Sic. c. 14. de Batavis: et est plerisque procera pueritia. OBERL. — verterat] Groslotius: vertebat, sed plusquam celeritatem huius mutationis designat. — nec deerat — prodere] ut 1, 36. 3, 58: nec deerat ipse — clicere; item infra c. 11: nec deerat ipse — amplexi. — dites dominos] Bachius distinxit: dites, dominos; »propterea, inquit, »quod ditibus opponitur egentissimus quisque

e plebe, dominis opponuntur pessimi servitorum.« at nimis artificiosa haec distinctio videtur. nam qui dites, iidem domini, et qui domini, iidem dites erant. cf. 2, 56: dites dominos in praedam — destinabant. — alii ab amicis monstrabantur] cf. 1, 2: corrupti in dominos servi, in patronos liberti; et quibus deerat inimicus, per amicos oppressi. — conclamationes] cf. Ann. 3, 2: lacrimis et conclamationibus dolorem testabantur.

2. sedemque Caesaris] Palatium; primum fuerat in paternis Penatibus. 3, 86. — nondum ad curas] iuris dictionem aliave ne-

sed stupris et adulteriis filium principis agebat. praefectura praetorii penes Arrium Varum, summa potentiae in Primo Antonio. is pecuniam familiamque e principis domo quasi Cremonensem praedam rapere: ceteri modestia vel ignobilitate ut in bello obscuri, ita praemiorum expertes. civitas pavida et servitio parata occupari redeuntem Tarracina L. Vitellium cum cohortibus exstinguique reliqua belli postulabat. praemissi Arciam equites; agmen legionum intra Bovillas stetit. nec cunctatus est Vitellius seque et cohortes arbitrio victoris permittere, et miles infelicia arma haud minus ira quam metu abiecit. longus deditorum ordo saeptus armatis per urbem incessit, nemo supplici voltu, sed tristes et truces 10 et adversum plausus ac lasciviam insultantis volgi immobiles. paucos erumpere ausos circumiecti pressere; ceteri in custodiam conditi, nihil quisquam locutus indignum, et quanquam inter adversa, salva virtutis fama. dein Lucius Vitellius interficitur, par vitii fratris, in principatu eius vigilantior nec perinde prosperis socius quam adversis abstractus. 15 (3) isdem diebus Lucilius Bassus cum expedito equite ad componendam Campaniam mittitur, discordibus municipiorum animis magis inter semet quam contumacia adversus principem. viso milite quies et minoribus coloniis inpunitas: Capuae legio hiemandi causa locatur et domus illustres afflictae, cum contra Tarracinenses nulla ope iuvarentur. tanto proclivius est iniuriae quam beneficio vicem exsolvere, quia gratia oneri, ultio in quaestu habetur. solacio fuit servus Verginii Capitonis, quem proditorem Tarracinensium diximus, patibulo adfixus in isdem anulis,

4 ignouillitate 5 tarracinā (notam del. 1m) 6 exstinguique arciam | 7 Intrabo uillas 9 septus 11 adūsū plas; 12 pressere (oppressere Faernus) 14 frīs (fratri Faernus) 16 Iddē (corr. 1m.) 22 Verginii Puteolanus: ūgillii

gotia publica. cf. Agr. 7: iuvene admodum Domitiano et ex paterna fortuna tantum licentiam usurpante. ceterum Ernestius: »Qui attente haec leget, inquit, »animadvertet aliquid esse, quod offendat. constaret oratio, si esset agens pro agebat, aut sed, quod est post intentus, ante nondum.« sed Tacitus vulgaria tenuit, ut ait Horatius. — in bello obscuri] 3, 32: ceteri duces in obscuro: Antonium fortuna fama omnium oculis exposuerat. — occupari] praeveniri. Tarracina sita in LIX. miliario viae Appiae, Aricia in XVI. eiusdem. DUEBN. — Bovillas] oppidum Latii, X. miliario ab urbe. — pressere] simplex pro composito oppressere. cf. Ann. 14, 5. 16, 9: (Silanum) premi a militibus iubet. cf. Verg. Aen. 9, 330: armigerumque Remi premit. —

abstractus] adversa fratris fortuna atque exitio et ipse afflictus in perniciemque abreptus est, ut Ann. 4, 13. ERN. cf. 2, 64: domus suae tantum adversa sensit. 3, 67: nihil principatu filii adsecuta nisi luctum. 4, 52: maxime principibus, quorum prosperis et alii fruuntur, adversa ad iunctissimos pertineant.

3. Lucilius Bassus] olim classis Ravennatis praefectus. 2, 100. 3, 12. — municipiorum animis] cf. 3, 57. — Capuae] urbs haec ita punita est, quia Vitellio fida fuerat. cf. ibid. — Tarracinenses] de quorum meritis erga Flavianas partes v. 3, 76. nihilominus nulla ope adiuti sunt. — gratia oneri] Cicero Planc. § 78: leve enim est onus beneficii gratia. — diximus] 3, 77. — anulis] equitum Romanorum insigni; id factum, quo

quos acceptos a Vitellio gestabat. at Romae senatus cuncta principibus solita Vespasiano decernit, laetus et spei certus, quippe sumpta per Gallias Hispaniasque civilia arma, motis ad bellum Germaniis, mox Illyrico, postquam Aegyptum Iudaeam Syriamque et omnis provincias exercitusque 5 lustraverant, velut expiato terrarum orbe cepisse finem videbantur. addidere alacritatem Vespasiani litterae tanquam manente bello scriptae. ea prima specie forma: ceterum ut princeps loquebatur, civilia de se et rei publicae egregia. nec senatus obsequium deerat: ipsi consulatus cum Tito filio, praetura Domitiano et consulare imperium decernuntur.

3 Germaniis *Halm*: germanis 5 lustraverat (n *superscr.* 1m) 7 ceterū 8 et rei publicae *Iac. Gronovius*: & RP. | (de republica *Muretus*) 9 consulare (notam del. 1m)

contumeliosius etiam eius esset supplicium. — cuncta principibus] locus similis de initiis Othonis 1, 47: *adcurrunt patres; decernitur Othoni tribunicia potestas et nomen Augusti et omnes principum honores.* eadem de Vitellio 2, 55. statim post hoc senatus consultum sancita est lex illa, quae vocatur, de imperio Vespasiani, cuius magna pars in aenea tabula etiam nunc Romae asservatur. cf. Puchta, *Geschichte des Rechts bei dem röm. Volk.* ed. II. p. 376. Multi eam ediderunt, etiam ego in *Inscr. m. Lat. I. p. 567.* inter alia sancitur: *VTIQVE. QVAECVNQVE. EX. VSV. REI. PVBLICAE. MAIESTATE. DIVINARVM. HVMANARVM. PVBLICARVM. PRIVATARVMQUE. RERVM. ESSE. CENSEBIT. EI. AGERE. FACERE. IVS. POTESTASQVE. SIT. ITA. VTI. DIVO. AVG. TIBERIOQVE. IVLIO. CAESARI AVG. TIBERIOQVE. CLAUDIO. CAESARI. AVG. GERMANICO. FVIT.* cf. *CIL.* 6, 930. C. G. Bruns, *Fontes iuris Romani antiqui ed. VI. cura Th. Mommseni et Ottonis Gradenoitz. Freiburg 1893.* p. 192 sqq. de quaestione, utrum lex haec fuerit an SC., v. *Mommsen*, *Staatsrecht* 2³, 876—9. — spei certus] quoniam post victoriam partium Flavianarum nullus iam alius aemulus imperii extimescendus erat. — Gallias cet.] brevissime complectitur praecedentes motus bellicos: in Gallis Vindicis, in Hispaniis Galbae, in Germaniis Vitellii, in Illyrico Antonii Primi, in Aegypto, Iudaea Syriaque Vespasiani ac Muciani. — alacritatem] ob Vespasiani animum civilem, qui in iis manifestabatur. — ea prima specie forma] haec erat forma epistolae primum

et obiter legenti: sed, si accuratius considerabatur, reperiebatur loqui, ut confecto bello et principatum iam adeptus. ERN. ceterum apparet Vespasiano iam notam fuisse cladem Cremonensem, nondum tamen Vitellii interitum: hinc scribit tanquam manente bello simulque certus spei fore, ut aemulus periret. hae litterae autem paullo post Vitellii necem (21. d. m. Decembr.), ante Kal. Ian. a. 823., de quibus tradit demum c. 39, Romam pervenerunt. — civilia] modesta, quasi unus ex civibus esset. — rei publicae egregia] cf. 1, 15: *et mihi egregium erat — et tibi insigne.* Ann. 3, 6 *id et sibi et cunctis egregium.* — nec senatus obsequium deerat] »senatus ad demonstrandum suum erga novum imperatorem obsequium quam maxime promptus erat.« inest levis quaedam ironia significans senatum servitio iam dudum assuetum tunc quoque festinasse honoribus cumulare Vespasianum eiusque filios. — consulare imperium] maxime quia etiam tunc aberant pater et frater maior. Dio 54, 10. de Augusto: τὴν ἐξουσίαν τὴν τῶν ὑπᾶτων διὰ βίου λαβέν: ὥστε καὶ ταῖς δωδεκά βᾶβδοις αἰεὶ καὶ πανταχοῦ χρῆσθαι καὶ ἐν μέσῳ τῶν αἰεὶ ὑπατευόντων ἐπὶ τοῦ ἀρχικοῦ δόξου καθίζεσθαι. (egregie hunc locum illustrat nummus, in quo hinc *IMP. CAESAR. VESPASIANVS. AVG.*, caput laureatum: illinc *T. CAES. AVG. F. COS. D. CAESAR. AVG. F. PR(a)CTOR*); capita adversa Titii et Domitiani. de quo *Eckhel D. N. VI. p. 368.* OBERL.) Suet. Dom. 1: *honore praeturae urbanae consulari potestate suscepto titulo tenuis, nam iuris dictionem (Taciti curas) ad collegam proximum transtulit.*

(4) miserat et Mucianus epistulas ad senatum, quae materiam sermonibus praebuere. si privatus esset, cur publice loqueretur? potuisse eadem paucos post dies loco sententiae dici. ipsa quoque insectatio in Vitellium sera et sine libertate. id vero erga rem publicam superbum, erga principem contumeliosum, quod in manu sua fuisse imperium donatumque 5 Vespasiano iactabat. ceterum invidia in occulto, adulatio in aperto erant: multo cum honore verborum Muciano triumphalia de bello civium data: sed in Sarmatas expeditio fingebatur. adduntur Primo Antonio consularia, Cornelio Fusco et Arrio Varo praetoria insignia. mox deos respexere; restitui Capitolium placuit. eaque omnia Valerius Asiaticus consul 10 designatus censuit: ceteri voltu manaque, pauci, quibus conspicua dignitas aut ingenium adulatione exercitum, compositis orationibus adsentiebantur. ubi ad Helvidium Priscum praetorem designatum ventum, prompsit sententiam ut honorificam in bonum principem * * falsa aberant, et

1 epulas cum lineola in litt. 1 senatus (s del. 1m) 4 rē p. 6 erat (n *superscr.* 1m) 7 civium *Walther*: civiliū (civili det.) 9 respexere *det.*: respere | 13 adeluidiū (h *superscr.* 1m) 14 ut om. b. bonum] novum *Halm* post principem *add.* ita *Agricola*, ita adulationis expertem *Lipsius*, ita pro re publica decoram. adulationum *Heræus*, ita libertate insignem *Meiser*.

4. cur publice loqueretur] idem fere est, quod apud Cic. Epp. 15, 1 et 9 publice scribere; sed tamen aliquid amplius. nam illud etiam, qui non principes essent, fecere, de rebus a se gestis scribentes ad senatum, a quo missi essent. sed Mucianus non, ut magistratus provinciales solebant, de rebus a se gestis scriperat, sed alia ad rem publicam pertinentia litteris complexus erat, quae loco sententiae (idem ac pro sententia Ann. 15, 74) coram dicere cuivis senatori licebat, scribere ad senatum non nisi principes solebant. ERN. — sine libertate] quia iam nullum a Vitellio periculum instabat. — invidia — adulatio — erant] plurali utitur, ut Ann. 2, 53 *avunculus Augustus, avus Antonius erant.* cf. *Nipperdey-Andresen* ad Ann. 2, 42, ubi exempla collecta sunt. — de bello civium] amare dictum: nam non nisi de exteris gentibus devictis triumphari poterat. *Lucan. Phars. 1, 10: Cumque superba foret Babylon spolianda tropaeis Asoniis, umbraque erraret Crassus inulta, Bella geri placuit nullos habitura triumphos.* sic c. 72: *civium bello*, exquisitius aliquanto quam civili. — in Sarmatas] ob Dacorum repulsionem (3, 46) triumphalia ei data fingebantur. etiam infra c. 54 iunguntur

Sarmatae Dacique. — mox deos respexere] non sine amara reprehensione memorat tunc hominibus posthabitos esse deos. *Gellius 14, 7, 9: Varro docet immolare hostiam prius auspiciarique debere, qui senatum habiturus esset, de rebusque divinis prius quam humanis ad senatum referendum esse.* *Livius 5, 50, 1 (Camillus) omnium primum, ut erat diligentissimus religionum cultor, quae ad deos immortalis pertinebant, rettulit.* (8) *His peractis, quae ad deos pertinebant — tum demum — in contionem descendit. — Valerius Asiaticus] gener Vitellii. 1, 59. — voltu] laete annuentes. — manaque] ratio assentiendi in senatu voce aut signo. signo dupliciter, pedibus aut manu. pedum in discessione usus; manus etiam in sessione aut statione, cum ea exporrecta significarent talem sententiam se approbare. Vopiscus in *Aurel. 20: deinde alii manus porrigentibus, alii pedibus in sententias euntibus, plerisque verbo consentientibus conditum est S. C.* *Seneca Ep. 1, 8, 6: non videor tibi plus prodesse, quam cum — in senatu candidato vocem et manum commodarem? LIPS.* — falsa aberant] qui nihil inserunt nisi ita, verba ita falsa aberant dicta putant pro ita falsis carentem vel ita adulationis expertem et talem dictionem*

studiis senatus attollebatur. isque praecipuus illi dies magnae offensae initium et magnae gloriae fuit.

(5) Res poscere videtur, quoniam iterum in mentionem incidimus viri saepius memorandi, ut vitam studiaque eius, et quali fortuna sit usus, paucis repetam. Helvidius Priscus [regione Italiae] e Caracinae municipio Cluviis, patre, qui ordinem primi pili duxisset, ingenium inlustre altioribus studiis iuvenis admodum dedit, non ut plerique, ut nomine magnifico segne otium velaret, sed quo firmior adversus fortuita rem publicam capesseret. doctores sapientiae secutus est, qui sola bona, quae honesta, mala tantum, quae turpia, potentiam nobilitatem ceteraque extra animum neque bonis neque malis adnumerant. quaestorius adhuc

3 quoniam b (*Agricola et editio princeps*): q̄ (quia dett.) cf. c. 73 5 [regione Italiae] *Ernesti*; origine Italica *Lipsius*. e Caracinae *Madvig*: carelcine 6 Cluviis *Haase et Nipperdey*: cluuios (s del. 1m.) origine Caracina, e municipio Cluviano *Heræus*, patrē (notam del. 1m.) 7 non ut, ut *L. Spengel* pleriq; | ut *add. dett.* (quo *Iacob et Weissenborn*) 8/9 rē p. 9 doctores sapientiae det.: sapientiū 10 potentia ceteraq; (cetera quae *L. Spengel*; ceteraque quae *Agricola*)

a Taciti stilo non alienam esse: sed nemo laudavit exemplum. RUPERTI. — studiis senatus attollebatur] se applaudere sententiae tam generosae manu vultuque significabat senatus. sic. 2, 90: *laudibus attollens*, atque omnino hoc verbo saepius utitur Tacitus. — isque praecipuus — dies] adiectivum pro adverbio, ut Ann. 11, 14 *mox alios ac praecipuum Simoniden*. cf. *Dräger Syntax* § 8. — magnae offensae] quia delatus ab inimicis tandem occisus est.

5. iterum] post 2, 91. — viri saepius memorandi] in libris deperditis narrare debuit, quomodo occisus sit a. u. 826. sub Vespasiano, hoc tamen paene invito; nam *quamvis re legatum primo, deinde et interfici iussu magni aestimavit servare quoquo modo, missis, qui perussores revocarent; et servasset, nisi iam perisse falso remittentium esset*. Suet. Vesp. 15. cf. Dio 66, 12, qui eum culpatur, ut τὴν τοῦ Θρασέου παρησίαν οὐ σὺν καιρῷ μιμούμενον additque: καὶ βλασφημῶν τὸν αὐτοκράτορα οὐκ ἐπαύετο. praeterea turbidum eius ingenium studiumque rerum novarum exagitat; in quibus, ut haud raro in aliis viris illustribus, Cicerone imprimis et Seneca, reprehendendis rem exaggerasse videtur. v. Plin. Epp. 3, 11; qui libros de Helvidii ultione composuit. 9, 13. — e Caracinae municipio] Caracina vel Caracena regio Samni est. Hirpini, Caudini, Pentri, Caraceni, Frentani sunt gentes Samnitium.

Ptolem. 3, 1 p. 184. Zonar. 8, 7. caput gentis Caracenorum fuit Aufidena. Livius 10, 12, 9. cf. *Kiepert*, Lehrbuch der alten Geographie, § 380. — Cluviis] *Cluvia* memoratur apud Livium 9, 31, 2 in Samnio *Cluviam praesidium Romanum*, unde conicias, quoniam litt. s in Mediceo inducta est, hic quoque scribendum esse municipio *Cluvia*. — ingenium inlustre] maxime ad eloquentiam refertur, ut recte significavit I. Fr. Gronovius; opponuntur quodammodo altiora studia philosophiae. — ut nomine magnifico segne otium velaret] cf. Cornelius Nepos de Attico 17: *neque id fecit natura solum — sed etiam doctrina. nam principum philosophorum ita percepta habuit praecepta, ut his ad vitam agendam, non ad ostentationem uteretur*. — doctores sapientiae] Stoicos, quorum disciplinam sectabantur plerique homines generosiores ac fortiores sub imperatoribus tamquam optimum servitutis solacium. — qui — adnumerant] ex verbo *adnumerant* post turpia subintellegas putant, nisi hoc verbum ante potentiam excidit. ceterum cf. dialog. 31: *de quibus — nemo dicere potest, nisi qui cognovit naturam humanam et vim virtutum pravitatemque vitiorum et habet intellectum eorum, quae nec in virtutibus nec in vitis numerantur*. — quaestorius] quaestor autem fuit sub Nerone et Achaia administravit; quod Schol. Iuven. 5, 86 prodidit. at praetor demum sub Vespasiano, diserte ita

a Pacto Thrasea gener delectus e moribus soceri nihil aequae ac libertatem hausit, civis, senator, maritus, gener, amicus, cunctis vitae officiis aequalis, opum contemptor, recti pervicax, constans adversus metus. (6) erant quibus adpetentior famae videretur, quando etiam sapientibus cupido gloriae novissima exiit. ruina soceri in exilium pulsus, ut Galbae principatu rediit, Marcellum Eprium delatorem Thraseae accusare adgreditur. ea ultio, incertum maior an iustior, senatum in studia diduxerat: nam si caderet Marcellus, agmen reorum sternebatur. primo minax certamen et egregiis utriusque orationibus testatum; mox dubia voluntate Galbae, multis senatorum deprecantibus, omisit Priscus, variis, ut sunt hominum ingenia, sermonibus moderationem laudantium aut constantiam requirentium.

Ceterum eo senatus die, quo de imperio Vespasiani censebant, placuerat mitti ad principem legatos. hinc inter Helvidium et Eprium acre iurgium. Priscus eligi nominatim a magistratibus iuratis, Marcellus urnam

1 socer (corr. 1m.) nihil eque 2 eun (c superscr. 1m.)]tis 10 deprecantib;
14 priū (e suprascr. 1m.) 15 urnā

scribente Suetonio 15. alius est *Helvidius Priscus, legatus legionis a. u. 805.*, Ann. 12, 49. huius fortasse frater maior, cf. *Nipperdey* ad Ann. 12, 49. — a Pacto Thrasea] qui ei in matrimonium dedit filiam Fanniam, mulierem et patre et marito dignissimam. Plin. Epp. 7, 19. 6. cupido gloriae novissima exiit] Agric. 9 *ne famam quidem, cui saepe etiam boni indulgent, ostentanda virtute aut per artem quaesivit*. recordatus fortasse est dicti Platonici in Stoicorum scholis tralaticii, apud Athenaeum 11, 116. p. 507: Πλάτων εφησεν, "Εσχατον τὸν τῆς δόξης χιτῶνα ἐν τῷ θανάτῳ αὐτῷ ἀποδύομεθα, ἐν διαθήκαις, ἐν ἐκκομιδαῖς, ἐν τάφοις. "Εσχατος λέγεται τῶν παθῶν χιτῶν ἢ φιλοδοξία: διότι τῶν ἄλλων πολλάκις δι' αὐτὴν ἀποδύομεθ' ἐν αὐτῇ προσίσχεται μᾶλλον τῇ ψυχῇ. — in exilium] Ann. 16, 33. Schol. Iuven. 5, 36: *Helvidius post damnationem soceri Pacti Thraseae interdici sibi Italia Apolloniam concessit*. vocabulum *exilium* hoc loco relegationem significat. cf. *Nipperdey* ad Ann. 16, 33 et 14, 50 *Italia depulit*. — delatorem Thraseae] Ann. 16, 22 et 28. cf. de eo *Nipperdey* ad Ann. 12, 4. — incertum maior an iustior] maior, quatenus virum illustrem ac potentem accusare aggrediebatur,

iustior, quoniam soceri sui delatorem iusta ultione persequeretur. — agmen reorum] minimum, qui ea ipsa sententia rei facti essent, Eprio olim adstupulati. — testatum] intellige certaminis illius testimonia superfuisse in egregiis utriusque orationibus, quae adessent Tacito. « WALTH. testatum passive, ut Livius 34, 41, 3 *testata quoque ipso Nemeorum die voce praeconis libertas est Argivorum*. — eo senatus die] »Hoc factum credo alio die et conventu senatus, quam de quo supra dixit c. 3. nullo modo intelligi potest, quomodo omnia, quae supra commemorata sunt, et hanc concertationem Helvidii et Marcelli idem dies capere potuerit. « ERN. »Mihi, ut Bipontinis, secus videtur. Gesta unius diei hactenus procurant. Id narrationis series docet. Regiae legis formula, cuius fragmentum Romae servatur, prioribus iam principibus concessa repetit. Parum ergo ea res temporis absumpsit. Tum properati alii quoque honores. Sententia Helvidii Prisci, ut inter patres concertationi, sic narrandis vitae eius momentis ansam dedit Cornelio, quibus expositis redit ad persequendum iurgium ipsum. Denique si alio die de lege regia esset actum, clarius id indicaturum fuisse auctorem puto. « OBERL. recte Oberlinus, nisi quod legem de imperio Ve-

postulabat, quae consulis designati sententia fuerat. (7) sed Marcelli studium proprius rubor excitabat, ne aliis electis posthabitus crederetur. paulatimque per altercationem ad continuas et infestas orationes provecti sunt, quaerente Helvidio, quid ita Marcellus iudicium magistratum passus videretur: esse illi pecuniam et eloquentiam, quis multos anteiret, nisi memoria flagitiorum argueretur. sorte et urna mores non discerni: suffragia et existimationem senatus reperta, ut in cuiusque vitam famamque penetrarent. pertinere ad utilitatem rei publicae, pertinere ad Vespasiani honorem occurrere illi, quos innocentissimos senatus habeat, qui honestis sermonibus aures imperatoris inbuant. fuisse Vespasiano amicitiam cum Thrasea, Sorano, Sentio; quorum accusatores etiamsi puniri non oporteat, ostentari non debere. hoc senatus iudicio velut admoneri principem, quos probet, quos reformidet. nullum maius boni imperii instrumentum quam bonos amicos esse. satis Marcello, quod Neronem in exitium tot innocentium inpulerit: frueretur praemiis et impunitate, Vespasianum melioribus relinqueret. (8) Marcellus non suam sententiam inpugnari, sed consulem designatum censuisse dicebat, secundum vetera exempla, quae sortem legationibus possuissent, ne ambitioni aut inimi-

1/2 studiū (ū ex o corr. 1m.) 2 crederentur (n del. 1m.) 4 querente 8 rei. p. 11 Sentio] Seneca dett. 15 Impunitatē (notam del. 1m.) 17 cōsulē (notam super e del. 1m., per errorem, ut videtur) scō

spasiani legem regiam vocat; quod nomen huiusmodi legibus tempore demum posteriore, tertio post Chr. saeculo dabatur, ut docet Puchta, *Geschichte* I. p. 377. cf. Alexander Severus Cod. 6, 23, 3: *Licet enim lex imperii sollemnibus iuris imperatorem solverit, nihil tamen tam proprium imperii est quam legibus vivere.*

7. per altercationem] v. proprium de disputationibus adversantium sibi senatorum. particulam talis altercationis vide apud Cic. ad Att. 1, 16: *Clodium fregi in senatu altercatione eiusmodi* cet. altercationibus opponuntur *continuae orationes*, et v. *infestas* indicat in altercationibus nihil inimici necessario inesse. proprie non est nisi ἀμοιβαίος λόγος. Gloss. Philox. ERN. — *Sentio*] nobis ignoto; de illis Ann. 16, 21. seqq. — *instrumentum*] sic 1, 22 mathematicos vocat *pessimum principalis matrimonii instrumentum*. — *bonos amicos esse satis*] haec vetus distinctio praeferenda videbatur novae Rhenani *bonos amicos esse satis*. Γνώμη add. erat verbum. Ad sensum cf. Xenoph. Cyropaed. 8, 7, 13 οὐ τόδε τὸ χρυσοῦν σκήπτρον τὸ τῆν βασιλείαν διασωζόν ἐστιν, ἀλλ' οἱ πιστοὶ

φίλοι σκήπτρον βασιλευσιν ἀληθέστατον καὶ ἀσφαλέστατον. Sallust. Iug. 10, 4 *non exercitibus neque thesauri praesidia regni sunt, verum amici, quos neque armis cogere neque auro parare queas: officio et fide pariuntur*. — *praemiis*] Ann. 16, 33 *accusatoribus Eprio et Cossutiano quinquagies sestertium singulis — tribuuntur.*

8. censuisse cet.] βραχυλογία pro »non se, sed consulem designatum ita censuisse dicebat. et quidem secundum vetera exempla; quae ratio indicatur commate a Bekkero ante v.] secundum posito. — *secundum vetera exempla*, »Accipe, non quasi semper legati sorte olim missi, sed saepe (immo interdum, in rebus levioribus, ubi haud multum attinebat, quis legaretur). »In eam rem exempla haec reperio. Cicero ad Att. 1, 19: *Senatus decrevit, ut legati cum auctoritate mitterentur*. Addit post pauca: *non quo praeterire: cum de consularibus mea prima sors exisset, una voce senatus frequens retinendum me in urbe censuit*. E quibus sortitionem illic fuisse clare vides. Dio 59, 23: Πρέσβεις τε ἐπ' αὐτοῖς ἄλλους κλήρω καὶ τὸν Κλαύδιον αἰρετὸν ἐπεμψαν.

citiis locus foret. nihil evenisse, cur antiquitus instituta exolescerent aut principis honor in cuiusquam contumeliam verteretur; sufficere omnes obsequio. id magis vitandum, ne pervicacia quorundam irritaretur animus novo principatu suspensus et voltus quoque ac sermones omnium circumspiciens. se meminisse temporum, quibus natus sit, quam civitatis formam patres avique instituerint; ulteriora mirari, praesentia sequi; bonos imperatores voto expetere, qualescumque tolerare. non magis sua oratione Thraseam quam iudicio senatus adfectum: saevitiam Neronis per eius modi imagines inluisse, nec minus sibi anxiam talem amicitiam quam aliis exilium. denique constantia fortitudine Catonibus et Brutis aequaretur Helvidius: se unum esse ex illo senatu, qui simul servierit. suadere etiam Prisco, ne supra principem scanderet, ne Vespasianum senem triumphalem, iuvenum liberorum patrem praeceptis coaceret. quo modo pessimis imperatoribus sine fine dominationem, ita quamvis egregiis modum libertatis placere. haec magnis utrimque contentionibus iactata diversis studiis accipiebantur. vicit pars, quae sortiri legatos malebat, etiam mediis patrum adnitentibus retinere morem; et splendidissimus quisque eodem inclinabat, metu invidiae, si ipsi eligerentur.

(9) Secutum aliud certamen. praetores aerarii (nam tum a praetoribus tractabatur aerarium) publicam paupertatem questi modum impensis postulaverant. eam curam consul designatus ob magnitudinem oneris et remedii difficultatem principi reservabat: Helvidius arbitrio senatus agen-

4 principatu ex principis (v. 2) corr. 1m. 8 seuitiā 16 que mallebat
18 eode 20 erariū 21 consul ex curā corr. 1m. designatūs (sic 1m.)

LIPS. — *patres avique*] duas iam aetates praeteritis inde ab Augusti principatu monet Eprius. — *ulteriora*] quae sint ultra Augustum. DUEBN. — *quam iudicio senatus*] hoc dicit Eprius: non se magis auctorem interficiendi claros viros Neroni fuisse quam senatum universum, qui eos damnaverit. LIPS. — *inluisse*] ludum egisse per imaginem sive speciem iustae quaestionis, cum re vera per vim ac violentiam ageret. DUEBN. — *ne supra principem scanderet*] »ne sibi plus arrogaret aut ita ageret, tamquam super principem esset. cf. dialog. 7 *tum mihi supra tribunatus et praeturas et consulatus ascendere videor*. Germ. 25. (*liberti*) et super *ingenuos et super nobiles ascendunt*. — *mediis*] ut Livius 2, 27, 3 *ita medium se gerendo nec plebis vitavit odium nec apud patres gratiam inuit*. 40, 20, 4 *hos*

tamquam medios nec in alterius favorem inclinatos miserat rex.

9. a praetoribus] ut sub Augusto, cum Claudius quaestores reduxisset. cf. Ann. 1, 75, 13, 28 et 29. »Ceterum haec parenthesis suspecta erat Ernestio et Baumgarten-Crusio ad Suet. Claud. 24. Quorsum enim, ait ille, hoc additur, cum additum non sit Ann. 1, 75, cum res nota esset ex ipsius traditione Ann. 13, 28, quae et ad Traianum usque duravisset? At post Historias demum prodierunt Annales, nec inepte illa verba adduntur, quia variae huius rei fuerunt mutationes. Intererat igitur, ut scriptor doceret tum curam aerarii non amplius fuisse apud quaestores, sed apud praetores. Simile additamentum, quod post editos Annales inutile fuisset, legitur infra c. 15: *Transrhenana gens est.* WALTH. —

dum censuit. cum perrogarent sententias consules, Vulcatius Tertullinus tribunus plebis intercessit, ne quid super tanta re principe absente statureretur. censuerat Helvidius, ut Capitolium publice restitueretur, adiuvaret Vespasianus. eam sententiam modestissimus quisque silentio, deinde oblivio transmisit: fuere qui et meminissent. (10) tum invectus est Musonius Rufus in Publium Celerem, a quo Baream Soranum falso testimonio circumventum arguebat. ea cognitione renovari odia accusationum videbantur. sed vilis et nocens reus protegi non poterat: quippe Sorani sancta memoria; Celer professus sapientiam, dein testis in Baream, proditor corruptorque amicitiae, cuius se magistrum ferebat. proximus dies causae destinatur. nec tam Musonius aut Publius quam Priscus et Marcellus ceterique, motis ad ultionem animis, expectabantur.

(11) Tali rerum statu, cum discordia inter patres, ira apud victos, nulla in victoribus auctoritas, non leges, non princeps in civitate essent,

1 Uulcaeus tertullin; (1 ex e corr. 1m.) 2 absentes (s del. 1m.) 5 oblivione
Madvig 7 accusatorum Nipperdey 9 sc̄a 10 cuius — ferebat post Baream ponit
Urbichs. 12 ad ultionem Lipsius: adulationib (adulationē corr. 1m.) 13 patres b:
partes

perrogant] pr. universos senatores sententias rogarent, ut Liv. 29, 19, 10: perrogari eo die sententiae — non potuere. 32, 23, 1: populi Achaeorum cum sententias perrogarentur. Suet. Oct. 35. — oblivio] poetica vox et in num. fere plur. usum habens, adeo, ut fortasse hoc uno loco in singulari nunc inveniat. Mar. Victor. I. p. 2469, P.: Contagio, ut obsidio et oblivio, sed poetica licentia primo fecit contagia et obliuia, postea dici coepit et obliuivum et obsidium et contagium. voc. obsidium frequenter usurpat Tacitus. alii mutationem subiecti statuunt et oblivio nominativum interpretantur. — silentio — transmisit] cf. 1, 13 rumoribus nihil silentio transmittentium. 4, 31 nomen — silentio transmittentium. Ann. 1, 13 Scavarum — silentio transmisit. 13, 22 Plautus — silentio transmissus est. — qui et meminissent] nimirum de sententia Helvidii secundas tantum partes datas imperatori in re tanta. DUEBN. atque id Vespasiano delatum videtur ab illius iniquis.

10. Musonius Rufus] de quo 3, 81. — Celerem] de P. Egnatio Celere cf. Ann. 16, 32. Dio 62, 26. — odia accusationum] nonnulli quidem reprehendebant Musonium, quod invidiosas illas accusationes, quae imprimis sub Nerone exercitae erant, ita renovare videretur;

nihilominus Celer protegi non poterat. — professus sapientiam] Agric. 2 expulsis insuper sapientiae professoribus. — corruptorque amicitiae] violator amicitiae, cuius, ut aliarum virtutum, praecepta dabat, quemadmodum solebant philosophi; vide modo Ciceronis Laelium et multos illos de amicitia et amicis locos apud Senecam. sic Lipsii coniectura amici et cuius necessaria non est, immo propterea admodum improbabilis, quia corruptor cum genitivo personae Tacito ut aliis est, qui quocumque modo animum moresque aliorum depravat, neququam vero, qui alium convellit atque exitio dat; atque nescio quomodo languet Lipsianum illud et. ad rem cf. Iuven. 3, 116: Stoicus occidit Baream delator amicum Discipulumque senex; Schol. ad Iuven. 1, 33 magni delator amici: Soranum Baream Celer philosophus magister ipsius apud Neronem scelere delationis occidit, et ipse postea sub Vespasiano hoc ipsum Musonio Rufo accusante damnatus est. cf. Ann. 16, 32 (P. Egnatius) dedit exemplum praecavendi, quomodo fraudibus involutos aut flagitiis commaculatos, sic specie bonarum artium falsos et amicitiae fallaces. — proximus dies] quo primum rursus senatus haberetur. vide infra c. 40.

Mucianus urbem ingressus cuncta simul in se traxit. fracta Primi Antonii Varique Arrii potentia, male dissimulata in eos Muciani iracundia, quamvis voltu tegetetur. sed civitas rimandis offensis sagax verterat se transtuleratque: ille unus ambiri, coli. nec deerat ipse, stipatus armatis domos hortosque permutans, apparatu incessu excubiis vim principis amplecti, nomen remittere. plurimum terroris intulit caedes Calpurnii Galeriani. is fuit filius Gai Pisonis, nihil ausus: sed nomen insigne et decora ipsi iuventa rumore volgi celebrabantur, erantque in civitate adhuc turbida et novis sermonibus laeta, qui principatus inanem ei famam circumdarent. iussu Muciani custodia militari cinctus, ne in ipsa urbe conspectior mors foret, ad quadragesimum ab urbe lapidem Appia via fuso per venas sanguine extinguitur. Iulius Priscus praetoriarum sub Vitellio cohortium praefectus se ipse interfecit, pudore magis quam necessitate. Alfenus Varus ignaviae infamiaeque suae superfuit. Asiaticus (is enim libertus) malam potentiam servili supplicio expiavit.

(12) Isdem diebus crebrescentem cladis Germanicae famam nequam maestam civitas excipiebat; caesos exercitus, capta legionum hiberna, descivisse Gallias non ut mala loquebantur. id bellum quibus causis ortum, quanto externarum sociarumque gentium motu flagraverit, altius expediam. Batavi, donec trans Rhenum agebant, pars Chattorum, seditione domestica pulsati extrema Gallicae orae vacua cultoribus simulque insulam iuxta sitam occupavere, quam mare Oceanus a fronte, Rhenum amnis

2 male 4 stipatis 6 cedē 8 ipsius editio princeps 9 ei] & 14 infamieq;
15 is enim Ernesti: enī is (is om. editio princeps; [enim] Nipperdey; etenim is libertus vel is enim libertus e nota marginali in textum venisse putat Ernesti.) 17 mesta caesos
21 gallicę (ex a corr. 1m.) 22 iuxta Walch: Iuuata (inter uada dett.) sitam b:
sit]an Oceanum dett.

11. transtulerat] ab Antonio Varoque ad 3, 37 diem (is enim — supererat) 4, 58 proelium et acies parantur (id enim fas — est).
Mucianum. — unus ambiri] Dio 66, 2: ὁ Μουκιανὸς τιμάσθαι ὑφ' ἀπάντων ὑπὲρ πάντας ἦδελε καὶ ἤχρητο, εἰ καὶ δοσισοῦν οὐχ ὅτι ὑβρίσειεν αὐτὸν, ἀλλ' οὐ μεγάλως ἀγγίλειεν. — neo deerat ipse] cum his vv. iunge infinitivos amplecti, remittere, ut c. 1: nec deerat egentissimus quisque — proderet cet. — C. Pisonis] qui contra Neronem coniuraverat. A. 15, 48. — Asiaticus] 2, 57 et 95. is ergo patibulo affixus, ut Verginii Capitonis servus supra c. 3, et Icelus 1, 46. Verbis autem is enim libertus post priorem eius mentionem 2, 57 breviter eius condicionem lectori in memoriam revocans significat, cur ille tam contumelioso supplicio affectus sit. is enim in parenthesi, ut 2, 18 Spurrinae (is enim — obtinebat)

12. Chattorum] Germ. 29. Ukert, Gallien p. 366. — insulam] Ann. 2, 6. — seditione domestica pulsati] quo tempore, incertum est, sed certe ante Caesarem, qui insulae Batavorum meminit B. G. 4, 10. Zeuss, die Deutschen p. 100. — iuxta sitam] WALCHYUS in Melet. crit. Ienae 1809. p. 16: »Legendum insulam iuxta sitam occupavere et scriptura optimorum codicum ducente et sensu postulante. Facile intelligitur describi in his insulam, quae alibi Tacito Rheni vel Batavorum insula dicitur, Vahali ac Mosa a parte meridionali, a septentrione Rheno flumine circumfusa. Quo modo appellaretur insula, in tali descriptione quis requireret? Unde autem dilucida extremae

tergum ac latera circumluit. nec opibus (rarum in societate validiorum) adtritris viros tantum armaque imperio ministrant, diu Germanicis bellis exerciti, mox aucta per Britanniam gloria, transmissis illuc cohortibus, quas vetere instituto nobilissimi popularium regebant. erat et domi delectus eques, praecipuo nandi studio, arma equosque retinens integris turmis Rhenum perrumpere solitus. (13) Iulius Paulus et Iulius Civilis

1 rarum in H. Tiedke: Romanis 2 adtritris H. Tiedke: adtritri ministrabant Wurm 3 brittanniam gloriā (notam del. 1m.) 4 erant (adsuerat vel insuerat Heinisch, suerant Heraeus) 5 armē | quosq; 6 perrumpere solitus Pichena: perrūpere | (aut suetus, solitus, exercitus addendum aut perrumpens legendum esse censet Pichena) Iulius Civilis Ritter: claudius ciuilis (Iulius Civilis et Claudius Paulus Heraeus)

Galliae orae cognitio legenti exoriretur nisi ex insula iuxta sita? Poterat a regionis ignaris varie in extremis Galliae oris apud Morinos, Nervios, Venetos errari. Ne quis erraret, una illa ratione cavebatur. Iam quisque vel invitus ad meridionalem Vahalis ripam (Romanorum ripam) sive regionem inter Vahalem et Mosam retrahitur. Denique iuxta sita, ut Ann. 2, 62. Hist. 2, 74. « adde, vulgatam lect. inter vada sitam neque satis esse claram et nimium quantum recedere a Med. vestigiis, quibus sane firmitus insistit Walchiana. ceterum cf. Caesar B. G. 4, 10: Mosa --, parte quadam ex Rheno recepta, quae appellatur Vacalus, insulam efficit Batavorum. — mare Oceanus] Ann. 1, 9 mari Oceano 15, 34 maris Hadriae Caes. B. G. 3, 7 proximus mare Oceanum. — opibus — adtritris] 1, 10 attritis opibus 2, 56 adtritris Italiae rebus. — rarum in societate validiorum] Ann. 13, 2 rarum in societate potentiae 6, 10 rarum in tanta claritudine 1, 39 rarum etiam inter hostes. Ovidius Trist. 4, 10, 121 quod rarum est. de hoc genere parenthesisum cf. Dräger Syntax § 139. — viros tantum — ministrant] c. 17 Batavos — tributorum expertes 5, 25 sibi non tributa, sed virtutem et viros indici. Germ. 29 nec tributis contempnantur nec publicanus atterit; exempti oneribus et collationibus et tantum in usum proeliorum sepositi velut tela atque arma bellis reservantur. — per Britanniam] 1, 59. Agr. 18 et 36. — erat et domi] praeter cohortes auxiliares in Britanniam missas remanserat etiam in insula Batavorum delectus equitatus. — praecipuo nandi studio] Agric. 18 lectissimos auxiliarium, quibus nota vada et patrius nandi usus, quo simul seque et arma et equos regunt. Ann. 14, 29 equites vadosa secuti aut altiores inter undas adnantes equis

transiere. — perrumpere solitus] Florus 1, 38, 10 rex ipse Teutobodus, quaternos senosque equos transilire solitus, vix unum, cum fugeret, ascendit. ceterum scripturam Mediceae etiam ut inserendo sanare possis, ut scribas: praecipuo nandi studio, ut arma equosque retinens integris turmis Rhenum perrumperet.

13. Iulius Civilis] 1, 59 vocatur Iulius Civilis, aliisque Graecis et Latinis (Plut. Ἰερῶτ. c. 25. Frontin. Strat. 4, 3, 14). Paulus videlicet et Civilis fratres erant. vide c. 32: necem fratris. ceterum de Civile (haec enim recta ablativi forma, ut Lateranense, Iuvenale, a Med. servata: perperam in Edd. nonnullis est Civili) cf. Haken in Ersch et Gruber Encyclopaedie I. XVII. p. 332, qui perbene narrationem suam ita concludit: »Eine unglückliche Lücke in dem meisterhaften Berichte des Tacitus (5, 26) lässt hier die fast einzige geschichtliche Quelle verstiegen, welche über diese denkwürdigen Ereignisse eine Auskunft geben kann, und das fernere Schicksal des wackern Kämpfers bleibt in Nacht und Dunkel gehüllt.« tum consule imprimis Thierry Histoire des Gaulois Ed. III. Paris 1845. III. p. 371, qui egregie totas Civilis res gestas denarrat. rectissime sane de eo indicat: La bravoure à la fois impétueuse et opiniâtre de sa nation n'était pas le seul mérite du chef batave; il y joignait un esprit fin, habile aux ruses de la politique, comme à celles de la guerre, et de plus la connaissance du gouvernement romain et des hommes influens de cette époque. — (Obscurius de tota hac Gallorum Germanorumque rebellione agit Iosephus B. I. 7, 4, 2. eandem excepta Iulii Sabini in sepulchro latebra diuturna prorsus praeterit Xiphilinus 66, 3, quippe, ut ait, οὐδὲν ἐς μνήμην ἐμὸν γούυ

regia stirpe multo ceteros anteibant. Paulum Fonteius Capito falso rebellionis crimine interfecit; iniectae Civili catenae, missusque ad Neronem et a Galba absolutus sub Vitellio rursus discrimen adiit, flagitante supplicium eius exercitu. inde causae irarum spesque ex malis nostris. sed Civilis ultra quam barbaris solitum ingenio sollers et Sertorium se aut Annibalem ferens simili oris dehonestamento, ne ut hosti obviam iretur, si a populo Romano palam descivisset, Vespasiani amicitiam studiumque partium praetendit, missis sane ad eum Primi Antonii litteris, quibus avertere accita Vitellio auxilia et tumultus Germanici specie retentare legiones iuebatur. eadem Hordeonius Flaccus praesens monuerat, inclinato in Vespasianum animo et rei publicae cura, cui excidium adventabat, si redintegratum bellum et tot armatorum milia Italiam inrupissent. (14) igitur Civilis desciscendi certus, occultato interim altiore consilio, cetera ex eventu iudicaturus, novare res hoc modo coepit. iussu Vitellii Batavorum iuventus ad dilectum vocabatur, quem suapte natura gravem onerabant ministri avaritia ac luxu, senes aut invalidos conquiendo, quos pretio dimitterent: rursus inpubes, sed forma conspicui (et est plebisque proceri pueritia) ad stuprum trahebantur. hinc invidia; et compositi seditionis auctores perpulere, ut dilectum abnuerent. Civilis primores gentis et promptissimos volgi specie epularum sacrum in nemus vocatos ubi nocte ac laetitia incaluisse videt, a laude gloriae gentis

1 multos anteibat (n superser. 1m.) fonteiū (corr. 1m.) 3 adit 4 Indē 5 haud 6 annibalē 8 sanē 9 aūteret (corr. 1m.) a Vitellio dett. 11 uestanū (ū ex o corr. 1m.) rei p. 14 cepit 15 dilectūs (s del. 1m.) 17 p̄tio sed] et Halm 18/19 compositae det.

ὄφελος φέρουσαν.) — regia stirpe] ut Ann. 11, 16 de Cheruscis: uno reliquo stirpis regiae -- Italico; utrobique, utpote apud populos Germanicos, intellige de iis, qui orti sunt e principibus (Hauptlingen) civitatis maxime illustribus. cf. Sybel d. Königthum p. 100. — Fonteius Capito] de quo 1, 7, 3, 62. Ann. 14, 1. — oris dehonestamento] cum item, ut Hannibal, altero oculo captus esset. Liv. 22, 2. et de Sertorio idem tradit Plutarchus Sert. 1. — praetendit] simulat, ad tegenda consilia utitur. intelligendum: consiliis. ERN. — Antonii litteris] c. 32 epistulae Antonii ad Civilem 5, 26 ubi Civilis ait: hoc Primo Antonio notum, cuius epistulis ad bellum actus sum, ne Germanicae legiones et Gallica iuventus Alpes transcenderent. — accita Vitellio] 2, 97. de dativo cf. Dräger Syntax § 51; Nipperdey ad Ann. 2, 50. — Hordeonius Flaccus] legatus

superioris exercitus, ad Rheni ripae curam a Vitellio relictus. 1, 9, 2, 57. 14. ad dilectum] 2, 57, 97. — gravem] quippe in longam et longinquam militiam. Velleius in laudibus Tiberii 2, 130: Quanta cum quiete hominum rem perpetui praecipueque timoris, supplementum, sine trepidatione delectus providet! LIPS. — compositi] compositi seditionis auctores sunt subornati, cf. Sall. Hist. fr. 1, 43 (46) lenones et vinarii lanique — pretio compositi. composita seditio ambiguum esset, nam et praeparatam et finitam seditionem (ut Suet. Octavius 4. composita seditione civili) significat. — specie epularum] Germ. 22: de pace ac bello plerumque in conviviis consultant. — nocte ac laetitia] ἐν δὴ δούλῳ, ut vocat Roth de Synon. apud Tac. p. 53, pro nocte per laetitiam transacta. laetitiam autem intellige de larga comotatione. Verg. Aen.

orsus iniurias et raptus et cetera servitii mala enumerat. »neque enim societatem, ut olim, sed tanquam mancipia haberi. quando legatum, gravi quidem comitatu et superbo, cum imperio venire? tradi se praefectis centurionibusque; quos ubi spoliis et sanguine expleverint, mutari, 5 exquirique novos sinus et varia praedandi vocabula. instare dilectum, quo liberi a parentibus, fratres a fratribus velut supremum dividantur. numquam magis afflictam rem Romanam nec aliud in hibernis quam praedam et senes: attollerent tantum oculos et inania legionum nomina ne pavescerent. at sibi robur peditum equitumque, consanguineos Germa- 10 nos, Gallias idem cupientes. ne Romanis quidem ingratum id bellum; cuius ambiguam fortunam Vespasiano inputaturos: victoriae rationem non reddi.« (15) magno cum adsensu auditus barbaro ritu et patriis execrationibus universos adigit. missi ad Canninefates, qui consilia sociarent.

6 liberi apparentib; (prius p del. 1m.) frs affib; supmū (supremis Nipper-
dey) 8 at tollent 9 at sibi robur in rasura ac paene evanida 10 cupientib;
(e superscr. et b; in s mut. 1m.) 12 ritus (s del. 1m.) 13 canine fates consilias
(s del. 1m.)

1, 734: *Adsit laetitiae Bacchus dator!* — quando -- venire? Batavi Germaniae inferiori accensebantur. DUEBN. hoc dicit: raro et fere numquam ad se venire legatum, cuius comitatus quidem permolestus sit et superbus (cohors imprimis imicorum), sed tamen ab his, quorum saltem imperium legitimum sit, socios non tam impudenter despoliari neque omnis generis vexationibus ac suppliciis opprimi, ut faciant praefecti centurionesque, »latrunculi minuti,« ut ait Lipsius. — sinus] novos depraedandi modos et praetextus; ut 2, 92. 3, 19. figura relata ad sinus, quibus pecuniam condebant. — velut supremum] Verg. Aen. 3, 67 *animamque sepulcro Condimus et magna supremum voce ciemus.* igitur velut supremum idem est ac tanquam morte. cf. Bötticher Lexicon Taciteum sub voce *supremus*. de neutro adiectivi pro adverbio posito cf. Dräger Syntax § 22. — nomina] vidimus Vitellium minuisse, non explevisse legiones. DUEBN. 2, 94: *robora legionibus alisque subtracta.* — ne Romanis quidem] Flavianis et melioribus omnium Romanorum, quos erat credibile Vespasianum Vitellio praelaturos. GRONOV. — inputaturos] »Quodsi ambigua maneat belli cum Vitellianis fortuna neque adeo consilium suum Batavi prorsus exsequi possint, nihilominus tamen illud se obtenturos, ut tota res pro Vespasiano contra Vitellium

suscepta videatur, cuius meritum apud Vespasianum, qui haud dubie victor evasurus sit, sibi tribuere queant et quidem eo magis, quia Civilis Vespasiani amicitiam studiumque partium praetenderat. c. 13. Male Ernestius aliique opinati sunt, subiectum v. inputaturos esse Romanos; unde ita interpretatur: »si male successerit, culpam Vespasiani fore iudicio Romanorum; sibi nihil metuendum.« — victoriae rationem] »quodsi Batavi plena victoria potirentur adeoque se a Romanorum dominatione liberarent, fore, ut nullius iam, ne Vespasiani quidem, rationem ultra habere debeant; quippe qui pristinum servitium exuerint.« recte totum locum intellexit Thierry Histoire III. p. 376: »Vaincus, nous nous en ferons un mérite auprès de Vespasien; vainqueurs, qui viendra nous demander des comptes?«

15. barbaro ritu -- adigit] imitatio formulae adigere sacramento; obstringit. ERN. de Germanorum sacramentis et iuramentis v. Grimm deutsche Rechtsalt. p. 892. seqq., ubi docet eos iurasse per deos, per sancta pignora (ea tangendo), per humum, grama, arbores, aquas, fontes, fluvios, montes, rupes, lapides, pectus, barbam, capillos, caput, vestimenta, plerumque per arma et praecipue gladium, de quo v. Grimm I. 1. p. 165. RUP. — Canninefates] vide Ann. 4, 73. 11, 18. primum

ea gens partem insulae colit, origine lingua virtute par Batavis; numero superantur. mox occultis nuntiis pellexit Britannica auxilia, Batavorum cohortes missas in Germaniam, ut supra rettulimus, ac tum Mogontiaci agentes. erat in Canninefatibus stolidae audaciae Brinno, claritate natalium insigni. pater eius multa hostilia ausus Gaianarum expeditionum 5 ludibrium impune spreverat. igitur ipso rebellis familiae nomine placuit inpositusque scuto more gentis et sustinentium umeris vibratus dux deligitur. statimque accitis Frisiis (Transrhenana gens est) duarum cohortium hiberna proxima accubantia Oceano inrumpit. nec praeviderant impetum hostium milites nec, si praevidissent, satis virium ad arcendum 10 erat: capta igitur ac direpta castra. dein vagos et pacis modo effusos

2 britannica 4 canine ne fatib; | (ne del. 1m.) 5 Insigni | (insignis Th. Kiess-
ling) 6 familię (q in rasura 1m.) nomine ex homine corr. 1m. (nomine b, omine dett.)
7 vibratis (u superscr. 1m.) 9 proxima (a in o mut. et in marg. add. mo 2m.) ac-
cubantia Meiser: occupata (occupatu Lipsius, occupatum Weissenborn) 10 prouidissent

memorantur a Velleio 2, 105. — ut supra] 2, 29. ceterum cohortes Batavorum sunt ipsa Britannica auxilia, quod diu in Britannia auxiliorum nomine militaverant. ERN. — Gaianarum] Germ. 37. Agr. 13. Dio 59, 21. Suet. Caligula c. 43. seqq. summum illud ludibrium c. 46: Postremo quasi perpetraturus bellum directae acie in litore Oceani ac ballistis machinisque dispositis, nemine gnaro aut opinante, quidnam coepturus esset, repente, ut conchas legerent, galeasque et sinus replerent, imperavit, spolia Oceani vocans Capitolio Palatioque debita. — nomine] eam ob causam, quod ipse, ut ante fecerat pater eius, rursus bellum contra Romanos suscipere paratus erat. — more gentis] Galli, Gothi, Franci hunc in cooptando principe morem habuerunt, translatum postea etiam ad Romanos. Zosimus 3, 9, 4 in electione Iuliani: οἱ στρατιῶται κατάγοσι δημοσίᾳ τὸν Καίσαρα, καὶ ἐπὶ τινος ἀσπίδος μετέωρον ἄραντες ἀντεπίον τε σεβαστὸν αὐτοκράτορα καὶ ἐπέθεσαν σὺν βίᾳ τὸ διάδημα τῇ κεφαλῇ. de Gothis et Francis v. P. Pithoeum Subsecivorum 2, 6. Ex LIPS. Pithoei Opera. Parisiis 1609. p. 420. loci praecipui, quos affert, sunt Cassiodori Variarum 10. Ep. 31. Ed. Garetti I. p. 157: Indicamus parentes nostros Gothos inter provinciales gladios more maiorum scuto supposito regalem nobis contulisse praestante deo dignitatem, ut honorem arma darent, cuius opinionem bella pepererant. Non enim in cubilis

angustiis, sed in campis late patentibus electum me esse noveritis. Adonis Chronic. in Magna Bibliothec. vet. Patrum. Ed. Paris. 1644. VII. p. 362: Sigebertus Turnacum, ubi Chilpericus residebat, obsedit. Eo tempore S. Germanus, Parisiorum episcopus, Sigeberto regi mandavit, ut contra fratrem suum nullo modo abiret neque de interfectione illius cogitaret. Quod ille audire contempsit; sed Francis consentiens more gentis impositus clipeo rex constitutus est ac regnum fratris sui Chilperici adeptus. adde Pasquier les Recherches de la France. Paris 1607. p. 544: Je trouway, que les Boys arriuaus à la Couronne, au lieu des Sacres somptueux et despensifs, qui depuis furent observez par la France, estoient par les Princes et grands Barons portez sur leurs boucliers, ou escussions par le camp, et mis en ceste maniere en veuë de toute leur gendarmerie, pour faire entendre à chacun que sur l'appuy des armes ils devoient fonder l'entretènement de leur Estat. cf. Grimm Rechtsalterthümer p. 234, qui complura huius moris exempla collegit. — hiberna proxima — inrumpit] Caes. b. civ. 3, 9, 6 in proxima Octavi castra irruperunt. — accubantia Oceano] Suet. Iul. 44 theatrum summae magnitudinis Tarpeio monti accubans. terra, non mari hostes inrupisse Eduard Wolff recte inde colligit, quod initio rebelles gentes naves non habebant. cf. c. 17 armaque et naves, quibus indigebant, adepti. praeterea accubantia Oceano aperte opposita

lixas negotiatoresque Romanos invadunt. simul excidiis castellorum iminebant, quae a praefectis cohortium incensa sunt, quia defendi nequibant. signa vexillaque et quod militum in superiorem insulae partem congregantur, duce Aquilio primipilari, nomen magis exercitus quam 5 robor: quippe viribus cohortium abductis Vitellius e proximis Nerviorum Germanorumque pagis segnem numerum armis oneraverat. (16) Civilis dolo grassandum ratus incusavit ultro praefectos, quod castella deseruisent: »sese cum cohorte, cui praecerat, Canninefatem tumultum compressurum; illi sua quisque hiberna repeterent.« subesse fraudem consilio 10 et dispersas cohortes facilius opprimi, nec Brinnonem ducem eius belli sed Civilem esse patuit, erumpentibus paulatim indiciis, quae Germani, laeta bello gens, non diu occultaverant. ubi insidiae parum cessere, ad vim transgressus Canninefates Frisios Batavos propriis cuneis componit. directa ex diverso acies haud procul a flumine Rheno et obversis in 15 hostem navibus, quas incensis castellis illuc adpulerant. nec diu cecidit Tungrorum cohors signa ad Civilem transtulit; percussique milites inprovisa prodicione a sociis hostibusque caedebantur. eadem etiam in navibus perfidia: pars remigum e Batavis tanquam inperitia officia nautarum propugnatorumque impediabant, mox contra tendere et puppes hostili 20 ripae obicere, ad postremum gubernatores centurionesque, nisi eadem volentis, trucidant, donec universa quattuor et viginti navium classis

3 Insule se del. 2m.) in add. Wurm superscr. 1m.)
 6 Gugernorumque Rütter, esse det.: eius remigiū
 11 14 et
 18 Inperitia (Im corr. 1m.)
 Tungrorumque Heraeus. 8 sesecū (post. 17 cedebantur 21 uolenti | s
 15 quasi 15 quasi nau|torum

sunt iis, quae paulo post dicit in superiorem insulae partem congregantur. — Nerviorum] fortissima ac potentissima inter Belgas (Gallos) natio, qui, ut ait in Germ. 28: circa adfectionem Germanicae originis ultro ambitiosi sunt; collato Caesare B. G. 2, 4: plerosque Belgas esse ortos ab Germanis; — Nervios, qui maxime feri inter ipsos habeantur, ad flumen Sabim (h. Sambre), quorum oppida praecipua Camaracum (h. Cambray), Turnacum (h. Tournay), Bagacum (h. Bavay), Ukert Gallien p. 374. Walckenaer Géographie des Gaules. Paris 1839. I. p. 470. — Germanorumque] Tungrorum cis Rhenum colentium. vide c. 16. Germ. 2. ceterum de h. l. vide Zeuss die Deutschen p. 214. — oneraverat] admodum significanter: »segnibus hisce arma ipsa ingrato tantummodo oneri erant.«

16. cui praerat] de indicativo in oratione obliqua cf. Dräger Syntax § 151, Nipperdey ad Ann. 1, 10 abstulerat. — erumpentibus — indiciis] Ann. 1, 4 multaque indicia saevitiae, quamquam premantur, erumpere. — propriis cuneis] more patrio. Germ. 6: Acies per cuneos componitur. (DUEBN. — directa ex diverso] significat partem contrariam, [Civili hostilem, quam e regione huius instructam fuisse simul indicatur. Sic rursus c. 46. Ann. 13, 40: adsultare ex diverso Tiridates. ibid. 57: diversam aciem. — officia nautarum — impediabant] Curtius 4, 3, 18 miles ministeria nautarum, remex militis officia turbabat, et, quod in eiusmodi casu accidit, periti ignaris parebant: quippe gubernatores alias imperare soliti tum metu mortis iussa exequabantur. cf. Ann. 2, 23. Livius 22, 19, 10.

transfugeret aut caperetur. (17) clara ea victoria in praesens, in posterum usui; armaque et naves, quibus indigebant, adepti magna per Germanias Galliasque fama libertatis auctores celebrabantur. Germaniae statim misere legatos auxilia offerentes: Galliarum societatem Civilis arte donisque adfectabat, captos cohortium praefectos suas in civitates remit- 5 tendo, cohortibus, abire an manere mallent, data potestate. manentibus honorata militia, digredientibus spolia Romanorum offerebantur. simul secretis sermonibus admonebat malorum, quae tot annis perpassi miseram servitutum falso pacem vocarent. »Batavos, quanquam tributorum expertes, arma contra communes dominos cepisse. prima acie fustum vi- 10 ctumque Romanum. quid si Galliae iugum exuant? quantum in Italia reliquum? provinciarum sanguine provincias vinci. ne Vindicis aciem cogitarent: Batavo equite protritros Aeduos Arvernosque; fuisse inter Verginii auxilia Belgas, vereque reputantibus Galliam suismet viribus concidisse. nunc easdem omnium partes, addito, si quid militaris disciplinae in ca- 15 stris Romanorum vigerit. esse secum veteranas cohortes, quibus nuper Othonis legiones procubuerint. servirent Syria Asiaque et suetus regibus Oriens: multos adhuc in Gallia vivere ante tributa genitos. nuper certe caeso Quintilio Varo pulsam e Germania servitutum, nec Vitellium principem sed Caesarem Augustum bello provocatum. libertatem natura etiam 20

1 presens 3 Germani Ritter 14 Gallias Wurm 15 discipline 16 uigueret
 (corr. 1m.) 17 siria asyaq; 18 gallias (s del. 1m.) (Gallias Wurm) ante] an
 [nuper] Pramner 20 cesarem naturā (notam del. 1m.)

17. honorata militia] 1, 87 facta et ceteris spe honoratoris in posterum militiae. — servitutum falso pacem vocarent] Agric. 30: auferre trucidare rapere falsis nominibus imperium, atque ubi solitudinem faciunt, pacem appellant. Appian. Samn. 10 καὶ ταῦτά τινες εἰρήνην ἀντὶ δουλείας τοῖς μὲν ὀνομάζειν. — Batavo equite] inter Romanorum copias auxiliares. — Aeduos] quos fratres nostros vocat Cicero ad Att. 1, 19. Fam. 7, 10. Caesar B. G. 1, 11. Ann. 11, 25. hodie Bourgogne et Nivernois. — Arvernosque] populum Galliae Aquitanicae, h. Auvergne. Cevenna monte ab Helviis disclusi erant. Caesar B. G. 7, 8. Walckenaer I. p. 339. — reputantibus] datus; »si quis rem, ut est, reputet.« DUEBN. — suismet viribus] Horat. Epod. 16, 2: Suis et ipsa Roma viribus ruūt. — nunc easdem omnium partes] id unum requiri atque agi, ut iunctis viribus omnes gentes Gallicae et Germani aecolae, una nisi, e Gallia ac Bata-

vorum insula servitutum pellant; easque vires auctas ideo, quod iam Romanam disciplinam addidicerint. — procubuerint] vide 2, 43 et 66. — multos adhuc in Gallia vivere] »censum Galliarum Augustus septimum consul a. u. 727. instituerat. sed Civilis intelligere videtur tributa a Iulio Caesare imperata ante CXX. fere annos, quos attingere potest senectus felix.« DUEBN. cf. Dio 53, 22 de Gallis: καὶ αὐτῶν καὶ ἀπογραφὰς ἐποίησατο καὶ τὸν βίον τῆν τε πολιτείαν διεκόσμησε. sed vel ii, qui meminisse poterant instituti ab Augusto census ante hunc geniti, a. 823. minimum C annos nati esse debebant: atque omnino quis in his non perspicit hyperbolen rhetoricam? — nuper certe] »nimirum ut multo post Galliam subactam, quamquam ante LX annos.« DUEBN. Cic. nat. d. 2, 50 (126) ea, quae nuper, id est paucis ante saeculis, medicorum ingenii reperta sunt. Livius praef. 12 nuper divitiarum avaritiam — invenere, ubi vide interpretes.

mutis animalibus datam, virtutem proprium hominum bonum. deos fortioribus adesse: proinde arriperent vacui occupatos, integri fessos. dum alii Vespasianum alii Vitellium foveant, patere locum adversus utrumque. (18) sic in Gallias Germaniasque intentus, si destinata provenissent, 5 validissimarum ditissimarumque nationum regno imminebat. at Flaccus Hordeonius primos Civiles conatus per dissimulationem aluit: ubi expugnata castra, deletas cohortes, pulsum Batavorum insula Romanum nomen trepidi nuntii adferebant, Munium Lupercum legatum (is duarum legionum hibernis praeerat) egredi adversus hostem iubet. Lupercus 10 legionarios e praesentibus, Ubios e proximis, Trevirorum equites haud longe agentis raptim transmisit, addita Batavorum ala, quae iam pridem corrupta fidem simulabat, ut proditis in ipsa acie Romanis maiore pretio fugeret. Civilis captarum cohortium signis circumdatus, ut suo militi recens gloria ante oculos et hostes memoria cladis terrentur, 15 matrem suam sororesque, simul omnium coniuges parvosque liberos consistere a tergo iubet, hortamenta victoriae vel pulsus pudorem. ut virorum cantu, feminarum ululatu sonuit acies, nequaquam par a legionibus

1 brutis Acidalius 1/2 forfortiorib; 3 utrimq; 6 qui primos — aluit, L. Spengel dissimulationē aluit (notam del. et in super a ser. 1m. unde editio princeps maluit) 10 tre virorum 13 tio caesarum Nipperdey 16 pulsus 17 legib; (apicem sub e del. et o super i add. 1m.)

— mutis animalibus] Acidalius coniecit brutis. quasi non muta eadem, quae bruta, et quidem elegantius. vide ad Senecam Ep. 90. GRONOV. Cic. N. D. 2, 53 (133): *An bestiarum? Nihil probabilius deos mutorum et nihil intelligentium causa tantum laborasse.* scilicet muta non intelligendum, quae soni nihil edant, sed quae loqui non possint. ERN. cf. Boetius in librum de interpretatione I p. 50 (MEISER) ferarum quoque mutorumque animalium voces aliqua significatione praeditas esse percipimus ac sic saepius apud eundem. — hominum] nimium teneras aures habuit, qui primus, ut vitaretur triplex um, scripsit hominis, quemadmodum est in Gaelf. Puteol., Edd. ante Iac. Gronovium. — occupatos — fessos] intellige in utroque alius bellis. arripere autem pro vim inferre, bellum. ERN.

18. validissimarum] ad Germanos, ditissimarum ad Gallos pertinet. — dissimulationem] simulatam ignorantem. DUEBN. — Munium] haud rari Munii in Inscr., unus enim Gruterus praebet octo. — hibernis] significat castra Vetera. cf. C. extr. — maiore pretio fugeret]

immo transfugeret, ut paulo post Batavorum ala transfugiens c. 16 donec — classis transfugeret. — captarum cohortium] c. 16. — ante oculos et hostes] »Bipontini ante oculos esset, hostes. egregie; quaeritur, an vere? codices obstant; neque in vulgata dura ellipsis.« OBERL. — matrem suam sororesque] ex more Germanorum. Germ. 7: *in proximo pignora, unde feminarum ululatus audiri, unde vagitus infantium.* cf. de hoc etiam Britannorum more Ann. 14, 34. — pulsus] Med. pulsus placet Doederleinio, »ut sit genitivus substantivi passive usurpati.« non accedo. — cantu] baritum (sic Grimm. Cod. Periz.: *bariditum*) vocabant. Germ. 3. — nequaquam par] quod valde Romani observabant et velut omen habebant eventus. Plutarch. Crass. 27: ὁ Κράσσοσ — συναλαλάξει κελεύσας ἤλεγξε τοῦ στρατοῦ τὴν κατήφειαν, ὡς ἀσθενῆ καὶ ὀλίγην καὶ ἀνάμαλον κραυγὴν ἐποίησαντο· ἢ δὲ παρὰ τῶν βαρβάρων λαμπρὰ καὶ δρασεῖα κατεῖχε. LIPS. Liv. 4, 37, 9: *Clamor indicium primum fuit, quo res inclinatura esset, excitatior crebriorque ab hoste sublatus: ab Romanis*

cohortibusque redditur clamor. nudaverat sinistrum cornu Batavorum ala transfugiens statimque in nos versa; sed legionarius miles, quanquam rebus trepidis, arma ordinesque retinebat. Ubiorum Treverorumque auxilia foeda fuga dispersa totis campis palantur. illuc incubere Germani; et fuit interim effugium legionibus in castra, quibus Veterum 5 nomen est. praefectus alae Batavorum Claudius Labeo, oppidano certamine aemulus Civili, ne interfectus invidiam apud populares vel, si retineretur, semina discordiae praeberet, in Frisios avehitur.

(19) Isdem diebus Batavorum et Canninefatium cohortes, cum iussu Vitellii in urbem pergerent, missus a Civile nuntius adsequitur. intumere 10 statim superbia ferociaque et pretium itineris donativum, duplex stipendium, augeri equitum numerum, promissa sane a Vitellio, postulabant, non ut adsequerentur, sed causam seditioni. et Flaccus multa concedendo nihil aliud effecerat, quam ut acrius exposcerent, quae sciebant negaturum. spreto Flacco inferiorem Germaniam petivere, ut Civili 15 iungerentur. Hordeonius adhibitis tribunis centurionibusque consultavit, num obsequium abnuentes vi coereret. mox insita ignavia et trepidis ministris, quos ambiguus auxiliorum animus et subito dilectu suppletiae legiones angebant, statuit continere intra castra militem: dein paenitentia et arguentibus ipsis, qui suaserant, tanquam secuturus scripsit Herennio 20 Gallo legionis primae legato, qui Bonnam obtinebat, ut arceret transitu Batavos: se cum exercitu tergis eorum haesurum. et opprimi poterant, si hinc Hordeonius inde Gallus, motis utrimque copiis, medios clausissent. Flaccus omisit inceptum aliisque litteris Gallum monuit, ne tereretur abeuntes. unde suspicio sponte legatorum excitari bellum cuncta- 25 que, quae acciderant aut metuebantur, non inertia militis neque hostium vi, sed fraude ducum evenire. (20) Batavi cum castris Bonnensibus pro-

1 cornū 4 foeda 6 prefectus 7 emulus Invidia] 9 canine fatiū
11 ptium 18 auxiliorū auxiliorū | (alterum del. 1m.) 19 penitentia 20 herrennio
21 bonā 24 Inceptū (s del. 1m.) 24/25 teneret Rhenanus

dissonus, impar, segnius saepe iteratus incerto tenore prodidit pavorem animorum. — Veterum] hodie Fürstenberg prope Xanten. cf. Ann. 1, 45. von Veith: Vetera Castra mit seinen Umgebungen als Stützpunkt der römisch-germanischen Kriege im 1. Jahrhundert v. u. n. Chr., Berlin, Mittler, 1881. de genetivo cf. Nipperdey-Andresen ad Ann. 2, 16. Idisiaviso. — oppidano certamine] quale inter eiusdem oppidi incolae oriri solet, praesertim ex

aemulatione in captandis honoribus municipalibus.

19. Batavorum et Canninefatium cohortes] additas antea legioni XIV., de quibus 1, 59. 2, 27. 66. 4, 15. — augeri equitum numerum] quorum facilius militia, stipendium amplius. — insita ignavia] 1, 9: exercitus Hordeonium Flaccum spernebat, senecta ac debilitate pedum invalidum, sine constantia, sine auctoritate.

20. castris Bonnensibus] olim hiberna

pinquarent, praemisere, qui Herennio Gallo mandata cohortium exponeret. »nullum sibi bellum adversus Romanos, pro quibus totiens bellissent: longa atque irrita militia fessis patriae atque otii cupidinem esse. si nemo obsisteret, innoxium iter fore: sin arma occurrant, ferro viam in-
5 venturos.« cunctantem legatum milites perpulerant, fortunam proelii experiretur. tria milia legionariorum et tumultuariae Belgarum cohortes, simul paganorum lixarumque ignava sed procax ante periculum manus, omnibus portis erumpunt, ut Batavos numero in pares circumfundant. illi veteres militiae in cuneos congregantur, densi undique et frontem ter-
10 gaque ac latus tuti. sic tenuem nostrorum aciem perfringunt. cedenti- bus Belgis pellitur legio, et vallum portasque trepidi petebant. ibi plurimum cladis: cumolatae corporibus fossae; nec caede tantum et volneribus, sed ruina et suis plerique telis interiire. victores colonia Agrippinensi vitata nihil cetero in itinere hostile ausi Bonnense proelium
15 excusabant, tanquam petita pace, postquam negabatur, sibimet ipsi consuluissent.

(21) Civilis adventu veteranarum cohortium iusti iam exercitus ductor, sed consilii ambiguus et vim Romanam reputans, cunctos qui aderant in verba Vespasiani adigit mittitque legatos ad duas legiones, quae
20 priore acie pulsae in Vetera castra concesserant, ut idem sacramentum acciperent. redditur responsum, »neque proditoris neque hostium se consiliis uti: esse sibi Vitellium principem, pro quo fidem et arma usque ad supremum spiritum retenturos: proinde perfuga Batavus arbitrium rerum Romanarum ne ageret, sed meritas sceleris poenas expectaret.« quae
25 ubi relata Civili, incensus ira universam Batavorum gentem in arma rapit.

1 propinguerant (corr. 1m.) herennio 4 occurrant 5 cunctantem dett.: Cuncte perpulerant | fortunā (for et ā in rasura) plii 6 legionariū (corr. 1m.) belgarū (super g scr. i 1m.) 7 Ignavia (ut editio princeps) 8 erumpunt dett.: rumpunt (prorumpunt Ritter) 11 ballū (corr. 1m.) 12 cumolatę (corr. 1m.) cędi 13 interiire dett.: interiire 14 Agrippinensi Meiser: agrippinensiū bonense plii 16 cōsuluis- sent 23 supmū spm arbitrum alii 24 romanorū merita pęnas 25 Insens; (corr. 1m.) armā (notam del. 1m.)

leg. I. ad Aram Ubiorum fuerant. Ann. 1, 39. Ukert Gallien p. 519. — perpulerant — experiretur] cf. c. 64 postulamus a vobis, muros coloniae — detrahatis. Drüger Syntax § 144. — tumultuariac] raptim et ad hoc solum bellum conscriptae. Ann. 1, 56. — veteres militiae] ut Ann. 1, 20: vetus operis ac laboris. — tergaque ac latus] expectes potius tergumque ac latera, ut c. 12 tergum ac latera circumluit. Ann. 1, 50 frontem ac tergum vallo, latera

concaedibus munitis. — colonia Agrippinensi] sic ubique dicit, non colonia Agrippinensium: c. 55 et 63 in colonia Agrippinensi, 1, 56. 4, 25. 56. 63 coloniam Agrippinensem. syll. ū ex sequenti vocabulo (vitata) orta videtur. 21. arbitrium — ne ageret] cf. Ann. 13, 14 velut arbitrium regni agebat. Livius 24, 45, 4 libera de quoque arbitria agere, 44, 15, 5 arbitria belli pacisque agere. Curtius 6, 1, 19 agere arbitria victoriae, 8, 1, 34 victoriae

iunguntur Bructeri Tencterique et excita nuntiis Germania ad praedam famamque. (22) adversus has concurrentis belli minas legati legionum, Munius Lupercus et Numisius Rufus, vallum murosque firmabant. sub-
versa longae pacis opera, haud procul castris in modum municipii extracta, ne hostibus usui forent. sed parum provisum, ut copiae in
5 castra conveherentur: rapti permisere. ita paucis diebus per licentiam absumpta sunt, quae adversus necessitates in longum suffecissent. Civilis medium agmen cum robore Batavorum obtinens utramque Rheni ripam, quo truculentior visu foret, Germanorum catervis complet, adsultante per
campos equite. simul naves in adversum amnem agebantur. hinc ve-
10 teranarum cohortium signa, inde depromptae silvis lucisque ferarum imagines, ut cuique genti inire proelium mos est, mixta belli civilis externique facie obstupefecerant obsessos. et spem obpugnantium augebat amplitudo valli, quod duabus legionibus situm vix quinque milia arma-
torum Romanorum tuebantur. sed lixarum multitudo turbata pace illuc
15 congregata et bello ministra aderat. (23) pars castrorum in collem leniter exurgens, pars aequo adibatur. quippe illis hibernis obsideri premique

1 bructeri (corr. 1m.) 4 longe imodū 5 ut Lipsius: ui 8 utrumque Lipsius 10 anen 11 deprompte luisque (ad hunc versum signa — imagines recens manus adnotat in margine d. a. — desunt aliqua?) 12 ciuili 14 quinque]. V. 15 Romanorum om. det. 17 p̄miq;]

arbitrium agis. — Bructeri] vide Ann. 1, 51. — Tencterique] 13, 56.

22. concurrentis] Bipontini iungunt recte, opinor, concurrentis minas et concurrentis pro vulg. concurrentes scriptum putant, quia quae concurrant plura sint. RUPERTI. Cornelissen ex Verg. Aen. 8, 637 consurgere bellum suspicatur consurgentis belli. — in modum municipii extracta] aedificia, quae postulante usu annecti solebant stativis castris aut hibernis legionum; lixis, mercatoribus, advenis aliis deversoria. vocabantur haec procestria. DUEBN. vocabulum est apud Festum Ed. Muell. p. 225. sed in Gloss. Labb.: Procastris, οὐκ ἔχοντα πρὸ παρεμβολῆς, castris. cf. Lipsium Mil. Rom. 5, 1. Opp. III. p. 137. — copiae] intellege cibaria; rapti scil. copias. — utramque Rheni ripam] Lipsius utrumque scribens intellegit supra infraque castra militem locatum. »Pichena vulgatam scripturam defendit. nihil sane inest, quod emendationem requirat. exciti nuntiis Germani undique advolant: alii catervis superato Rheno occupant ripam laevam, alii in dextra remanent illos secuturi.« WALTHER.

— silvis lucisque] silvae et luci coniunguntur tamquam synonyma vel ut sit ἐν δὲ δὲ δὲ δὲ. sic in Germ. 9. iungit lucos ac nemora. c. 10: nemoribus ac lucis. c. 45: nemora lucosque, WALTH. — ferarum imagines] ursorum luporumque. cf. Germ. 7 effigiesque et signa quaedam detracta lucis in proelium ferunt. — duabus legionibus situm] positum, κελμενον. capiebat igitur circiter XII milia cum copiis auxiliariibus. — armatorum Romanorum] militum legionariorum, praeter auxiliares, a quibus firma fides expectari non poterat. et Romanis statim opponuntur lixae, qui ferme provinciales erant atque inermes, unde armatos Romanos imbellis turba (c. 23) potius impediabat ac turbabat. opponuntur item c. 23 servitia, quorum fluxa fides. voc. Romanorum ἐναργεῖας h. l. causa a Tacito ipso positum puto. quamquam fatendum armatos simpliciter dici 2, 87. 88. 3, 13. 33. 23. leniter exurgens] sic Caesar B. G. 7, 19: collis erat leniter ab infimo adclivis. alibi Tacitus clementer, ut Ann. 13, 38: colles erant clementer adsurgentes. Germ. 1. — obsideri premique] reprimi, cohiberi, Germanorum in-

Germanias Augustus crediderat, neque umquam id malorum, ut obpugnatum ultro legiones nostras venirent. inde non loco neque munimentis labor additus: vis et arma satis placebant. Batavi Transrhenanique, quo discreta virtus manifestius spectaretur, sibi quaeque gens consistunt, 5 eminus lacescentes. post ubi pleraque telorum turribus pinnisque moenium irrita haerebant et desuper saxis vulnerabantur, clamore atque impetu invasere vallum, adpositis plerique scalis, alii per testudinem suorum. scandebantque iam quidam, cum gladiis et armorum incussu praecipitati sudibus et pilis obruuntur, praeferoce initio et rebus secun- 10 dis nimii. sed tum praedae cupidine adversa quoque tolerabant. machinas etiam, insolitum sibi, ausi. nec ulla ipsis sollertia: perfugae captivique docebant struere materias in modum pontis, mox subiectis rotis propellere, ut alii superstantes tanquam ex aggere proeliarentur, pars intus occulti muros subruerent. sed excussa ballistis saxa stravere 15 informe opus. et crates vineasque parantibus adactae tormentis ardentes hastae, ultroque ipsi obpugnatores ignibus petebantur, donec desperata vi verterent consilium ad moras, haud ignari paucorum dierum inesse alimenta et multum inbellis turbae. simul ex inopia proditio et fluxa servitorum fides ac fortuita belli sperabantur. (24) Flaccus interim cognito castrorum obsidio et missis per Gallias, qui auxilia concirent, lectos

1 aũg 7 tustudinē 8 scutorum *Fr. Walter* scandebanq; 14 occulti^s
(s del. 1m.) muro 16 astę (h praescr. 2m.)

cursus arceri posse. — neque umquam] duram constructionem vocat Ernestius; sane vulgaris scriptor sic potius dixisset: »neque umquam id malorum oriturum, eventurum, fore cet.« — non loco] situi naturali, qui etiam extra munimenta defensionis aptior reddi poterat. — labor additus] ex Verg. Georg. I 150 *moa et frumentis labor additus.* — Transrhenanique] Bructeri Tencterique imprimis. — sibi quaeque] rursus hoc durius dictum videbatur Ernestio: sed quod clarissimum est, ita vocari non debet. est enim: *pro se quaeque* (ut Liv. 26, 36, 11), *suo quaeque loco, separata ab aliis.* cf. 3, 27 *ut discretus labor fortes ignavosque distingueret atque ipsa contentione decoris accenderentur.* — per testudinem suorum] *Fr. Walter* ex loco Curtii 7, 9, 3 *remigem lorica non indutum scutorum testudine armati protegebant apud Tacitum quoque corrigit per testudinem scutorum.* at multo elegantius et exquisitius dictum est *per testudinem suorum*

quam ieiunum illud *per testudinem scutorum.* alii per scalas escendebant, alii per suos, qui testudinem faciebant, ut homines instar scalarum essent. — nimii] inflati atque superbi, ut Liv. 6, 11, 3 *M. Manlius Capitolinus nimius animi* dicitur. — in modum pontis] confecerunt turres ambulatorias, ut ait Vegetius 4, 17, ex trabibus tabularisque compactas: hae, eodem auctore, circa mediam partem accipiebant pontem factum ex duabus trabibus saeptumque de vimine. iam his ipsis verbis *in modum pontis* significare videtur Tacitus admodum rudes fuisse has machinas nec solita Romanis accuracione constructas, ut clarius mox vocat *informe opus.* — ardentes hastae] falaricae, quae valido praefigebantur ferro: inter tubum et hastile sulphure, resina, bitumine stappisque convolvebantur, infuso oleo, quod incendiarium vocabant. Veget. 4, 18. — ultroque] »atque insuper«, ut saepe.

e legionibus Dillio Voculae duoetvicensimae legionis legato tradit, ut quam maximis per ripam itineribus celeraret, ipse navibus, invalidus corpore, invisus militibus. neque enim ambigue fremebant »emissas a Mogontiaco Batavorum cohortes, dissimulatos Civilis conatus, adsciri in societatem Germanos. non Primi Antonii neque Muciani ope Vespasianum magis 5 adolevisse. aperta odia armaque palam depelli: fraudem et dolum obscura eoque inevitabilia. Civilem stare contra, struere aciem: Hordeonium e cubiculo et lectulo iubere, quidquid hosti conducat. tot armatas fortissimorum virorum manus unius senis valetudine regi. quin potius interfecto proditore fortunam virtutemque suam malo omine exsolverent.« 10 his inter se vocibus instinctos flammavere insuper adlatae a Vespasiano litterae, quas Flaccus, quia occultari nequibant, pro contione recitavit, vinctosque qui attulerant ad Vitellium misit. (25) sic mitigatis animis Bonnam, hiberna primae legionis, ventum. infensior illic miles culpam cladis in Hordeonium vertebat: »eius iussu directam adversus Batavos 15 aciem, tanquam a Mogontiaco legiones sequerentur; eiusdem proditione caesos, nullis supervenientibus auxiliis. ignota haec ceteris exercitibus neque imperatori suo nuntiari, cum adcurso tot provinciarum extingui repens perfidia potuerit.« Hordeonius exempla omnia litterarum, quibus per Gallias Britanniamque et Hispanias auxilia orabat, exercitui 20 recitavit instituitque pessimum facinus, ut epistolae aquiliferis legionum traderentur; a quis ante militi quam ducibus legebantur. tum e seditiosis unum vinciri iubet, magis usurpandi iuris quam quia unius culpa foret.

1 e add. det.: om. 2 navi vectus *Ritter* (navibus vectus *Haase*), pavidus *dett.*
3 ambigę fremebant *Rhenanus*: fremebant 10 proditore *Ferretus*: traditore (traditove
Heinsius) omine *dett.*: homine 14 bonā 15 directa 16 magontito (magontiaco
corr. 1m.) 19 exemplaria *dett.* (exempla *Ritter*) 20 britanniāq; et] ex 21 eplę
cum lin. in litt. 1 22 seditiosis (seditiosis *corr. 1m.*)

24. duoetvicensimae legionis] est legio XXII. Primigenia, cf. *W. Pfitzner*, Geschichte der römischen Kaiserlegionen p. 126 et 270. — ipse navibus] scil. sequitur, quod ex verbo celeraret paulo durius subaudiendum est. opponuntur haec Voculae itineri per ripam; additur ratio, cur ipse navigarit, nimirum propter valetudinem infirmam, simulque significatur eum copiasque, quae naves ascenderant, cum Civile pugnare non potuisse, quocirca vires Romanorum iam per se haud nimis validae magis etiam attenuatae sint. — malo omine] quia, si proditorem ducem patiebantur, ipsi noxii et proditione ducis polluti videbantur. *Ritter* et *Ed. Wolff* malum omen ad infaustum

Hordeonii cognomen *Flaccus* referunt, at non erat, cur tum demum hoc omen reformidarent. 25. exemplares] »usum adiectivi *exemplares* ab hac aetate non plane abhorrere efficitur ex Frontonis Epist. 2, 5, ubi ad Antoninum scribit: *exemplares eorum excerptorum nullos feci.* » *PETERSEN* Ann. in Tac. Spec. II. p. 19. — epistolae aquiliferis] quia legenda ad signa id est in principiis. *Spartianus* in Pescennio Nigro 4 ex epistola *M. Antonini*: *itaque missi litteras recitandas ad signa.* LIPS. — usurpandi iuris] causa, ut Ann. 2, 59 et alibi. *DUERN.* Sall. Jug. 88, 4: *quae postquam gloriosa modo neque belli patrandi cognovit.* Liv. 27, 9, 12 *ea prodendi imperii Romani, tradendae Han-*

motusque Bonna exercitus in coloniam Agrippinensem, affluentibus auxiliis Gallorum, qui primo rem Romanam enixe iuvabant: mox valescentibus Germanis pleraeque civitates adversum nos arma *sumpsere* spe libertatis et, si exissent servitium, cupidine imperitandi. gliscebant iracundia 5 legionum, nec terrorem unius militis vincula indiderant. quin idem ille arguebat ultro conscientiam ducis, tanquam nuntius inter Civilem Flaccumque falso crimine testis veri opprimeretur. conscendit tribunal Vocula mira constantia presumque militem ac vociferantem duci ad supplicium iussit. et dum mali pavent, optimus quisque iussis parvare. exim 10 consensu ducem Voculam poscentibus Flaccus summam rerum ei permisit. (26) sed discordes animos multa efferabant: inopia stipendii frumentique et simul dilectum tributaque Galliae aspernantes, Rhenus incognita illi caelo siccitate vix navium patiens, arti commeatus, dispositae per omnem ripam stationes, quae Germanos vado arcerent, eademque de causa minus 15 frugum et plures qui consumerent. apud imperitos prodigii loco accipiebatur ipsa aquarum penuria, tanquam nos amnes quoque et vetera imperii munimenta desererent. quod in pace fors seu natura, tunc fatum et ira dei vocabatur.

Ingressis Novaesium sexta decuma legio coniungitur. additus Voculae 20 in partem curarum Herennius Gallus legatus; nec ausi ad hostem pergere loco, cui Gelduba nomen est, castra fecere. ibi struenda acie, muniendo

3 *sumpsere* *add. Agricola: om.* (armatae *dett.*) 5 indiderant *b²: indiderat*
10 *csensū (notam del. 1m.)* flaccū 11 efferabant *Beroaldus: efferabant* 18 dī = dei
(*deum Nipperdey*) 19 nouesiū xuj (= XVI) 21 cui *add. dett.: om.*

nibali victoriae esse. LIPS. cf. de hoc genetivo qualitatis *Nipperdey-Andresen* ad Ann. 2, 59 *cognoscendae antiquitatis, Dräger Syntax* § 205. — *arma sumpsere*] item 5, 9 *arma potius sumpsere.* — *cupidine imperitandi*] brevissime hoc significat, unam quamque harum Galliarum civitatum hoc spectasse et cupisse, ut deinde ipsa suos per magistratus ceteris imperitaret id est principatum, ἡγεμονίαν, novi imperii Gallici adipisceretur. de qua aemulatione cf. e. 69.

26. *efferabant*] cf. 1, 21 *iuvenem ingenio trucem et longo exilio efferatum.* Livius 15, 26, 10 *adsuetudine mali efferaverant animos.* — *amnes quoque et vetera imperii munimenta*] haec per ἔν δὲ δὸς ἐν et appositionem dicta vel et est ἐξήγητικόν. sic Germ. 29: *ultra Rhenum ultraque veteres terminos imperii.* Agr. 31: de

limite imperii et ripa. ROTH Syn. Tac. p. 47. *Dräger Synt.* § 113. — *ira dei*] scil. Rheni cf. 1, 86 *a fortuitis vel naturalibus causis in prodigium et omen imminuentium cladum vertebatur,* ubi de subita inundatione Tiberis sermo est. — *Novaesium*] oppidum Germaniae in regione Duesseldorfiensi, hodie *Neuss.* Ukert, *Gallien* p. 522. *Dr. Karl Tücking:* Das Römerkastell Novaesium, der fränkische Salhof und die Stadt Neuss. Programm des Gymnasiums zu Neuss. 1891. — *Herennius*] de quo e. 19. — *loco, cui — nomen est*] cf. e. 84 *loco, cui nomen Rhacotis.* — *Gelduba*] oppidum Ubiorum in Germania inferiore prope Rhenum, hodie *Gelb* sive *Gellep* in tractu Duesseldorfiensi. Walckenaer I p. 505 vocat *Geloub.* cf. Ukert *Gallien* p. 522. Plin. 19, 90 *Gelduba appellatur castellam Rheno inpositum.*

vallandoque et ceteris belli meditamentis militem firmabant. utque praeda ad virtutem accenderetur, in proximos Cugernorum pagos, qui societatem Civilis acceperant, ductus a Vocula exercitus; pars cum Herennio Gallo remansit. (27) forte navem haud procul castris frumento gravem, cum per vada haesisset, Germani in suam ripam trahebant. 5 non tulit Gallus misitque subsidio cohortem. auctus et Germanorum numerus paulatimque adgregantibus se auxiliis acie certatum. Germani multa cum strage nostrorum navem abripiunt. victi, quod tum in morem verterat, non suam ignaviam sed perfidiam legati culpabant. protractum e tentorio, scissa veste, verberato corpore, quo pretio, quibus 10 consciis prodidisset exercitum, dicere iubent. redit in Hordeonium invidia: illum auctorem sceleris, hunc ministrum vocant, donec exitium minitantibus exterritus proditionem et ipse Hordeonio obiecit; vinctusque adventu demum Voculae exolvitur. is postera die auctores seditionis morte adfecit: tanta illi exercitui diversitas inerat licentiae patientiaeque. haud 15 dubie gregarius miles Vitellio fidus, splendidissimus quisque in Vespasianum proni. inde scelerum ac suppliciorum vices et mixtus obsequio furor, ut contineri non possent, qui puniri poterant.

(28) At Civilem immensis auctibus universa Germania extollebat, societate nobilissimis obsidum firmata. ille, ut cuique proximum, vastari 20 Ubios Trevirosque, et aliam manum Mosam amnem transire iubet, ut Menapios et Morinos et extrema Galliarum quateret. actae utrobique

2 Cugernorum *Nipperdey:* gugernorum (Cugerni *codex* 5, 16 et *tituli Hensen* 5442. 6726. *Wilms* 1534.) 3 a *add. dett.: om.* (Voculae *Agricola*) 4 remansit *Nipperdey:* permansit 8 arripiunt (*corr. 1m.*) 8/9 tūlmorē 10 p̄tio 13 uictusq; (n *superser. 1m.*) 15 patientieq; 16 dubiq; splendidissim; 21 ubi ostre uirosq; aliam manum *Freinsheim:* alia manu transiri ex transire *corr. 1m.*

— *meditamentis*] praeparationibus, exercitiis, ut 3, 2 *meditatione belli.* — *Cugernorum*] Plin. 4, 106 *Rhenum autem accolentes Germaniae gentium — in Ubis colonia Agrippinensis, Guberni (sic), Batavi.* cf. Zeuss, *Die Deutschen* p. 85. Ukert *Germanien* p. 354. *Gallien* p. 365, qui eos pro Germanis habet. Walckenaer II p. 279 hos inter Rhenum et Scaldim (*Schelde, Escaut*) collocat. Kiepert, *Lehrbuch der alten Geographie* § 454.

27. *illum*] Hordeonium, qui Novaesii remanserat, hunc Hereanium, qui aderat Geldubae. — *gregarius miles Vitellio fidus*] 3, 61 *gregarius miles induruerat pro Vitellio.*

28. *immensis auctibus*] cf. 1, 86 de Tiberi: *immense auctu — plana urbis loca — implevit.*

Plin. 4, 79 *immense aquarum auctu — Hister — in Pontum vastis sex fluminibus evolvitur.* Bene comparavit Acidalius Vell. 2, 40: *huius viri fastigium tantis auctibus fortuna extulit;* ususque eo v. aliquoties Livius, ut 4, 2, 2. — *Menapios*] populum Galliae Belgicae inter Scaldim et Mosam (*Maas, Meuse*). Ukert, *Gallien* p. 373. Walckenaer I p. 501. saepe iunguntur cum vicinis Morinis. *ibid.* p. 440. — *Morinos*] itidem Galliae Belgicae populum ad fretum Britannicum circa *Saint-Omer, Boulogne, Ypres.* Virg. Aen. 8, 727: *Extremique hominum Morini.* Plin. 19, 2: *ultimi hominum existimati Morini.* Pomp. Mela 3, 2: *ultimos Gallicarum gentium Morinos, atque eodem sensu h. l. Tacitus Morinos et extrema Gal-*

praedae, infestius in Ubiis, quod gens Germanicae originis eiurata patria Romano nomine Agrippinenses vocarentur. caesae cohortes eorum in vico Marcoduro incuriosius agentes, quia procul ripa aberant. nec quievere Ubi, quo minus praedas e Germania peterent, primo inpune, dein circumventi sunt, per omne id bellum meliore usi fide quam fortuna. contusis Ubiis gravior et successu rerum ferocior Civilis obsidium legionum urgebat, intentis custodiis, ne quis occultus nuntius auxilii penetraret. machinas molemque operum Batavis delegat: Transrhenanos proelium poscentis ad scindendum vallum ire detrusosque redintegrare certamen iubet, superante multitudine et facili damno. nec finem labori nox attulit: (29) congestis circum lignis accensisque, simul epulantes, ut quisque vino incaluerat, ad pugnam temeritate inani ferebantur. quippe ipsorum tela per tenebras vana: Romani conspicuam barbarorum aciem, et si quis audacia aut insignibus effulgens, ad ictum destinabant. intellectum id Civili et restincto igne misceri cuncta tenebris et armis iubet. tum vero strepitus dissoni, casus incerti, neque ferendi neque declinandi providentia. unde clamor acciderat, circumagere corpora, tendere artus.

2 Romano nomine Lipsius: romanorum nom (nomine dett.) [Romanorum nomen] Gruter agrippinensens (corr. 1m.) 3 uicos (s del. 1m.) 6 gauior (r superscr. 1m.) 8 penetrarent (corr. 1m.) mo||laq; (corr. 1m.) 9 pliu 11 ecestis 13 perspicua (corr. 1m.) 14 et fulgens 16 casus incerti b: in Mediceo a 2m. corsus Incepti. „Scilicet hoc lectionis monstrum in ultimo versu columnae exaratum est in frustulo membranae ibi agglutinato ab homine, qui archetypi litteras recte legere non poterat, unde scripsit or pro a, ptti pro rti.“ sic rectissime Baier. Prior Mediceae scriptura agglutinatione cooperta est. (concurus incerti Heraeus) 17 circūageret (t del. 1m.) artus Lipsius: arcus (acrius Orelli, intendere ictus Weissenborn)

liarum. RUP. Ukert, Gallien p. 376. Walckenaer I. p. 437. Kiepert § 455 et 457. — quod — Agrippinenses vocarentur] Germ. 28 ne Ubi quidem, quamquam Romana colonia esse meruerint ac libentius Agrippinenses conditoris sui nomine vocentur, origine erubescunt, transgressi olim et experimento fidei super ipsam Rheni ripam collocati, ut arcerent, non ut custodirentur. — Marcoduro] vico Ubiorum in Germania inferiore, in tractu Aquisgranensi (Aachen) ad Rhuram, hodie Dueren, Durem. Ukert, Gallien p. 540. Kiepert § 454. — meliore usi fide quam fortuna] 3, 1 meliore fato fideque. — legionum] quae obtinebant castra Vetera. — Batavis delegat] quia hi ex militia Romana melius aliquanto quam Transrhenani artem machinas struendi callebant. — facili damno] parum enim Civilis Gallus curabat auxiliorum

Transrhenanorum damna. cf. Ann. 2, 85 de Iudaeis in Sardiniam missis: et si ob gravitatem caeli interissent, vile damnum. 29. congestis circum lignis accensisque] scilicet haec gesta mense Octobri exeunte, quoniam quidem nuntius Cremonensis proelii mox has in regiones pervenit. c. 31. — simul epulantes] inter epulas, Graeca structura: ἄμα δεκπυόντες. DUEBN. »Tout en prenant leur repas ils courent se battre.« BURNOUR. — circumagere corpora, tendere artus] scripturam Mediceae arcus falsam esse Lipsius ex rerum veritate, Ernesti ex lege grammatica docuerunt. tendere artus est: porrigebant brachia cum telis, si forte hostem ferirent. saepe corpora et artus iunguntur. cf. 2, 70 lacera corpora, trunci artus. Germ. 20 in hos artus, in haec corpora — exorescunt. 30 duri-

nihil prodesse virtus, fors cuncta turbare, et ignavorum saepe telis fortissimi cadere. apud Germanos inconsulta ira: Romanus miles periculis gnarus ferratas sudes, gravia saxa non forte iaciebat. ubi sonus molientium aut adpositae scalae hostem in manus dederant, propellere umbone, pilo sequi; multos in moenia egressos pugionibus fodere. sic exhausta nocte novam aciem dies aperuit. (30) eduxerant Batavi turrim duplici tabulato, quam praetoriae portae (is aequissimus locus) propinquam promoti contra validi asseres et incussae trabes perfringere multa superstantium pernicie, pugnatumque in percussos subita et prospera eruptione. simul a legionariis peritia et arte praestantibus pluram struebantur. praecipuum pavorem intulit suspensum et nutans machinamentum, quo repente demisso praeter suorum ora singuli pluresve hostium sublime rapti verso pondere intra castra effundebantur. Civilis omissa expugnandi spe rursus per otium adsidebat, nuntiis et promissis fidem legionum convellens.

(31) Haec in Germania ante Cremonense proelium gesta, cuius eventum litterae Primi Antonii docuere, addito Caecinae edicto; et praefectus cohortis e victis, Alpinus Montanus, fortunam partium praesens fatebatur. diversi hinc motus animorum: auxilia e Gallia, quis nec amor neque odium in partes, militia sine adfectu, hortantibus praefectis statim a Veltellio desciscunt: vetus miles cunctabatur. sed adigente Hordeonio Flacco,

2 apud | apud (prius del. 1m.) 3 gnarus d²: Ignarus 5 moenia sed a ex e corr. 1m. 6 faciem Meiser 7 equissim; locū 8 Incusse 9/10 prospere ruptione 10 prestantibus 13 infra 14 expugnandi Ruperti: obpugnandi 16 pliu 17 cecine 18 victis Rhenanus: uictus 19 motus corr. ex moti 1m. 20 militia Rhenanus: militiē

ora genti corpora, stricti artus. 46 corpora atque artus ferarum gerere. — exhausta nocte] cum labore transacta. DUEBN. — novam aciem dies aperuit] Agric. 38 proximus dies faciem victoriae latius aperuit. unde conicias hoc quoque loco faciem scribendum esse. cf. 3, 30 nova laborum facies, ardua urbis moenia, saepeae turres. hic quoque novam faciem, aspectum turris, praebuit dies.

30. praetoriae portae] cfr. Veget. 1, 23. — verso pondere] machina fuit similis Archimedeae apud Liv. 24, 34. sed est aliquid obscuritatis in verso pondere. nam in sublime rapiuntur pondere tollenonis, e quo manus ferrea pendebat, in solum depresso, ut naves apud Livium. sed rapti in altum deinde dicuntur in castra effusi verso pondere, scilicet conversione quadam ponderis et tollenonis

ipsius, ut manus ferrea castra versus torqueretur, et rapti supra castra penderent atque in castra praecipites darentur, vel machinae totius, verso eius cardine. ERN. Vegetius 4, 21: Tolleno dicitur, quotiens una trabes in terram praealta defigitur, cui in summo vertice alia transversa trabes longior dimensa medietate conecitur eo libramento, ut, si unum capit depresseris, aliud erigatur. cf. Festus in Tolleno p. 356. Muell. — expugnandi spe] Ann. 1, 67 donec expugnandi hostes spe propius succederent.

31. Caecinae] is enim tunc consul. videtur cohortatus esse edicto alias legiones, ut partes Flavianas amplecterentur. ERN. — Alpinus Montanus] Trevir, de quo 3, 35. — militia sine adfectu] 1, 15 adsentatio erga quemcumque principem sine affectu peragitur. Ann. 14,

instantibus tribunis, dixit sacramentum, non voltu neque animo satis adfirmans; et cum cetera iuris iurandi verba conciperent, Vespasiani nomen haesitantes aut levi murmure et plerumque silentio transmittabant. (32) lectae deinde pro contione epistulae Antonii ad Civilem suspiciones militum irritavere, tanquam ad socium partium scriptae et de Germanico exercitu hostiliter. mox adlatis Geldubam in castra nuntiis eadem dicta factaque, et missus cum mandatis Montanus ad Civilem, ut absisteret bello neve externa armis falsis velaret: si Vespasianum iuvare adgressus foret, satisfactum coeptis. ad ea Civilis primo callide: post ubi videt Montanum praeferozem ingenio paratumque in res novas, orsus a questu periculisque, quae per quinque et viginti annos in castris Romanis exhausisset, »egregium« inquit »pretium laborum recepi, necem fratris et vincula mea et saevissimas huius exercitus voces, quibus ad supplicium petitus iure gentium poenas reposco. vos autem Treveri ceteraque servientium animae, quod praemium effusi totiens sanguinis expectatis nisi ingrati militiam, immortalia tributa, virgas, secures et dominorum ingenia? en ego praefectus unius cohortis et Canninefates Batavique, exigua Galliarum portio, vana illa castrorum spatia excidimus vel saepta ferro fameque premimus. denique ausos aut libertas sequetur aut victi idem erimus.« sic accensum, sed molliora referre iussum dimittit: ille ut inritus legationis redit, cetera dissimulans, quae mox erupere. (33) Civilis parte copiarum retenta veteranas cohortes, et quod e Germanis maxime prom-

3 aut plerique *L. Spengel* transmittabat (n *superscr.* 1m.) 4 Lectae ex lectae
corr. 1m. eple cum *lin. in litt.* 1 6 gelduban 7 absistere 8 arma *Lipsius*
9 ceptis montanū ex montan; corr. 1m. 12 ptiū recipi 13 seuissimas lurg
14 pēnas uos aū treueri 17 canne fates 18 septa 19 p̄mim; 20 molji
ora re ferre

27 ignoti inter se — sine affectibus mutuis. —
verba conciperent] »ita, ut praebantur verba,
pronuntiarent.« verbum proprium in iure
iurando; unde Livius 43, 16, 15 *conceptis*
verbis iurare. eadem formula mox c. 41.
ERN. sic Livius 1, 32: *concipere ius iurandum.*

32. externa] sunt hostilia, hostilis animus,
ut alibi (1, 79, 3, 5 et infra c. 72). »Ne
specie belli pro Vespasiano gerendi hostilem
adversus Romanos animum tegere conaretur.«
ERN. — egregium — recepi] Ernestius putat esse
imitationem Verg. Aen. 4, 93: *Egregiam vero*
laudem et spolia ampla refertis. — vincula mea] cf. c. 13. — ceteraque servientium animae] cf.
2, 92 *servilia ingenia.* Verg. Aen. 11, 372

nos animae viles. Iuvenal. 8, 254 *plebeiae*
Deciorum animae, plebeia fuerunt nomina. —
immortalia] ne semel quidem unquam remissa.
— *ingenia]* semper mutabilia ac plerumque
servientibus iniqua, *Laumen, caprices.* — *en*
ego] Horatius Sat. 1, 1, 15 *si quis deus 'en*
ego' dicat iam faciam quod voltis'. — *vana*
illa castrorum spatia] c. 22: *amplitudo vallis,*
quod duabus legionibus situm vix quinque milia
armatorum Romanorum tuebantur. — *accensum]*
ad libertatem Galliarum duce Civile re-
cuperandam. — *inritus legationis]* Velleius 2,
63, 2 *inritus consilii gladio se ipse transfexit.*
Curtius 6, 5, 31 *ne se inritam spei abire*
pateretur. cf. Dräger Syntax § 71, b.
33. parte copiarum retenta] ut Vetera castra

ptum, adversus Voculam exercitumque eius mittit, Iulio Maximo et Claudio Victore, sororis suae filio, ducibus. rapiunt in transitu hiberna alae Asciburgii sita; adeoque improvisi castra involavere, ut non adloqui, non pandere aciem Vocula potuerit. id solum, ut in tumultu, monuit, subsignano milite media firmare. auxilia passim circumfusa sunt. eques prorupit exceptusque compositis hostium ordinibus terga in suos vertit. caedes inde, non proelium. et Nerviorum cohortes metu seu perfidia latera nostrorum nudavere. sic ad legiones perventum; quae amissis signis intra vallum sternebantur, cum repente novo auxilio fortuna pugnae mutatur. Vasconum lectae a Galba cohortes ac tum accitae, dum castris propinquant, audito proeliantium clamore intentos hostis a tergo invadunt latioremq̄ quam pro numero terrorem faciunt, aliis a Novaesio aliis a Mogontiaco universas copias advenisse credentibus. is error Romanis addit animos, et dum alienis viribus confidunt, suas recepere. fortissimus quisque e Batavis, quantum peditum erat, funduntur: eques evasit cum signis captivisque, quos prima acie corripuerant. caesorum eo die in partibus nostris maior numerus et inbellior; e Germanis ipsa robora. (34) dux uterque pari culpa meritis adversa prosperis defuere. nam Civilis si maioribus copiis instruxisset aciem, circumiri a tam paucis cohortibus nequisset castraque perrupta excidisset: Vocula nec adventum hostium exploravit eoque simul egressus victusque; dein victoriae parum

2 victores (s *del.* 1m.) 7 cedes plū 10 leete 11 pliantū intentos
det.: Intento 12 nūmero (*notam del.* 1m.) 13 magontiaco 14 Romanis *add. dett.:*
om. (is) nostris *Loh. Müller*] 15 funduntur] trucidantur *Nipperdey,* conciduntur *Halm*
16 cesorum 17 et] set *Madvig*

obsidione porro premeret. — rapiunt] »ce-
leriter magnoque cum impetu adoriuntur atque
capere conantur.« sic Liv. 6, 23, 5: *qui*
adveniens castra urbesque primo impetu raperē
sit solitus. — Asciburgii] oppidi Germaniae
inferioris sive potius Galliae Belgicae, ad
Rhenum, *Asberg,* vicus inter Geldubam et
Vetera. cf. Ukert, *Gallien* p. 522. *Walle-*
naer I. p. 505. Kiepert § 454. — subsignano]
legionario, ut 1, 70, ubi vide; atque hanc
veram esse significationem demonstrant verba
sic ad Legionēs perventum. — terga in suos
vertit] βραχυλογία pro: »fugam ceperunt
eamque direxerunt suos versus, non aliorum.«
— Vasconum] populus erat Hispaniae Tar-
raconensis, ubi nunc Catalonia est et regnum
Navarraeum. Kiepert § 427. — intentos]
scilicet in milites, qui in castris. Liv. 2, 53,

2: pars Romanos toto impetu intentos in castra
adoriuntur. ERN. — funduntur] scil. humi, ut
hoc loco idem sit, quod caeduntur, sternuntur,
ut sequens v. evasit satis demonstrat. Ann.
12, 13 *reperiunturque fusae passim ferae* (ubi
fusae = caesae). Verg. Aen. 9, 722 *Pandarus*
ut fuso germanum corpore cernit. Propertius
5, 10, 8 *cuspidē fundis (= sternis).* Curtius
7, 7, 35 *magna strage eos fuderat.* recte igitur
Servius ad Verg. Aen. 2, 421 adnotat: *fud-*
dimus modo fugavimus, alibi interemimus
significat. — maior numerus et inbellior] saepe
et ponitur, ubi nos set expectamus, cf. c. 43
hinc multi bonique, inde pauci et validi. Dräger,
Syntax § 113.

34. circumiri] acies, non Civilis; nam ipse
Civilis non aderat. cf. seqq. et c. 33. init.
RUP. — nec — exploravit] nec pro ne —

confisus tritis frustra diebus castra in hostem movit, quem si statim impellere cursumque rerum sequi maturasset, solvere obsidium legionum eodem impetu potuit. temptaverat interim Civilis obsessorum animos, tanquam perditae apud Romanos res et suis victoria provenisset: 5 circumferebantur signa vexillaque; ostentati etiam captivi. ex quibus unus egregium facinus ausus clara voce gesta patefecit, confossus illico a Germanis; unde maior indici fides. simul vastatione incendiisque flagrantium villarum venire victorem exercitum intellegebatur. in conspectu castrorum constitui signa fossamque et vallum circumdari Vocula iubet: 10 depositis impedimentis sarcinisque expediti certarent. hinc in ducem clamor pugnam poscentium; et minari adsueverant. ne tempore quidem ad ordinandam aciem capto incompositi fessique proelium sumpsere. nam Civilis aderat, non minus vitis hostium quam virtute suorum fretus. varia apud Romanos fortuna et seditiosissimus quisque ignavus: quidam 15 recentis victoriae memores retinere locum, ferire hostem, seque et proximos hortari et redintegrata acie manus ad obsessos tendere, ne tempori deessent. illi cuncta e muris cernentes omnibus portis prorumpunt. ac forte Civilis lapsu equi prostratus, credita per utrumque exercitum fama vulneratum aut interfectum, inmane quantum suis pavoris et hostibus 20 alacritatis indidit: sed Vocula omissis fugientium tergis vallum turrisque castrorum augebat, tanquam rursus obsidium immineret, corrupta totiens victoria non falso suspectus bellum malle. (35) nihil aequae exercitus nostros quam egestas copiarum fatigabat. impedimenta legionum cum inbelli turba Novaesium missa, ut inde terrestri itinere frumentum advehe- 25 rent: nam flumine hostes potiebantur. primum agmen securum incessit, nondum satis firmo Civile. qui ubi rursus missos Novaesium frumentato-

1 triti 6 illico *Freinsheim*: illic 12 Incompositi plii 13 virtutes (s. del. 1m.) 18 labu 19 Inmanē 21 Immineret 22 falsos Nichil

quidem, cf. *Dräger* Syntax § 119. — *nam Civilis aderat*] sensus est: miles Romanus pugnare festinabat, nam Civilis quoque urgebat et instabat, cum Romanorum imprudentia callide uteretur. — *seditiosissimus quisque ignavus*] expectes *ignavissimus*; at cf. c. 27 *splendidissimus quisque in Vespasianum proni*. — *credita — fama*] cf. Ann. 6, 35: *fama tamen occisi falso credita*. — *inmane quantum*] 3, 62 *inmane quantum aucto animo*. — *castrorum*] Veterum. — *corrupta totiens victoria*] tot victoriis non usus, ut poterat atque debebat. *Il avait tant de fois laissé échapper*

la victoire Louandre; contra ausus est retinere imaginem Thierry III p. 402: *Tant de victoires qu'il gâtait le firent soupçonner de vouloir éterniser la guerre*. — *bellum malle*] quam hostem celeriter debellare semelque rem transigere.

35. *impedimenta legionum*] id est carri et iumenta. — *cum inbelli turba*] cum lixis, calonibus, militibus minus strenuis. — *primum agmen*] sunt frumentatores primum missi, diversi a frumentatoribus rursus missis. — *nondum satis firmo*] nondum prorsus sanato a concussione corporis orta ex illo equi lapsu.

res datasque in praesidium cohortes velut multa pace ingredi accepit, rarum apud signa militem, arma in vehiculis, cunctos licentia vagos, composuit invadit, praemissis, qui pontes et viarum angusta insiderent. pugnatum longo agmine et incerto Marte, donec proelium nox dirimeret. cohortes Geldubam perrexere, manentibus, ut fuerant, castris, quae re- 5 lictorum illic militum praesidio tenebantur. non erat dubium, quantum in regressu discriminis adeundum foret frumentatoribus onustis percussisque. addit exercitui suo Vocula mille delectos e quinta et quinta decima legionibus apud Vetera obsessis, indomitum militem et ducibus infensum. plures quam iussum erat profecti palam in agmine fremebant non se 10 ultra famem, insidias legatorum toleraturos. at qui remanserant, desertos se abducta parte legionum querebantur. duplex hinc seditio, aliis revocantibus Voculam, aliis redire in castra abnuentibus. (36) interim Civilis Vetera circumsevit: Vocula Geldubam atque inde Novaesium concessit. Civilis capit Geldubam; mox haud procul Novaesio equestri proelio pro- 15 spere certavit. sed miles secundis adversisque perinde in exitium ducum accendebatur; et adventu quintanorum quintadecimanorumque auctae legiones donativum exposcunt, conperto pecuniam a Vitellio missam. nec diu cunctatus Hordeonius nomine Vespasiani dedit, idque praecipuum fuit seditionis alimentum. effusi in luxum et epulas et nocturnos coetus 20 veterem in Hordeonium iram renovant, nec ullo legatorum tribunorumve

4 plii 7 adeundē frumentatoribus; 7/8 percussisque *Ehenanus*: periculisque; 11 remanserat (n. *superscr.* 1m.) 12 se *dett.*: que (derelictos se desertosque *Ritter*) 13 iterum *Nipperdey* 15 [Civilis capit Geldubam] *Urbichs* aut *sed* haud *corr.* 1m. post Novaesio *inserit* Vocula *Gutmann*, post proelio *add.* Romanus *Ritter* equestri] eques noster *Meiser* 15/16 inprospere *Weissenborn* 16 perinde *dett.*: proinde 17 adventū (*notam del.* 1m.) 20 effusi *corr.* ex effus; 1m. cētus

— *pontes et viarum angusta*] ad tramites per paludes factos referenda videntur, ut Ann. 1, 61 *pontesque et aggeres umido paludum et fallacibus campis imponeret*, 63 *pontes longos — angustus is trames vastas inter paludes*. cf. *Völker*: Der Freiheitskampf der Bataver ad hunc locum et *Rein*: Gelduba, das ietzige Gelb, Jahresbericht der Stadtschule zu Crefeld 1851. p. 12 et 16. — *manentibus, ut fuerant, castris*] c. 26. loco, cui *Gelduba* nomen est, castra fecere. — *Vocula*] qui vallo turribusque castrorum Veterum auctis (c. 34) et frumentis eo comportatis Geldubam revertitur. — *aliis*] qui in castris Veteribus relictis erant, *aliis*, qui cum Vocula abibant iique plures quam iussum erat.

36. *prospere certavit*] Civilis. nonnulli decepti a v. seq. *secundis* referebant haec ad Voculam, adeoque eius nomen hic excidisse rebantur. sed Vitellianorum *secunda* erant felix illa eruptio, narrata c. 34 extr., quem successum tamen neglexerat Vocula; *adversa* vero haec Civilis victoria. v. *sed* ut saepissime, non ἀντίθετον, sed merum transitum efficit. recte accepit etiam Thierry III. p. 403. sic Orelli: mihi omnia melius cohaerere videntur, si scribas *eques noster proelio prospere certavit*. nam sic demum apparet vv. *sed miles* (scil. noster) ad Romanos spectare. *proelio certavit simpliciter* dictum est, ut Ann. 15, 10 *ducit legiones quasi proelio certaturus*. Sall. Jug. 81, 3 *proelio sese certaturus*. — in Hor-

obsistere auso (quippe omnem pudorem nox ademerat) protractum e cubili interficiunt. eadem in Voculam parabantur, nisi servili habitu per tenebras ignoratus evasisset. ubi sedato impetu metus rediit, centuriones cum epistulis ad civitates Galliarum misere, auxilia ac stipendia oraturos: 5 (37) ipsi, ut est volgus sine rectore praeceps pavidum socors, adventante Civile raptis temere armis ac statim omissis, in fugam vertuntur. res adversae discordiam peperere, iis, qui e superiore exercitu erant, causam suam dissociantibus. Vitellii tamen imagines in castris et per proximas Belgarum civitates repositae, cum iam Vitellius occidisset. dein mutati in 10 paenitentiam primani quartanique et duoetvicensimani Voculam sequuntur; apud quem resumpto Vespasiani sacramento ad liberandum Mogontiaci obsidium ducebantur. discesserant obsessores, mixtus ex Chattis Usipis Mattiacis exercitus, satietate praedae nec incruenta re: *in* via dispersos et nescios miles noster invaserat. quin et lorica vallumque per fines 15 suos Treveri struxere magnisque in vicem cladibus cum Germanis certabant, donec egregia erga populum Romanum merita mox rebelles foedarent.

(38) Interea Vespasianus iterum ac Titus consulatum absentes inierunt, maesta et multiplici metu suspensa civitate, quae super instantia 20 mala falsos pavores induerat, descivisse Africam res novas moliente L. Pisone. is *pro consule* provinciae nequaquam turbidus ingenio: sed quia

1 ausos (s del. 1m.) 3 redit (i superscr. 1m.) 4 eplis cum lin. in litt. 1
6 ütetur (v superscr. 1m.) 10 penitentia 12 ex Cattis Rhenanus: et caitis 13 incruenta re Meiser: Incruentari (incruentati dett. incruenti Agricola) in add. Lipsius via]
quia Heraeus adispersos 17 fedarent 18 ac titus corr. 2m.: accitus 19 Inier (inierant Haase) instantia (notam del. 1m.) 21 pro consule add. Iac. Gronovius (praerat add. dett.)

deonium iram] de qua iam 1, 9 et passim. — *auxilia ac stipendia*] milites et pecuniam, quae in stipendiis militum consumeretur. ERN. 37. e superiore exercitu] e legionibus quarta et duoetvicesima. — *ad liberandum — obsidium*] pro solito solvendum vel oppidum obsidione liberandum. — *Usipis*] semel apud Tacitum Ann. 1, 51 *Usipetes* vocantur, omnibus aliis locis *Usipi*. — *Mattiacis*] Ann. 11, 20 *in agro Mattiaco*. Plinius 31, 20 *sunt et Mattiaci in Germania fontes calidi trans Rhenum* (Aequae Mattiacae = Wiesbaden). — *nec incruenta re*] hoc aperte latet in Medicei scriptura *incruentari* cf. Ann. 13, 37 *posse illi regnum stabile et res incruentas contingere*. Hist. 3, 69 *re trepida*. Ovidius metri necessitate coactus

semel *incruentatus* pro *incruentus* dixit (Metam. 12, 497 *inque cruentatus Caeneus*), Tacitus, ut alii historici, *incruentus*. — *loricam*] ut Ann. 4, 49, *Brustwehr* vel, ut significantius etiam Helvetii, *Landwehr*, un *retranchement* et *une palissade* Louandre. — *per fines suos*] cf. Ukert, *Gallien* p. 363. de vestigiis huius valli, quae hodie extant ab Andernaco usque in agrum Luceburgensem, cf. *Völker* ad h. l.

38. *consulatum*] a. u. 823., post Chr. 70. Vespasianus consul suffectus fuerat a. u. 804. DUEBN. — *L. Pisone*] filius L. Pisonis consulis cum Nerone a. u. 810, p. Chr. 57 Ann. 13, 31, nepos L. Pisonis consulis p. Chr. 27 Ann. 4, 62, pronepos Cu. Pisonis et Plan-

naves saevitia hiemis prohibebantur, volgus alimenta in dies mercari solitum, cui una ex re publica annonae cura, clausum litus, retineri com- meatus, dum timet, credebat, augmentibus famam Vitellianis, qui studium partium nondum posuerant, ne victoribus quidem ingrato rumore, quorum cupiditates externis quoque bellis inexplebiles nulla umquam civilis victoria 5 satiavit. (39) Kalendis Ianuariis in senatu, quem Iulius Frontinus praetor urbanus vocaverat, legatis exercitibusque ac regibus laudes gratesque decretae; et Tettio Iuliano praetura, tanquam transgredientem in partes Vespasiani legionem deseruisset, ablata, ut in Plotium Griphum transferretur; Hormo dignitas equestris data. et mox eiurante Frontino Caesar Domi- 10 tianus praeturam cepit. eius nomen epistulis edictisque praeponebatur, vis penes Mucianum erat, nisi quod pleraque Domitianus instigantibus amicis aut propria libidine audebat. sed praecipuus Muciano metus e Primo Antonio Varoque Arrio, quos recentes clarosque rerum fama ac militum studiis etiam populus fovebat, quia in neminem ultra aciem saevierant. 15 et ferebatur Antonius Scribonianum Crassum egregiis maioribus et fraterna imagine fulgentem ad capessendam rem publicam hortatus, haud defutura conscriptorum manu, ni Scribonianus abnuisset, ne paratis quidem corrumpi facilis, adeo metuens incerta. igitur Mucianus, quia propalam opprimi Antonius nequibat, multis in senatu laudibus cumu- 20 latum secretis promissis onerat, citeriorem Hispaniam ostentans discessu

1 seuitia 2 re publica] rep 2/3 cōmeatūs (notam super u del. 1m.) 4 ne lac. Gronovius: nec] 5 nullā (notam del. 1m.) 8 decretae Tettio Orelli: tito 10 cesar 11 cepit eplis cum lin. in litt. 1 12 mucianū corr. ex mucian; 1m. 13 propria corr. ex probria 1m. 15 sevierant 16 maiorib; q; (q; del. 1m.) (moribus Bütticher; moribus maioribusque Ritter, artibus maioribusque Haase) 17 rē.p. 21 decessu Nipperdey

cinæ. — *una — annonae cura*] sic de populo Romano Iuvenalis 10, 80: *duas tantum res anxius optat Panem et circenses*. LIPS.

39. *Frontinus*] est idem Sex. Iulius Frontinus, cuius exstant Strategematon libri III et de aquis urbis Romae libri II. — *regibus*] Sohaemo, Antiocho, Agrippae. cf. 2, 81. — *Tettio Iuliano*] cf. 1, 79, 2, 85. — *Plotium Griphum*] cf. 3, 52. — *Hormo*] Vespasiani liberti. cf. 3, 12, 28. — *eiurante*] scil. praeturae, 3, 37 *inuit eiuravitque* (scil. consulatum), 3, 68 *eiurari ab eo imperium*. — *pleraque Domitianus — audebat*] Suetonius Dom. 1: (praetor) *omnem vim dominationis tam licenter exercuit, ut iam tum, qualis futurus esset, ostenderet*, cet. — *recentes*] *die Helden des Tages* 3, 77 *recens victoria miles*. — *egregiis*

maioribus] 3, 9 *Vipstanus Messalla praerat, claris maioribus, egregius ipse*, unde conicias hic quoque scribendum esse *egregium ipsum maioribusque et fraterna imagine fulgentem*. — *fraterna imagine*] Pisonis Liciniani, a Galba in imperium adoptati. 1, 14, 15. — *corrumpi facilis*] Silius 12, 163 *facilem tutatur adiri planitiem*, Gellius 17, 9, 14 *epistulam facilem legi*. Dräger Syntax § 152, b. — *adeo*] ut 1, 9 multo magis, de qua significatione v. *adeo post ne — quidem* apud Velleium, Tacitum, Curtium cf. Hand, *Turs.* I. p. 154. — *promissis onerat*] item Sall. Iug. 12, 3. Livius 24, 13, 4 *Hannibal conlaudatos eos oneratosque ingentibus promissis domum redire iubet*. Curtius 5, 4, 12 *promissis oneratum et saepius*. — *discessu Olivii Rufi* de

Cluvii Rufi vacuam; simul amicis eius tribunatus praefecturasque largitur. dein postquam inanem animum spe et cupidine inpleverat, vires abolet dimissa in hiberna legione septima, cuius flagrantissimus in Antonium amor; et tertia legio, familiaris Arrio Varo miles, in Syriam remissa; pars exercitus in Germanias ducebatur. sic egesto, quidquid turbidum, redit urbi sua forma legesque et munia magistratum.

(40) Quo die senatum ingressus est Domitianus, de absentia patris fratrisque ac iuventa sua pauca et modica disseruit, decorus habitu; et ignotis adhuc moribus crebra oris confusio pro modestia accipiebatur. referente Caesare de restituendis Galbae honoribus censuit Curtius Montanus, ut Pisonis quoque memoria celebraretur. patres utrumque iussere: de Pisone irritum fuit. tum sorte ducti, per quos redderentur bello rapta, quique aera legum vetustate delapsa noscerent figerentque et fastos adulatione temporum foedatos exonerarent modumque publicis impensis facerent. redditur Tettio Iuliano praetura, postquam cognitus est ad Vespasianum confugisse: Gripho honor mansit. repeti inde cognitionem inter Musonium Rufum et Publium Celerem placuit, damnatusque Publius et Sorani manibus satisfactum. insignis publica severitate dies ne privatim

3 legiones unj. 5 siriā 6 rediit Haase 13 pisonē 14 delapsa ex delapsa
(pr. notam del. 1m.) 9 modice W. Heraeus 17 cognitione 18 masoniū
corr. 1m. (dilapsa dett.) 15 fedatos exonerarent

quo 2. 65 Cluvius comitatus principis (Vitellii) adiectus, non adempta Hispania, quam venit absens. falso igitur Nipperdey decessu pro discessu scripsit. — inanem animum] inanis gloriae et honorum cupiditate captum ideoque facilem deceptu talibus promissis. ERN. — septima] Galbiana, cui praefuerat Antonius Primus (2, 86), unde amor hic memoratus eius hiberna in Pannonia. — tertia] Gallica, non tertia Cyrenaica, quae in Aegypto tunc erat. 5, 1. illa Capuam missa fuerat. c. 3. — familiaris Arrio Varo miles] quia itidem in Syria Arrius sub Corbulone meruerat. 3, 6. — in Germanias] contra Civilem. — legesque] cum ante Muciani adventum in urbem, ut c. 11 dixerat, non leges, non princeps in civitate essent.

40. Domitianus] Domitiani adolescentis laudes habes apud Iosephum B. I. 7, 4, 2. — crebra oris confusio] crebro enim eius os rubore suffundebatur. Agr. 45. Suet. Dom. 18. Plin. Paneg. 48. — Curtius Montanus] de quo

Ann. 16, 28 sq. 33. — de Pisone irritum fuit] haud dubie propter fratrem eius Scribonianum Crassum Muciano suspectum, quia Antonium eum ad capessendam rem publicam hortatus esse ferebatur. c. 39. — aera legum — delapsa] de parietibus, quibus clavis affixa fuerant. alia res est, quam de Vespasiano ipso narrat Suet. 8: aerearum tabularum tria milia, quae simul (cum Capitolio) conflagraverant, restituenda suscepit, undique investigatis exemplaribus. quod Tacitus tradit, factum per senatum ante Vespasiani adventum in urbem; nisi vero error subest. — adulatione] praesertim ludis sacrisque in pessimorum hominum honorem decretis. DUEBN. Ann. 15, 74. 16, 12. — modumque publicis impensis] cf. c. 9. — Gripho honor mansit] etsi Tettio praetura ante in Griphum translata (c. 39) iam reddita erat, nihilominus Griphus eam eiurare iussus non est, sed mansit praetor extraordinarius sive honorarius. — cognitionem] de qua c. 10.

quidem laude caruit. iustam vindictam explesse Musonius videbatur: diversa fama Demetrio Cynicam sectam professo, quod manifestum reum ambitiosius quam honestius defendisset. ipsi Publio neque animus in periculis neque oratio subpeditavit. signo ultionis in accusatores dato petit a Caesare Iunius Mauricus, ut commentariorum principalium potestatem 5 senatui faceret, per quos nosceret, quem quisque accusandum poposcisset. consulendum tali super re principem respondit. (41) senatus inchoantibus primoribus ius iurandum concepit; quo certatim omnes magistratus, ceteri ut sententiam rogabantur, deos testes advocabant nihil ope sua factum, quo cuiusquam salus laederetur, neque se praemium aut honorem 10 ex calamitate civium cepisse, trepidis et verba iuris iurandi per varias artes mutantibus, quis flagitii conscientia inerat. probabant religionem patres, periurium arguebant. eaque velut censura in Sariolenum Voculam et Nonium Attianum et Cestium Severum acerrime incubuit, crebris apud Neronem delationibus famosos. Sariolenum et recens crimen urgebat, 15 quod apud Vitellium molitus eadem foret. nec destitit senatus manus intentare Voculae, donec curia excederet. ad Paccium Africanum transgressi eum quoque proturbant, tanquam Neroni Scribonios fratres concordia opibusque insignes ad exitium monstravisset. Africanus neque fateri audebat neque abnuere poterat: in Vibium Crispum, cuius interrogationi- 20

1 cauruit iustam vindictam Meiser: Iustū Iudiciū (iustum officium Nipperdey) 2 de Demetrio Heraeus 3 abitiosius honestius ex honestū corr. 1m. 4 petit Nipperdey 5 Mauricus Beroaldus: maricus 6 faceret quē | (quē del. 1m.) quē 7 Caesar consulendum Nipperdey talis 8 cepit 10 cusquā (post cu superscr. in 2m.) lederetur premiū 11 cepisset 12 flagitiis (s del. 1m) 13 arguebant (pr. a eras.) 16 destit 16/17 Intentaret (t del. 1m.) 19/20 audebat

— iustam vindictam explesse] Ann. 14, 35 adesse tamen deos iustae vindictae. 13, 43 satis expleta ultione. cf. infra signo ultionis — dato, c. 6 ea ultio, incertum maior an iustior, c. 10 motis ad ultionem animis. Curtius 7, 5, 35 iusta ultio — non crudelitas. — diversa fama] scil. extitit vel orta est Demetrio, ut non opus sit de aidere. — Demetrio] de quo Ann. 16, 34. — Iunius Mauricus] Agric. 45. Plinii amicus, qui de eo Epp. 1, 5, 4, 22: Iunius Mauricus, quo viro nihil firmius, nihil verius. — commentariorum principalium] in quos negotia principum cotidiana memoriae causa referebantur atque imprimis accusationes et indicia. Ann. 13, 43. Suet. Calig. 15. — consulendum — principem] quia ista Maurici

sententia ad senatum relata temptata forent arcana imperii, ut ait Ann. 2, 36.

41. magistratus, ceteri] ii senatores, qui magistratus erant, sententias non rogabantur, sed sponte ipsi censebant, ceteri rogabantur. Nipperdey ad Ann. 3, 17. — probabant — arguebant] cum singuli iurarent, patres vultu, voce, manu indicabant, quis verum, quis falsum iuravisset; laudabant innocentes, noxios vituperabant. — manus intentare] minari se manus illaturos, ut 1, 69. Ann. 1, 27. — Scribonios fratres] de quibus Ann. 13, 48. Dio 63, 17: Σκριβώνιοι, 'Ρούφος τε καὶ Πρόκλος, ἀδελφοὶ τε καὶ ἡλικιώται τρόπον τινά ὄντες, καὶ μηδὲν μηδέποτε ἀνευ ἀλλήλων πράξαντες, ἀλλ' ὡσπερ τῷ γένει, οὕτω καὶ

bus fatigabatur, ultro conversus miscendo, quae defendere nequibat, societate culpae invidiam declinavit.

(42) Magnam eo die pietatis eloquentiaeque famam Vipstanus Messalla adeptus est, nondum senatoria aetate, ausus pro fratre Aquilio Regulo deprecari. Regulum subversa Crassorum et Orfiti domus in summum odium extulerat: sponte senum consularium accusationem subisse iuvenis admodum, nec depellendi periculi, sed in spem potentiae videbatur; et Sulpicia Praetextata Crassi uxor quattuorque liberi, si cognosceret senatus, ultores aderant. igitur Messalla non causam neque reum tueri, sed periculis fratris semet opponens flexerat quosdam. occurrit truci oratione Curtius Montanus, eo usque progressus, ut post caedem Galbae datam interfectori Pisonis pecuniam a Regulo adpetitumque morsu Pisonis caput obiectaret. »hoc certe« inquit »Nero non coegit, nec dignitatem aut salutem illa saevitia redemisti. sane toleremus istorum defensiones, qui perdere alios quam periclitari ipsi maluerunt: te securum reliquerat exul pater et divisa inter creditores bona, nondum honorum capax aetas, nihil quod

3 eloquentiq; Vipstanus Chr. Ad. Rupertus: uipstanus 5 deprecari castrorum
sed in marg. crassorum 1m. 6 senum consularium Meiser: e xsc̄ | ([ex SC] Ernesti,
Caesaris Joh. Müller) accusationem det.: accusatio 8 Sulpicia Puteolanus: supplicia
liberis 9 messalla 13 aut salutem Lipsius: austa lutē illā 14 seuitia de-
fensionēs (notam del. 1m.)

τῆ προαιρέσει τῆ τε οὐσίας συμπεφυκότες κτλ. addit deinceps, cum ambo Germaniae prae-fuissent, vocatos a Nerone in Graeciam ibi-que incisis sponte venis perisse. — *miscendo*] »dum iis, quae in Crispum conferebat, admiscet ea, quae abnuere ipse ac defendere non poterat, eaque cum Crispo communicat, impunitatem obtinuit societate alterius«; sic dial. 5: *non patiar Maternum societate plurimum defendi*. ERN. (dicendo communia sibi fuisse ea cum Crispo. DUEBN.) cf. 2, 52 *inter multos societate culpae tutior*. de Crispo cf. 2, 10.

42. *Vipstanus*] cf. 3, 9. — *senatoria aetate*] quae tunc erat annus vigesimus quintus. — *Regulo*] quem saepius insectatur Plinius, ut Epp. 1, 5 (ubi § 14 vocatur omnium bipedum nequissimus) 2, 20. 4, 2, 6, 2. — *Crassorum*] M. Licinius Crassus consul a. 64 p. Chr. (Ann. 15, 33), frater Pisonis Liciniani, a Nerone interfectus erat. cf. 1, 48. Plin. ep. 1, 5, 3. — *Orfiti*] Ser. Cornelius Orfitus consul a. 51 p. Chr. (Ann. 12, 41. 16, 12). de supplicio eius nihil constat. — *sponte* — *accusationem subisse* — *videbatur*] quod Ioh. Müller coniecit *sponte Caesaris*, manifestae

loci sententiae contrarium est: nam Regulus quidem dicebat a Nerone se coactum fuisse, sed sponte, non coactus accusationem subisse videbatur, augebatque iram hominum et indignationem, quod iuvenis admodum senes consulares accusaverat. sic omnia plana sunt simulque apparet, qui *senum consularium* in Medicei scripturam e xsc̄ corrumpi potuerit. recte Müller falsam Madvigii de Latinitate opinionem refellens confert Ann. 11, 29 *delationem subire*. cf. praeterea Plin. ep. 3, 7, 3 de Silio Italico: *laeserat famam suam sub Nerone, credebatur sponte accusasse*. — *senum consularium accusationem*] cf. infra *inlustres senes*, Ann. 6, 23 *consulari seni*. — *depellendi periculi*] ut c. 25 *usurpandi iuris*. — *truci oratione*] Livius 4, 48, 16 *truci oratione in collegas invecit*. — *Curtius Montanus*] cf. c. 40. — *interfectori Pisonis*] 1, 43 duo interfectores Pisonis nominantur, unde concias *interfectoreibus* scribendum esse. — *istorum defensiones*] sese a Nerone ad accusandos viros illustres coactos temporum saevitiae impares fuisse. sic Epprius c. 8. — *te securum*] pauperibus enim a Nerone nihil timendum

ex te concupisceret Nero, nihil quod timeret. libidine sanguinis et hiatu praemiorum ignotum adhuc ingenium et nullis defensionibus expertum caede nobili inuisti, cum ex funere rei publicae raptis consularibus spoliis, septuagies sestertio saginatus et sacerdotio fulgens innoxios pueros, inlustres senes, conspicuas feminas eadem ruina prosterneres; cum segnitiam Neronis incusares, quod per singulas domos seque et delatores fatigaret: posse universum senatum una voce subverti. retinete, patres conscripti, et reservate hominem tam expediti consilii, ut omnis aetas instructa sit, et quo modo senes nostri Marcellum, Crispum, iuvenes Regulum imitentur. invenit aemulos etiam infelix nequitia: quid si floreat vigeatque? et quem adhuc quaestorium offendere non audemus, praetorium et consularem ausuri sumus? an Neronem extremum dominorum putatis? idem crediderant, qui Tiberio, qui Gaio superstites fuerunt, cum interim instabilior et saevior exortus est. non timemus Vespasianum: ea principis aetas, ea moderatio: sed diutius durant exempla quam mores. elanguimus, patres conscripti, nec iam ille senatus sumus, qui occiso Nerone delatores et ministros more maiorum puniendos flagitabat. optimus est post malum principem dies primus.«

1 nichil 3 cede 4 septuagies tertio saginatus b: signatus 6 segnitia
seques 8 p. c. 10 aemulos etiam Acidalius: etiam aemulos 11 quī questoriū
12 ausuri Lipsius: uisu|ri 14 seuior uespanū 15/16 auctores Lipsius 16 p. c.

erat. — *hiatu*] vehementi cupiditate. DUEBN. — *ex funere rei publicae*] intellige atrocem Neronis dominationem, quam audaci imagine cum funere comparat pro solito: »in funesta illa rei publicae calamitate. ceterum figura haud absimili Cic. de Prov. cons. 1 Gabinium et Pisonem vocat *funera rei publicae*. (»Scriptor rem publicam adsimilat homini, qui cecidit in bello et ex quo, dum iacet, spolia capiuntur.« WALTHER.) — *consularibus spoliis*] spolia consularia sunt praemia, quae, eversis per accusationem consularibus, acceperat. ERN. — *retinete*] similiter Cicero Verr. act. 2, 2, 31: *Retinete, retinete hominem in civitate, iudices; parcite et conservate, ut sit, qui nobiscum res iudicet, qui in senatu sine ulla cupiditate de bello et pace sententiam ferat*. — *Marcellum*] Epprium, saepius memoratum. — *Crispum*] Vibium. Ann. 14, 28. Hist. 2, 10. cet. — *quaestorium*] ergo summum XXX. annos natus tunc erat. — *diutius durant exempla quam mores*] optime haec interpretatus est Burnouf: »*exempla*, quae edit senatus immortalis, *diutius durant quam mores* principis vel optimi, cuius locum

fieri potest ut brevi occupet malus.« ad exempla cf. Livius 29, 27, 4 *in civitatem Carthaginiensium exempla edendi facultatem detis*. Gellius 7, 14: *tertia ratio vindicandi est, quae παράδειγμα a Graecis nominatur, cum poenitio propter exemplum necessaria est, ut ceteri a similibus peccatis, quae prohiberi publicitus interest, metu cognitae poenae deterreantur*. idcirco veteres quoque nostri exempla pro maximis gravissimisque poenis dicebant. et mores simpliciter dicti sunt saepe boni mores, cf. Curtius 8, 3, 15 *vicit tamen gratiam meriti sceleris atrocitas denuntiarique iussit, ut excederet castris neu licentiae barbarae exemplar in Graecorum mores et mitia ingenia transferret*. Plinius ep. 3, 3, 7: *proinde faventibus diis trade eum praeceptorum, a quo mores primum, mox eloquentiam discat, quae male sine moribus discitur*. Ovidius Trist. 1, 6, 23: *sive tibi hoc mores sunt tibi luce dati*. cf. Gref, Lexicon Taciteum p. 869. — *more maiorum*] quo nudi hominis cervix inserebatur fureae, corpus virgis ad necem caedebatur. Suet. Ner. 49. — *dies*

(43) Tanto cum adsensu senatus auditus est Montanus, ut spem caperet Helvidius posse etiam Marcellum prosterni. igitur a laude Cluvii Rufi orsus, qui perinde dives et eloquentia clarus nulli umquam sub Nerone periculum facessisset, crimine simul exemploque Eprium urgebat ardentibus patrum animis. quod ubi sensit Marcellus, velut excedens curia, »imus«, inquit, »Prisce, et relinquimus tibi senatum tuum: regna praesente Caesare.« sequebatur Vibius Crispus, ambo infensi voltu diverso, Marcellus minacibus oculis, Crispus renidens, donec ad cursu amicorum retraherentur. cum glisceret certamen, hinc multi bonique, inde pauci et 10 validi pertinacibus odiis tenderent, consumptus per discordiam dies.

(44) proximo senatu inchoante Caesare de abolendo dolore iraque et priorum temporum necessitatibus censuit Mucianus pro accusatoribus: simul eos, qui coeptam, deinde omissam actionem repeterent, monuit sermone molli et tanquam rogaret. patres coeptatam libertatem, 15 postquam obviam itum, omisere. Mucianus, ne sperni senatus iudicium et cunctis sub Nerone admissis data inpunitas videretur, Octavium [Sagittam et Antistium Sosianum senatorii ordinis egressos exilium in easdem insulas redegit. Octavius Pontiam Postumiam stupro cognitam et nuptias suas abnuentem inpotens amoris interfecerat; Sosianus pravitate 20 morum multis exitiosus. ambo gravi senatus consulto damnati pulsique, quamvis concesso aliis reditu, in eadem poena retenti sunt. nec ideo lenita erga Mucianum invidia. quippe Sosianus ac Sagitta viles, etiam si

1 adsensū (notam del. 1m.) 3 eloquentie (a suprascr. 1m.) 4 facessisset
7 p̄sentē (notam del. 1m.) serispus (p ex q corr. 1m) 8 ad cursū 13 cēptā
14 cēptatā 16/17 Sagittam Rhēnanus: sabi nū sagittā 18 positū Ināstu procognitā
(postū corr. 1m., stupro iungit 2m.) 21 p̄na

primus] »quo optima quaeque a mali principis successore sperari solent, bona voluntas, altiores animi et libertatis cupiditas exardescunt; interiecto autem tempore omnis animorum impetus elanguescit.« cf. 1, 4, 2, 10.

43. Marcellum] ut delatorem Thræseae; quam actionem Helvidius gener iam Galba imperante tentaverat; vide supra c. 6. DUEBN. quem exitum tandem Eprius habuerit, ad a. u. 832. narrat Dio 66, 16. post insidias Vespasiano amico et fautori structas κριτεῖς ἐν τῷ συνεδρίῳ καὶ καταδικασθεὶς ἀπέτεμε τὸν λαμπρὸν αὐτὸς ἑαυτῷ ἔφυγῶ. — Cluvii Rufi] qui Neronem comitatus erat in peregrinatione bistrionali (Suet. N. 21. Dio 63, 14.) adeoque,

si eius favore abuti voluisset, quemcunque facile pervertere poterat. — perinde dives] ac Marcellus et aequae clarus eloquentia. — Caesare] Domitiano. — Crispus renidens] de quo Iuvenalis 4, 81: Venit et Crispi iucunda senectus. Cuius erant mores qualis facundia, mite Ingenium. Superstes igitur hic delator sub Domitiano.

44. inchoante] incipiente relationem, quae continuata et plenius exposita est a Muciano. cf. c. 41. — necessitatibus] eo rerum statu (sub Nerone maxime), quo plurimi ex sua voluntate agere non poterant. DUEBN. — prolize] favorabiliter simul et copiose. — Octavium cet.] de quibus Ann. 13, 44. 14, 48.

reverterentur: accusatorum ingenia et opes et exercita malis artibus potentia timebantur.

(45) Reconciliavit paulisper studia patrum habita in senatu cognitio secundum veterem morem. Manlius Patruitus senator pulsatum se in colonia Seniensi coetu multitudinis et iussu magistratum querebatur; 5 nec finem iniuriae hic stetisse: planctum et lamenta et supremorum imaginem praesenti sibi circumdata cum contumeliis ac probris, quae in senatum universum iacerentur. vocati, qui arguebantur, et cognita causa in convictos vindicatum, additumque senatus consultum, quo Seniensium plebes modestiae admoneretur. isdem diebus Antonius Flamma Cyrenen- 10 sibus accusantibus damnatur lege repetundarum et exilio ob saevitiam.

(46) Inter quae militaris seditio prope exarsit. praetorianam militiam repetebant a Vitellio dimissi, pro Vespasiano congregati; et lectus in eandem spem e legionibus miles promissa stipendia flagitabat; ne Vitelliani quidem sine multa caede pelli poterant: sed immensa pecunia 15

1 reuerterte] rentur 4 patrūitūs (notam del. 1m.) (Patruinus Lipsius) 5 cētu
6 sup̄morū 7 p̄sentis ibi 10/11 Cyrenensibus dett.: cyrensis; 11 accusantibus post
Flamma add. Warm (post Cyrenensibus Heraeus) seuitiā 12 pretorianā 15 caede]
mercede Ritter et Weissenborn depelli Halm post immensa pecunia in Mediceo ordo
turbatus est, quem restituit Agricola: post pecunia enim sequitur ferunt ne eriminantium
(c. 52) usque ad defuisse crede (c. 53) deinde tanta uis hominum (c. 46) usque ad sermone

45. Patruitus] »fortasse Patruinus, quod nomen in Symmachi epistolis plus semel leges.« LIPS. et ter apud Gruterum; nusquam Patruitus. — senator] nullo adhuc honore functus, ut Ann. 3, 36. — pulsatum se] grande prisca illis moribus delictum, nam nec convicio senatorem aspergere licebat impune. Arnobius 4, 34: magistratum in ordinem redigere, senatorem aut convicio prosequi suis esse decrectis periculosissimum poenis. LIPS. Ulpianus Dig. 47, 10, 5, 1: inter pulsationem et verberationem hoc interest, ut Ofilius scribit: verberare est cum dolore caedere, pulsare sine dolore. — in colonia Seniensi] Plinius n. h. 3, 51: intus (in Etruria) coloniae Falisca Argis orta, — Lucus Feroniae, Rusellana, Seniensis, Sutrina. est Sena Julia, hodie Siena. cf. Kiepert § 351. — coetu multitudinis] in seditioso plebis concursu. ERN. — supremorum] funeris. facile in his agnosces illius temporis petulantiam ac licentiam municipalem, cuius et alibi supersunt vestigia, praesertim in Petronio. facetum est, quod hic adnotavit Ferlet: »Il paraît que ce Patruitus, ayant été blessé des coups qu'il avait reçus à Sienna,

s'était mis au lit; et que là, pour ajouter l'insulte aux mauvais traitements, on lui avait fait ce que la femme fit à son mari plongé dans l'ivresse: à son reveil il trouve l'attirail de la mort à l'entour de son corps, un luminaire, un drap des morts.« cf. fabulae Aesopicae 108 (Halm). — Cyrenensibus accusantibus] cf. Ann. 12, 22 damnatus et lege repetundarum Cadius Rufus accusantibus Bithynis. 13, 30 absolutus Cestius Proculus repetundarum Oretensibus accusantibus. 13, 33 accusante Asia. 14, 28 Vibius Secundus — accusantibus Mauris repetundarum damnatur atque Italia exigitur. Plinius ep. 2, 11, 2: Marius Priscus accusantibus Afris — indices petiit.

46. a Vitellio dimissi] cf. 2, 67. — in eandem spem] praetorianae militiae, facillioris utique ac magis quaestuosae propter amplius stipendium. — ne Vitelliani quidem] praetoriani, qui pro Vitellio antea pugnarant et ad Narniam (3, 68) et ad Bovillas (4, 2) in deditionem accepti erant. — sine multa caede] multa caedes facta esset, si vis in obstinatos et resistentes adhibita esset. — pelli] scil. ex praetorio, exturbari (Ann. 14, 31 pellabant

tanta vis hominum retinenda erat. ingressus castra Mucianus, quo rectius stipendia singulorum spectaret, suis cum insignibus armisque victores constituit, modicis inter se spatiis discretos. tum Vitelliani, quos apud Bovillas in deditionem acceptos memoravimus, ceterique per urbem et urbi vicina conquisiti producuntur prope intecto corpore. eos Mucianus diduci et Germanicum Britannicumque militem, ac si qui aliorum exercituum, separatim adsistere iubet. illos primus statim aspectus obstupescerat, cum ex diverso velut aciem telis et armis trucem, semet clausos nudosque et inlucie deformes aspicerent. ut vero huc illuc distrahi coepere, metus per omnes et praecipua Germanici militis formido, tanquam ea separatione ad caedem destinarentur. prensare commanipularium pectora, cervicibus innecti, suprema oscula petere, ne desererentur soli neu pari causa disparem fortunam paterentur; modo Mucianum, modo absentem principem, postremum caelum ac deos obtestari, donec Mucianus cunctos eiusdem sacramenti, eiusdem imperatoris milites appellans falso timori obviam iret; namque et victor exercitus clamore lacrimas eorum iuvabat. isque finis illa die. paucis post diebus adloquentem Domitianum firmati iam exceperere: spernunt oblato agros, militiam et stipendia orant. preces erant, sed quibus contradici non posset; igitur in praetorium accepti. dein quibus aetas et iusta stipendia, dimissi cum

orasse (c. 52) tum dicebatur audita interim (c. 54). verbum credebatur igitur (c. 53) in duas partes discriptum erat (credebatur), unde interpolatione dicebatur pro batur ortum est. ad ne criminantium in margine add. 1m.: hinc in alio filio (sic)

4 urbēs (s. del. 1m.) 5 conquisiti corr. ex conquisita 1m. 6 brittanniciūq; 7 separati 9 Inlucie (b in v mut. 1m.) 10 cepere 11 separatione destinaretur pressare Döderlein 12 pectora] dexteras Acidalius Inecti (n superscr. 1m) suprema 13 pauci | causā (pari causa superscr. 2m.) 14 postremo Wölflin 15 eius; Imperatoris] 16 Nanq; 19 preces erant det.: pcesserant

domibus, exturbabant agris). pellere et retinere recte inter se opponuntur, cf. Ann. 5 7 singulos — retinens aut dimittens. — spectaret] usitatius dixisset nosceret, ut causas noscere dicunt et similia. ERN. — memoravimus] c. 2. — formido] quia is exercitus bellum coepit. — prensare commanipularium pectora] Ann. 1, 21 prensare circumstantium genua. — cervicibus innecti] exquisitius pro usitato cervicibus amplecti. sed simul significat artissime amplecti; comparant Doederlein Synon. IV. p. 280. et Bachius προσηύδα. ille subtiliter distinguit Appul. Met. p. 135, 40. Elm.: colloque meo manibus ambabus implexa de amplexus firmitate. — ne desererentur] »a commilitonibus« manifesto supplendum; unde

patet rectam nostram esse distinctionem, quoniam facile intelligitur cum acribus et instantibus illis gestibus verba quoque ad milites fuisse coniuncta. contra hanc inuncturam nescio cur »absurdam« iudicans Walther distinxit petere: ne desererentur et., ut haec iam pendeat e v. obtestari. — caelum ac deos obtestari] Ann. 1, 21 caelum ac deos obtestantur. — firmati] »animo iam confirmato et ad certa postulata proponenda« composito ac praeparato audire Domitiani contionem.« — militiam et stipendia] militiam intellige inter praetorianos et stipendia praetorianorum, qui mox praetorium appellantur, ut recte explicat Perizonius de Praetor. Diss. 2. p. 134. ERN. — aetas] quinquaginta annorum et stipendia legitima

honore, alii ob culpam, sed carptim ac singuli; quo tutissimo remedio consensus multitudinis extenuatur. (47) ceterum verane pauperie an uti videretur, actum in senatu, ut sescenties sestertium a privatis mutuam acciperetur; praepositusque ei curae Pompeius Silvanus. nec multo post necessitas abiit, sive omissa simulatio. abrogati inde, legem ferente Domitiano, consulatus, quos Vitellius dederat, funusque censorium Flavio Sabino ductum, magna documenta instabilis fortunae summaque et ima miscentis.

(48) Sub idem tempus L. Piso pro consule interficitur. ea de caede quam verissime expediam, si pauca supra repetiero ab initio causisque talium facinorum non absurda. legio in Africa auxiliaque tutandis imperii finibus sub divo Augusto Tiberioque principibus proconsuli parebant. mox C. Caesar turbidus animi ac Marcum Silanum obtinentem Africam metuens ablatam proconsuli legionem misso in eam rem legato tradidit. aequatus inter duos beneficiorum numerus et mixtis utriusque mandatis discordia quaesita auctaque pravo certamine. legatorum vis adolevit

1 carp (tim superscr. 1m.) quod 3 sescenties (sexcenties superscr. 2m.)
4 prepositusq; 5 abrogati det.: abroganti 6 flabio (b in v mut. 1m.) 7 et ima
Agricola: etiam 10 supra repetiero Rhenanus: sup petiero 12 [principibus] Opitz
13 G. turbidis (v superscr. 1m.) ac dett.: ad 16 ius (uis superscr. 2m.)

legionarium viginti, praetorianorum sedecim. cf. Ann. 1, 17. 78. — carptim et singuli] carptim, »truppweise« Gerber et Greef: Lexicon Taciteum sub v. carptim significat eos, quibus ignominiosa missio destinata erat, non prius universos unum in locum esse congregatos, et singuli uni cuique eam separatim indictam.

47. an uti videretur] simulatio haec si fuit, id spectabatur, ut immodica postulata, quae passim emergebant, inopiae publicae specie eo facilius reiici possent. comparare licet ipsius Vespasiani dictum apud Suet. 16: sunt contra qui opinentur ad manus et rapinas necessitate compulsam summa aerarii fisci inopia; de qua testificatus sit initio statim principatus, professus »quadringenties millies opus esse, ut res publica stare posset«; ubi nonnulli frustra volebant quadragies. — Silvanus] cf. 2, 86. — legem ferente] relationem faciente in senatu. — funusque censorium] publicum atque honorificentissimum; vide Nipperdey ad Ann. 3, 5. 4, 15. — Flavio Sabino] de cuius caede 3, 74. — magna documenta] ad utrumque refer, ad abrogati — consulatus — funusque — ductum.

— summaque et ima miscentis] Horatius carm. 1, 34, 12 valet ima summis mutare — deus. Aurel. Victor Caes. 33, 4 ita quasi ventis undique saevientibus parvis maxima, ima summis orbe toto miscebantur et sic saepius.

48. L. Piso] cf. c. 38. — supra repetiero] Ann. 16, 18 pauca supra repetenda sunt. Hist. 2, 27 altiore initio — repetam. 4, 5 paucis repetam. — legio in Africa] tertia Augusta 1, 11. 2, 97. — turbidus animi] ut c. 38 turbidus ingenio; contra mente turbida Ann. 16, 1 est, »male sana«, ut Ann. 13, 3 C. Caesaris turbata mens, cf. Bütticher: Lexicon Taciteum sub v. — M. Silanum] Dio 59, 20 haec in rebus Gai mire confudit ac miscet; nec M. Silano proconsule evenisse divisionem hanc vult, sed ipso L. Pisone. vide eum et de hac ipsa caede, ut ait, summo jacinore Plin. Epp. 3, 7, 12. Lips. adde Wesselingium Obs. 1, 17, qui Dionem bene refellit. ERN. de M. Iunio Silano cons. a. p. Chr. 19 cf. Nipperdey ad Ann. 2, 59. — beneficiorum] promotionum ad altiores gradus ex utriusque arbitrio concedendarum. vide

diuturnitate officii, vel quia minoribus maior aemulandi cura; proconsulum splendidissimus quisque securitati magis quam potentiae consulebant. (49) sed tum legionem in Africa regebat Valerius Festus, sumptuosae adolescentiae neque modica cupiens et adfinitate Vitellii anxius. is crebris sermonibus temptaveritne Pisonem ad res novas an temptanti restiterit, incertum, quoniam secreto eorum nemo adfuit et occiso Pisone plerique ad gratiam interfectoris inclinavere. nec ambigitur provinciam et militem alienato erga Vespasianum animo fuisse; et quidam e Vitellianis urbe profugi ostentabant Pisoni nutantes Gallias, paratam Germaniam, pericula ipsius et in pace suspecto tutius bellum. inter quae Claudius Sagitta, praefectus alae Petrianae, prospera navigatione praevenit Papium centurionem a Muciano missum adseveravitque mandata interficiendi Pisonis centurioni data: cecidisse Galerianum consobrinum eius generumque; unam in audacia spem salutis, sed duo itinera audendi, seu mallet statim arma, seu petita navibus Gallia ducem se Vitellianis exercitibus ostenderet, nihil ad ea moto Pisone. centurio a Muciano missus ut portum Carthaginis attigit, magna voce laeta Pisoni omnia tanquam principi continuare, obvios et subitae rei miraculo attonitos, ut eadem adstreperent, hortari. vulgus credulum ruere in forum, praesentiam Pisonis exposcere; gaudio clamoribusque cuncta miscebant indiligentia veri et adulandi libidine. Piso indicio Sagittae vel insita modestia non in publicum egressus est neque se studiis vulgi permisit; centurionemque percunctatus, postquam quaesitum sibi crimen caedemque comperit, animadverti in eum

2 splendidissim; 3 africā (notam del. 1m.) sūptuose 4 cupiens et] sed dett. 9 ostentabat (n superscr. 1m.) 10 suspecto Victorius: suscepto 11 Petrianae Böcking: petriq̄ 13 cecidisse dett.: cecidisse 14 audaciā audiendi 17 oīa (= omnia, omnia Acidalius) 19 exposcerent | (nt del. 1m.) 20 veri Ehenanus: uiri 23 cedemq;

Excursum. — *diuturnitate officii*] nam proconsules fere annui erant; legatorum tempora ex imperatore pendebant. DUEBN. — *securitati — consulebant*] curabant, ne vitam periclitarentur, si in suspicionem imperatoris venissent. Ann. 14, 61 *consuleret securitati*.

49. *Valerius Festus*] de quo 2, 98. — *anxius*] ne quoquo modo in Vitellii exitum implicaretur. — *crebris sermonibus*] 3, 65 *crebris cum Vitellio sermonibus*. — *alienato erga Vespasianum animo*] 2, 97 *quippe integrum illic ac favorabilem proconsulatum Vitellius, famosum inuisumque Vespasianus egerat*. — *in pace suspecto*] quoniam vel in

pace, quietem atque obsequium retinens, tamen suspectus foret Vespasiano ideoque semper extremo periculo expositus. — *alae Petrianae*] cf. 1, 70. *Ios. Vaders*: De alis exercitus Romani, quales erant imperatorum temporibus. Programm des Realgymnasiums zu Münster i. W. 1893. p. 9. — *Galerianum*] Calpurnium, de qua caede cf. c. 11. — *laeta — omnia laeta omnia continuare* significat non nisi laeta, gratulationes ob principatum occupandum plurimas continuo acclamare; opponuntur *dira omnia* 5, 17. cf. 2, 74 *fausta — omnia*. Ann. 11, 15 *et laeta quidem in praesens omnia*. — *quaesitum sibi*] confictum ac praeparatum

iussit, haud perinde spe vitae quam ira in percussorem, quod idem ex interfectore Clodii Macri cruentas legati sanguine manus ad caedem proconsulis rettulisset. anxio deinde edicto Carthaginiensibus increpitis ne solita quidem munia usurpabat, clausus intra domum, ne qua motus novi causa vel forte oreretur. (50) sed ubi Festo consternatio vulgi, centurionis supplicium veraque et falsa more famae in maius innotuere, equites in necem Pisonis mittit. illi raptim vecti obscuro adhuc coeptae lucis domum proconsulis inrumpunt destructis gladiis et magna pars Pisonis ignari, quod Poenos auxiliares Maurosque in eam caedem delegerat. haud procul cubiculo obvium forte servum, quisnam et ubi esset Piso, interrogavere: servus egregio mendacio se Pisonem esse respondit ac statim obruncatur. nec multo post Piso interficitur: namque aderat, qui nosceret, Baebius Massa e procuratoribus Africae, iam tunc optimo cuique exitiosus et inter causas malorum, quae mox tulimus, saepius rediturus. Festus Adrumeto, ubi speculabundus substiterat, ad legionem contendit praefectumque castrorum Caetronium Pisanum vinciri iussit proprias ob simultates, sed Pisonis satellitem vocabat, militesque et centuriones quosdam puniit, alios praemiis adfecit, neutrum ex merito, sed ut obpressisse bellum crederetur. mox Oeensium Leptitanorumque discordias componit, quae raptu frugum et pecorum inter agrestes modicis principiis, iam per arma atque acies exercebantur. nam populus Oeensis multitudine

3 proconsulis ex proconsulē corr. 1m. 9 penos 12 nanq; 13 Massa e dett.: massē 14 inter Wez: in (in causis L. Spengel) 15 adrimeto 16 cetrioniū (cf. Ann. 1, 44) 18 puniit (punit superscr. 2m.) 18/19 obpressisse (nota erasa) 19 Oeensium Lipsius: offensiū leptitanorumq; 20 raptū (notam del. 1m.) ut inter Cornelissen 21 offensis

suam in perniciem. — *sensus h. l. est*, centurionem vulgavisse laetas illas voces ad tentandum Pisonis animum, ut, si alacrem vidisset paratumque ad capessendum imperium, conscientiam criminis in eo magis argueret et sic iustius ac maiore ludibrio eum occideret; Pisonem autem cognito centurionis dolo iussisse in eum animadverti. PICHENA. — *Clodii Macri*] de quo 1, 7.

50. *consternatio*] ut 1, 83. 2, 49. Ann. 1, 39: *audita consternatione*; agitatio, tumultus, concursus in forum ex instinctu et fraude centurionis. — *quisnam*] scil. esset ille obvius. — *egregio mendacio*] cf. Horatius Carm. 3, 11, 35 (de Hypermetra) *splendide mendax*. — *Baebius Massa*] famosissimus delator. ac-

cusatus a Baetica provincia, cuius causam egerunt Senecio et Plinius iunior. Agr. 45. Plin. Epp. 3, 4. 6, 29. 7, 33. Iuvenal. 1, 35. RUP. — *e procuratoribus Africae*] idem quod *procurator Africae*, ut scripsit editio princeps. — *mox*] sub Domitiano. — *Adrumeto*] Ἀδρῦμης, Ἀδρῦμητος oppidum Africae propriae sive septentrionalis, cui postea cognomen Σώζουσα inditum est, unde hodie *Saxa*, cf. Kiepert § 197. — *Oeensium*] populi Africae inter Leptin magnam et Syrtin minorem, ubi h. Tripoli. Silius 3, 256: *Sarranaque Leptis Oeaeque Trinacrios Afris permixta colonos*. — *Leptitanorumque*] Leptis magna, hodie *Lebda*, cf. Kiepert § 193. Sall. Ing. c. 19, 3 (*duae Syrtes interque eas Leptis*) c. 77 sq. —

inferior Garamantas exciverat, gentem indomitam et inter accolas latrocinii fecundam. unde artae Leptitanis res, lateque vastatis agris intra moenia trepidabant, donec interventu cohortium alarumque fusi Garamantes et recepta omnis praeda, nisi quam vagi per inaccessa mapalium 5 ulterioribus vendiderant.

(51) At Vespasiano post Cremonensem pugnam et prosperos undique nuntios cecidisse Vitellium multi cuiusque ordinis pari audacia fortunaque hibernum mare adgressi nuntiavere. aderant legati regis Vologaesii quadraginta milia Parthorum equitum offerentes. magnificum laetumque 10 tantis sociorum auxiliis ambiri neque indigere: gratiae Vologaesio actae mandatumque, ut legatos ad senatum mitteret et pacem esse sciret. Vespasianus in Italiam resque urbis intentus adversam de Domitiano famam accipit, tanquam terminos aetatis et concessa filio egrederetur. igitur validissimam exercitus partem Tito tradit ad reliqua Iudaici belli per- 15 petrandi. (52) Titum, antequam digrederetur, multo apud patrem sermone orasse ferunt, ne criminantium nuntiis temere accenderetur, integrum-

2 arte lepcitanis 8 uologesi 9 milia om. (hic add. b, post equitum dett.)
10 uologeso 13 etatis 15 ante qua (ante quam suprascr. 2m.) 16 ferunt hic
posuerunt Bipontini: vide supra ad cap. 46. in Mediceo interpolate dicebatur (ad dicebatur
et ad ne criminantium signum transpositionis in margine add. 2m.)

Garamantas] populum Africae septentrionalis a Syrtibus meridie versus habitantem. caput gentis fuit Garama in Phazania (hodie Fezzân), cf. Kiepert § 201. Ann. 3, 74 (suffugia Garamantum) 4, 23. 26. pertinet huc Plin. 5, 5, 38: ad Garamantas iter inexplicabile adhuc fuit, latronibus gentis eius puteos — harenis operientibus. proximo bello, quod cum Oeensis gessere initus Vespasiani imperatoris, compendium viae quadridui deprehensum est. — latrocinii fecundam] late exercentem assidua latrocinia. DUEBN. Louandre: nation indomptée, qui désolé le pays par ses brigandages. ad usum v. fecundus cf. Hist. 1, 51: colonia fecunda rumoribus. explicare nolim cum aliis »per latrocinia ditata.« — mapalium] Festus p. 146 ed. Mueller: mapalia casae Punicae appellantur. — Cato Originum libro quarto: mapalia vocantur, ubi habitant: ea quasi cohortes rotundae sunt. Sall. Iug. 18. Verg. Aen. 1, 421 magalia. Glossae Placido adscriptae, rec. Deuerling 1876: magalia quasi magaria, quia mager punica lingua villa dicitur. sunt ergo una littera conmutata l pro r magalia tuguria, id est rotunda aedificiola in

furnorum modum parva, quas alii casas vocant.

51. Vespasiano] Alexandriae commoranti, 2, 82. 3, 48. 4, 81. — adgressi] ingressi inutiliter proposuit Ferretus. recte Walther: »vulgatum quoque se recte habere censuerunt Ernestius et Broterius. debebant adfirmare multo melius se habere adgressi. nam hoc exprimit audaciam, quae fuit in illa navigatione, valetque adgredi de re ardua, hostili, periculosa.« — regis Vologaesii] cf. ad 1, 40. ae in hoc nomine servavit Mediceus 1, 40 et Ann. 15, 7. — quadraginta milia] nec nimis pro illo rege et militia totius gentis equestri. idem numerus in Suetonio C. 6: e regibus Vologaesius Parthus promisit quadraginta milia sagittariorum non pugnât; nempe equites illi sagittarii, ἰπποτοξόται. LIPS. — ambiri] tanta auxilia a socio rege ultro offerri. — ad senatum] tanquam supremum regimen imperii. hac scilicet formula inani speciem veteris rei publicae adversus Parthum sustinendam censebat. — adversam de Domitiano famam] cf. c. 39 et 68: Domitiani indomitae libidines. — concessa filio] c. 2 stupris et

que se ac placabilem filio praestaret. non legiones, non classes proinde firma imperi munimenta quam numerum liberorum. nam amicos tempore fortuna, cupidinibus aliquando aut erroribus imminui transferri desinere: suum cuique sanguinem indiscretum, sed maxime principibus, quorum prosperis et alii fruuntur, adversa ad iunctissimos pertineant. ne 5 fratribus quidem mansuram concordiam, ni parens exemplum praebuisset. Vespasianus haud aequè Domitiano mitigatus quam Titi pietate gaudens bono esse animo iubet belloque et armis rem publicam attollere: sibi pacem domumque curae fore. tum celerrimas navium frumento onustas saevo adhuc mari committit, quippe tanto discrimine urbs nutabat, ut 10 decem haud amplius dierum frumentum in horreis fuerit, cum a Vespasiano commeatus subvenere.

(53) Curam restituendi Capitolii in Lucium Vestinum confert, equestris ordinis virum, sed auctoritate famaue inter proceres. ab eo contracti

1 perinde det. 2 monumenta nurū (me suprascr. 1m.) 5 ali 6 mansurū
7 domitiano 8 RP. 9 cure 10 seuo urs 13 uestinū sed t ex s corr. 1m.
ferte (e del. 1m.)

adulteris filium principis agebat, unde conicias hic quoque filio principis scribendum esse, cum filio per se nimis nude dictum videatur.

52. numerum liberorum] numero liberorum quamvis parvo, nam duo filii Vespasiano sunt, imperium firmatur, orbi principis imperium invalidum est. — indiscretum] inseparabilem; »liberos cuiusque esse ei artissimo vinculo coniunctos ita ut omnia parenti liberisque communia sint.« ERN. — saevo — mari] c. 38 et 1, 79 saevitia maris. — decem haud amplius dierum] Livius 28, 2, 11 duo haud amplius milia pedum. 28, 1, 5 cum decem haud plus milibus militum et sic saepius, cf. Weissenborn ad Livius 30, 27, 10.

53. curam restituendi Capitolii] adfuit igitur Vespasianus, an adfuit? adfuisse Suetonius fortiter dicit c. 8: ipse restitutionem Capitolii aggressus rudibus purgandis manus primus admovit ac suo collo quaedam extulit. Similiter Dio 66, 10: Τὸν τε νεῶν τὸν ἐν τῷ Καπιτωλίῳ εὐρύς οἰκοδομῆν ἤρξατο, αὐτὸς τε τοῦ χοῦ πρώτος ἐκφορήσας καὶ δηλονότι καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ἐπιφανεστάτοις τὸ αὐτὸ τοῦτο ποιῆσαι κελεύσας, ἵνα καὶ τῷ λοιπῷ πλήθει ἀπαράτητον τὸ διακόνημα γένηται. at Taciti verba et narratio aliorum eunt et omnia sunt ut Vespasiano absente. si praesens, cur in alium

transfert? cur ne nominatur quidem? cur cetera omnia, quae temporum serie narrantur, illo absente gesta? ego nihil nisi pugnam manifestam hic video. LIPS. de restituendo Capitolio iam anno superiore in senatu actum. cf. c. 4 et 9. quam parum concordent in omni hoc restituti Capitolii negotio narrando, docet etiam Reimarus ad Dionis 1. 1. OBERL. — L. Vestinum] estne ille, de quo oratione pro Gallis Claudius Caesar?: ex qua colonia (Viennensi) inter paucos equestris ordinis ornamentum L. Vestinum familiarissime diligo. ego puto, idque paulo certius, quam eundem Martiali intellegi 4, 73: Cum gravis extremas Vestinus duceret horas Et iam per Stygias esset iturus aquas, Ultima volentes oravit pensa sorores, Ut traherent parva stamina pulla mora, Iam sibi defunctus caris dum vivit amicis. Moverunt tetricas tam pia vota deas. Tunc largas partitus opes a luce recessit Sequae mori post hoc credidit ille senem. nam hic fuerit potius filius eius; qui videtur e clausula iuvenis obisse. LIPS. cf. Zell et Nipperdey ad Claudii orationem. — contracti haruspices] »cur contracti? nonne Romae hoc quidem tempore collegium haruspicum? vide Ann. 11, 15.« (et quidem haruspicum publicorum LX. cf. Inscr. m. Lat. N. 2291. 2292.)

haruspices monere, ut reliquiae prioris delubri in paludes aveherentur, templum isdem vestigiis sisteretur: nolle deos mutari veterem formam. undecimum kalendas Iulias serena luce spatium omne, quod templo dicabatur, evinctum vittis coronisque; ingressi milites, quis fausta nomina, felicitibus ramis; dein virgines Vestales cum pueris puellisque patrimis matrimisque aqua e fontibus amnibusque hausta perluere. tum Hel-

1 harispices 2 nollet 3 xj kl (cum lineola in litt. l) lucas (s del. 1m.)
om̄ ē (notam super e del. 1m.) 4 vittis dett.: uictis cornisq; (o superscr. 2m.)
distinctionem post cornisq; om. editio princeps 5 uirginis 6 aquatrimis (in margine 2m.
notat patrimis, matrimis, aquatrimis: trimis del. Baiter (trinis Agricola, vivis Jac. Gronovius)
om̄; q; perluere Rhenanus: pluere]

erant sane Romae haruspices hac aetate, sed illi Vestino haud sufficere videbantur, ideoque quotquot supererant in Etruria, unde origo huius disciplinae sacerdotique (rectius dixeris ordinisque. Inscr. m. Lat. 2291.) convocavit. RITTER. — paludes] Ostienses. — undecimum kalendas Iulias] 1, 57 tertium nonas Ianuarias. de accusativo cf. Ritter ad Ann. 6, 50. — fausta nomina] mos religionis praescae. cui magnae curae, ut in his talibus initiis homines praeesent bono nomine, id est, e quorum nominibus captari velut augurium aliquod posset prosperitatis et diuturnitatis. talia sunt Salvius, Longinus, Statorius, Valerius. mala contra, e quibus triste aliquod, infirmum, breve, ut Curtius, Minucius, Furius, Hostilius. Cicero de Div. 1, 45: cum imperator exercitum, censor populum lustraret, bonis nominibus, qui hostias ducebant, eligebantur: quod idem in dilectu consules observant, ut primus miles fiat bono nomine. Plinius 28, 22: publicis lustris etiam nomina victimas ducentium prospera eligimus. tale vaticinium lenonis illius Plautini in Lucride, Persa 4, 4, 73: nomen atque omen quantitatis est pretii: mihi quoque Lucridem confido fore te. adi et Festum in Lacus Lucrinus. LIPS. — felicitibus ramis] id est, e felici arbore (dis grata, interpretatur Macrobius 2, 16) decerptis. Ammianus in religione simili 29, 1, 31: lenteis quidam indumentis amictus —, torulo capiti circumflexo, verbenas felicitis arboris gestans. huic usui maxime laurus. Livius 40, 37, 3: omnes coronati et lauream in manu tenentes supplicaverunt. Hesychius: Ἀΐσακος ὁ κλάδος τῆς δάφνης, ὃν κατέχοντες ὕμνουσιν τοὺς θεούς. LIPS. adde ex Macrobii 1. 1. quercum, aesculum, ilicem, fagum. ceterum scribendum

videtur cum felicitibus ramis. — patrimis] quorum patres matresque etiam tunc vivebant, ἀμφιπάλεις. cf. Marini Atti I. p. 203, ad vv. Tabulae XXIII: PVERIS. INGENVIS PATREMIS. (sic) ET. MATRIMIS. SENATORVM. FILIIS. quod Servius ad Virg. Ge. 1, 31 tradit: ex nuptiis confarreatis patrum et matrum nascebantur, ita fortasse coniungendum est cum altera explicatione Festi p. 126. Müll., ut dicamus tales ad caerimonias adhibitos esse patriciorum liberos ex confarreatis nuptiis progenitos, antiquioribus certe temporibus, postea, cum omnia esset confarreati assuetudo aut inter paucos retenta (Ann. 4, 16.), suffecisse, ut essent pueri ingenui et quidem senatorum filii. longas autem esse paenultimas elucet ex altera forma patrum et matrum, de qua vide Müllerum ad Festum p. 93. — aqua — perluere] sollemni et usitata lustratione, publice privatimque recepta. Tertull. de Bapt. 5: ceterum villas, domos, templa totasque urbes aspergine circumlata aquae expiant passim. huic rei et περιόραντήρια vasa in templis, aqua lustrali plena, qua sacerdotes aut aeditui intrantes aspergerent aut etiam ipsi sese. Sozomenus 6, 6: Θαλλούς τινὰς διαβρόχους κατέχων ὁ ἱερεὺς νόμῳ Ἑλληνικῷ περιέβρανε τοὺς εἰσιόντας. Ovidius Fast. 4, 728: Udaque roratas laurea misit aquas. Asconius in Divinationem: alii delubra dicunt ea templa, in quibus sunt labra corporum abluendorum mortuorum, ut Dodonaei Iovis aut Apollinis Delphici, in quorum delubris lebetes tripodesque visuntur. Fallor, aut v. mortuorum ab inepto glossographo est; nec aliunde delubra derivari vult quam ab illa in templorum vasis aqua ad deluendum. LIPS. in Baiteri mei Pseud-

vidius Priscus praetor, praeunte Plautio Aeliano pontifice, lustrata suovetaurilibus area et super caespitem redditis extis, Iovem Iunonem Minervam praesidesque imperi deos precatus, ut coepta prosperarent sedesque suas pietate hominum inchoatas divina ope attollerent, vittas, quis ligatus lapis innexique funes erant, contigit. simul ceteri magistratus et sacerdotes et senatus et eques et magna pars populi, studio laetitiae conixi, saxum ingens traxere. passimque iniectae fundamentis argenti aurique stipes et metallorum primitiae nullis fornacibus victae, sed ut gignuntur. praedixere haruspices, ne temeraretur opus saxo aurove in aliud destinato. altitudo aedibus adiecta. id solum religio adnuere et prioris templi magnificentiae defuisse credebatur.

(54) Audita interim per Gallias Germaniasque mors Vitelli duplicaverat bellum. nam Civilis omnia dissimulatione in populum Romanum ruere, Vitellianae legiones vel externum servitium quam imperatorem Vespasianum malle. Galli sustulerant animos, eandem ubique exercituum nostrorum fortunam rati, volgato rumore a Sarmatis Dacisque Moesica ac Pannonica hiberna circumsederi; paria de Britannia fingebantur. sed nihil

1 Plautio Ursinus: plauto lustratas 2 suovetaurilibus Lipsius: boue taurilib; aream | et s. caespitē (in margine super 2m.) sextis (corr. 1m.) 3 imperii superscr. 2m. p̄catus ceptas 4 pietates uictas (corr. 1m.) 6 letitia que (q; superscr. 2m.) 7 Inlecte (iniecte superscr. 2m.) 8 et auri que 9 gignuntur det.: signantur harispices 11 credebatur Döderlein: crede (cf. ad cap. 46) 12 et germaniasq; (et om. b) 16 uolgatorum more 17 circū sederit (t del. 1m.) brittannia

asconio p. 101. nunc est abluendorum more Dodonaei cet. — amnibus] quales sint intelligendi, facile colligitur ex Cic. de Nat. D. 3, 20: in augurum precatione Tiberinum, Spinonem, Almonem, Nodinum, alia propinquorum fluminum nomina videmus. — Helvidius Priscus praetor] Domitiani, primi praetoris, quippe urbani, nullae in hac caerimonia partes ideo fuere, quia iam ex urbe tunc profectus esse videtur, in Galliam iter habens. c. 68. — praeunte] precationis carmen de scripto recitante. — Plautio Aeliano] est T. Plautius Silvanus Aelianus, illustris illius aetatis vir, de quo exstat inscriptio ex clarissimo Plautiorum Mausoleo ad Ponte Lucano sito CIL. XIV 3608 = Wilmanns 1145 cf. W. Liebenam, Forsch. zur Verwaltungsgeschichte des römischen Kaiserreichs I. p. 269—272. — redditis extis] verbum est pontificium in hac re pro impositis. Virg. Ge. 2, 194: Lancibus et pandis fumantia reddimus exta, ubi Servius: Reddi dicebantur exta, cum probata et elixa arae superponebantur. quem ad locum cf. Vossium

p. 349. dicebant etiam exta porricere atque exta dare. cf. Marini Atti II. p. 583. ad vv. Tab. XLI: AD. ARAM. EXTAS. (sic) REDDIDIT. PORCILIAE. — Iovem] egregie haec illustrat nummus Vespasiani, in cuius postica templum hexastylon, stauis superne et utrinque exornatum, in cuius medio signum Iovis sedentis, cui ad dextram adstat Minerva, ad laevam Iuno; itemque in lucerna fictili apud Passerium I. p. 29. tres cellae templi Capitolini simili ordine locatae comparent. plura dat ex Titi et Domitiani nummis itemque ex collatis veterum locis Eckhel D. N. VI. p. 327. OBERL. qua occasione allata memorabo notabilem Vespasiani nummum cum inscriptione: S. P. Q. R. ADSERTORI. LIBERTATIS. PVBLLICAE. Akerman I. p. 187. — metallorum primitiae] Gold- und Silberstufen, des métaux vierges Louandre. — victae] pro coctae; nam ignis eleganter dicitur vincere, quae duriora sunt et igni diu resistunt. ENK. 54. audita interim] continuant haec c. 37 narrata. — a Sarmatis Dacisque] est Dacorum

aeque quam incendium Capitolii, ut finem imperio adesse crederent, impulerat. captam olim a Gallis urbem; sed integra Iovis sede mansisse imperium: fatali nunc igne signum caelestis irae datum et possessionem rerum humanarum Transalpinis gentibus portendi superstitione vana Druidae
 5 canebant. incesseratque fama primores Galliarum ab Othone adversus Vitellium missos, antequam digrederentur, pepigisse, ne deessent libertati, si populum Romanum continua civilium bellorum series et interna mala fregissent. (55) ante Flacci Hordeonii caedem nihil prorupit, quo coniuratio intellexeretur: interfecto Hordeonio commeavere nuntii inter Civilem Clas-
 10 sicumque praefectum alae Trevirorum. Classicus nobilitate opibusque ante alios: regium illi genus et pace belloque clara origo; ipse e maioribus suis hostis populi Romani quam socios iactabat. miscuere sese Iulius Tutor et Iulius Sabinus, hic Trevir, hic Lingonus, Tutor ripae Rheni a Vitellio

1 capitoliū (notam del. 1m.; debuit etiam u delere) imperii superscr. 2m.
 3 positionē (unde editio princeps passionem) 4 superstitionē uanā (notas del. 1m.) dru-
 uidę 5 othonē (notam del. 1m.) 12 socios Mercerus: socius 13 ille Trevir Pichena
 Lingon; (Lingo Nipperdey)

tumultus a Muciano repressus, supra 3, 46. DUEBN. — finem imperio] ut Ann. 2, 21: finem bello fore. codd. vulgares h. l. imperii. — Druidae] de quibus Caesar B. G. 6, 13. et supra Ann. 14, 30. Suet. Claud. 25. DUEBN. Consule nunc etiam, non tamen sine necessaria circumspectione, Eckermann *Lehrbuch der Religionsgeschichte* III. p. 1. seqq. quodsi commoditati studes, inspicere Pauly *Real-Encyclopädie* II. p. 1267. nonnullos e stirpe Druidarum posteriore tempore factos esse rhetoras Latinos testatur Ausonius in Commem. profess. Burdigal., ut de Attio Paterna 5, 7: Tu Baiocassi stirpe Druidarum satus, Si fama non fallit fidem, Beleni sacratum ducis e templo genus. item 11, 24. de Phoebio: Qui Beleni aeditus — Stirpe satus Druidum. rem ita expingit Thierry *Histoire des Gaulois* III. p. 406: on vit alors de toutes parts les Druides sortir des retraites sauvages où la persécution de Claude les avait relégués, et reparaitre en triomphe dans les villes, avec les Bardes, les chants prophétiques, les immolations humaines, et l'attirail ressuscité du vieux fanatisme. Donnant aux idées qui travaillaient la multitude, l'autorité de leur parole infailible, ils annonçaient au nom du ciel que l'empire romain était fini; que l'empire gaulois commençait, et que l'heure était venue

où la possession des choses humaines devait passer aux nations transalpines. — primores Galliarum] Walther recte interpretatur »proceres Galliae in urbe praesentes et inde ab Othone missos, ut populares suos adversus Vitellium concitarent«.

55. Hordeonii caedem] c. 36. — Classicumque] primum memoratum 2, 14. — hostis — quam socios] de omisso potius cf. Ann. 1, 58 pacem quam bellum probabam. Draeger Syntax § 181 b. — Iulius Sabinus] Dio 66, 3. — hic — hic] Vividius hoc quam ille — hic. sic etiam Ann. 14, 8: hi — hi. Cic. ad Fam. 9, 16. Verg. Ecl. 4, 55: nec Thracius Orpheus Nec Linus, huic mater quamvis atque huic pater adsit. — Lingonus] cum duo indubitata huius formae praeter hoc Med. exempla exstant apud Martial. 8, 75, 2: Lingonus a Tecta. Flaminiaque recens — Gallus, et in inscriptione nuper in Gallia reperta (Iahn *Jahrbücher* XI. p. 302): DEO. APOLLINI. BORVONI. ET. DAMOENAE. C. DAMINIVS. FEROX. LINGONVS. EX. VOTO., nolui scribere Lingon, etsi Tacitus ubique num. plur. Lingonas vocat. Sed hic, nisi fallor, vitavit duo disyllaba ex proximo ita sibi opposita Trevir, Lingon. (»Nec quemquam fere Tacito heteroclitorum studiosiorem fuisse discas ex Boetticheri Lexico p. 231.« BACH.)

praefectus; Sabinus super insitam vanitatem falsae stirpis gloria incendebatur: proaviam suam divo Iulio per Gallias bellanti corpore atque adulterio placuisse. hi secretis sermonibus animos ceterorum scrutari: ubi, quos idoneos rebantur, conscientia obstrinxere, in colonia Agrippinensi in domum privatam conveniunt: nam publice civitas talibus inceptis abhor-
 5 rebat. ac tamen interfuere quidam Ubiorum Tungrorumque, sed plurima vis penes Treviros ac Lingonas. nec tulere moras consultandi: certatim proclamant furere discordiis populum Romanum, caesas legiones, vastatam Italiam, capi cum maxime urbem, omnis exercitus suis quemque bellis distineri: si Alpes praesidiis firmentur, coalita libertate disceptaturas
 10 Gallias, quem virium suarum terminum velint. (56) haec dicta pariter probataque: de reliquiis Vitelliani exercitus dubitavere. plerique interficiendos censebant turbidos infidos sanguine ducum pollutos: vicit ratio parcendi, ne sublata spe veniae pertinaciam accenderent; adliciendos potius in societatem; legatis tantum legionum interfectis ceterum vulgus
 15 conscientia scelerum et spe impunitatis facile accessurum. ea primi concilii forma, missique per Gallias concitores belli; simulatum ipsis obsequium, quo incautiorem Voculam opprimerent. nec defuere qui Voculae nuntiarent, sed vires ad coerendum deerant, infrequentibus infidisque legionibus. inter ambiguos milites et occultos hostes optimum e praesentibus ratus
 20 mutua dissimulatione et isdem, quibus petebatur, grassari in coloniam Agrippinensem descendit. illuc Claudius Labeo, quem captum et extra

1 Sabin; (Sabinum Weissenborn) 1/2 incendebatur det.: Incendebat 3 secreti
 scrutati Pichena 4 conscientia (notam del. 1m.) obstrinxere 5 publice 9 queng;
 10 disceptaturas Victorius: discepturas (in margine al. despecturas 1m., disceptas b, dispe-
 cturas Rhenanus) 12 reliquis 14 spes — accenderet Ritter aliciendo 16 con-
 scientia (notam del. 1m.) consilii dett. 21 artibus grassari dett. 22 agrippinensem
 Claudius Puteolanus: gladius

— distineri] »occupatum esse atque ideo impediri, quo minus aliis exercitibus opem ferat« cogitat orator potissimum de copiis Flavianis tunc ita distractis, ut partim cum Vitellianis pugnarent, partim bello Iudaico occupatae essent. cf. Ann. 14, 25: Parthi Hyrcano bello distinebantur. — si Alpes praesidiis firmentur] quo audaci et magnanimo consilio et condere et stabilire cogitabant novum Galliarum imperium, haud satis pensitantes, fore ut statim corrueret oppidanis certaminibus (c. 18) singulorumque principum ambitiosa aemulatione. — capi cum maxime urbem] »nunc ipsum rem inibi esse, ut Roma a Flavianis occuparetur«; quo de incepto iam

Tacitus. II.

aliquid inaudierant Galli. quam mire in his verbis vertendis a vero sensu aberrarint interpretes plerique, videbis apud Gutmannum. — disceptaturas] Ann. 2, 51 laetabatur Tiberius, cum inter filios eius et leges senatus disceptaret. 56. pertinaciam accenderent] Galli, qui in concilio consultabant. — primi concilii] cf. c. 64 apud concilium Agrippinensium. de altero Gallorum concilio refert c. 68: Galliarum civitates in Remos convenere. — petebatur, grassari] nihil excidisse e Med. arbitrator, etsi probum per se est supplementum artibus. Liv. 22, 16, 4: nec Hannibalem fefellit suis se artibus peti a Fabio. — descendit] a Mogontiaco. c. 37. — extra motum] hoc

motum amandatum in Frisios diximus, corruptis custodibus perfugit; pollicitusque, si praesidium daretur, iturum in Batavos et potio-rem civitatis partem ad societatem Romanam retracturum, accepta peditum equitumque modica manu nihil apud Batavos ausus quosdam Nerviorum 5 Baetasiolorumque in arma traxit et furtim magis quam bello Canninefates Marsacosque incursabat. (57) Vocula Gallorum fraude inlectus ad hostem contendit nec procul Veteribus aberat, cum Classicus ac Tutor per speciem explorandi praegressi cum ducibus Germanorum pacta firmavere. tumque primum discreti a legionibus proprio vallo castra sua circumdant, ob- 10 testante Vocula »non adeo turbata civilibus armis rem Romanam, ut Treveris etiam Lingonibusque despectui sit. superesse fidas provincias, victores exercitus, fortunam imperii et ultores deos. sic olim Sacrovirum et Aeduos, nuper Vindicem Galliasque singulis proeliis concidisse. eadem rursus numina, eadem fata ruptores foederum expectarent. melius divo 15 Iulio divoque Augusto notos eorum animos: Galbam et infracta tributa hostiles spiritus induisse. nunc hostes, quia molle servitium; cum spoliati

1 motum Meiser: cōmītū (conventum *Agricola*, comneatum *Jacob*, commercium *Haase*, commilitium *Völker*) amandatum 4 quosda 5 canne fates 10 bocula 12 sacrovirū (ū ez o corr. 1m.) 13 hēduos pliiis 14 numina *Rhenanus*: nomina fēderum 16 indidisse *Ritter*

verum videtur pro corrupta Mediceae scriptura extra commentum: nam Claudius Labeo extra motum (aus dem Bereiche des Aufstandes), qui in sinistra Rheni ripa flagraverat, amandatus erat in dextram Rheni ripam, ne ullas in eo motu partes agere posset. vocabulo motus Tacitus saepissime utitur, ut docet *A. Graef* Lexicon Taciteum sub voce (c. 12 id bellum — quanto — gentium motu flagraverit c. 49 motus novi causa c. 63 primo rerum motu c. 69 Vindicis motu). cf. Plinius n. h. 6, 89 extra orbem a natura relegata. — diximus c. 18. — Nerviorum] populi Galliae Belgicae, in ripis fluminis Sabis (*Sambre*), circa Camaracum (*Cambrai*). cf. Zeuss *Die Deutschen* p. 214. Kiepert § 457. — Baetasiolorumque] Zeussio l. l. novo nomine iidem videntur, qui antea Aduatici appellabantur inter Eburones et Nervios. Memorantur etiam a Plinio 4, 106. prope hodiernum *Beetz*. cf. Ukert *Gallien* p. 148. — Marsacosque] Plin. 4, 101 et 106 eos in insulis inter Helinium et Flevum collocat, ut videtur inter eam partem Rheni, quae Lugdunum Batavorum versus fluit et mare Meridionale (*Zwydorzee*). Ukert *Gallien* l. l. *Germanien* p. 370.

57. hostem] Civilem, qui Vetera obsidebat, c. 36. — Sacrovirum] septimo imperii Tiberii anno. Ann. 3, 40 seqq. — Vindicem] Hist. 1, 6. — Galbam et infracta tributa] oratoria arte usus Vocula cum omnibus Gallis communicat, quod proprie non nisi de aliquot eorum populis valebat, qui Vindicem debellarant, quibusque Galba quartam tributorum partem remisera. 1, 51. contra ipsos Treveros ac Lingonas atrocibus edictis aut damno finium idem perculerat. 1, 53. sic plerique interpretantur, etiam Thierry III. p. 411: que c'était Galba, en supprimant leurs tributs, qui leur avait soufflé cet esprit de rébellion. oppositio inter Galbam, qui inconsulto tributa diminuerit, et Iulium atque Augustum, qui ea imposuerint Gallosque omnino adductus habuerint ideo, quod eorum vanitatem rerumque novarum cupidinem probe nossent, hanc interpretationem unice veram esse satis docet. — induisse] scil. iis (Gallis). paulo durius datus omissus est neque tamen sensus ambiguus esse potest. cf. Quintilianus inst. or. 4, 1, 28 fictam orationem induere personis. — nunc hostes] ex seq. v. fore huc eliciendum esse: »nunc Gallos hostes se gerere, quia non

exutique fuerint, amicos fore.« haec ferociter locutus, postquam perstare in perfidia Classicum Tutoremque videt, verso itinere Novaesium concedit: Galli dum milium spatio distantibus campis consedere. illuc commean- tium centurionum militumque emebantur animi, ut (flagitium incognitum) Romanus exercitus in externa verba iurarent pignusque tanti sceleris 5 nece aut vinculis legatorum daretur. Vocula, quanquam plerique fugam suadebant, audendum ratus vocata contione in hunc modum disseruit: (58) »numquam apud vos verba feci aut pro vobis sollicitior aut pro me securior. nam mihi exitium parari libens audio mortemque, in tot malis optimum, ut finem miseriarum expecto: vestri me pudet miseretque, ad- 10 versus quos non proelium et acies parantur (id enim fas armorum et ius hostium est): bellum cum populo Romano vestris se manibus gesturum Classicus sperat imperiumque et sacramentum Galliarum ostentat. adeo nos, si fortuna in praesens virtusque deseruit, etiam vetera exempla deficiunt, quotiens Romanae legiones perire praeoptaverint, ne loco pel- 15 lerentur? socii saepe nostri excindi urbes suas seque cum coniugibus ac liberis cremari pertulerunt; neque aliud pretium exitus quam fides fama- que. tolerant cum maxime inopiam obsidiumque apud Vetera legiones nec terrore aut promissis demoveantur. nobis super arma et viros et egregia castrorum munimenta frumentum et commeatus quamvis longo 20 bello pares. pecunia nuper etiam donativo sufficit; quod sive a Vespasiano sive a Vitellio datum interpretari mavoltis, ab imperatore certe Romano accepistis. tot bellorum victores, apud Geldubam, apud Vetera, fuso totiens hoste, si pavetis aciem, indignum id quidem: sed est vallum murique et trahendi artes, donec e proximis provinciis auxilia exercitus- 25 que concurrant. sane ego displiceam: sunt alii legati, tribuni, centurio

2 novessio (corr. 1m.) 5 roman; (Romani Ritter) (flagitium incognitum Romani exercitus) *Halm*, (flagitium incognitum Romano exercitui) *Heracus* iuraret *L. Spengel* 10 optimum Meiser: hostiū sed h ez u corr. 1m. (del. *Acidalius*, solacium *Th. Kiessling*) 11 pliiū paratur *L. Spengel* 14 vos *Agricola*, *L. Spengel* presens 17 ptiū exitii *Ritter* 18 ueteras 19 vobis *L. Spengel* 21 sufficit *Lipsius*: sufficit 22 interitari 26 concurrant (u superscr. 1m.) displicēār (r del. 1m.)

satis adducto servitio coerciti sint; prompte contra obedituros imperio Romano, simulatque spoliati fuerint.« — dum milium spatio] Caesar b. G. 3, 17 cum *Viridovix* contra eam dum milium spatio consedisset

58. mortemque, in tot malis optimum] cf. *Publilius Syrus* 629 (*Spengel*) ubi omnis vita metus est, mors est optimum. *Ovidius* *Metam.* 9, 182 Mors mihi munus erit. *Herodotus* 7, 46 δ δάνατος μοχθηρῆς δουρῆς τῆς ζόης κατα-

φυγῆ ἀρετωτάτη τῶ ἀνδρωπῶ γέγονε. — ut finem miseriarum] *Cicero* *Catil.* 4 § 7 mortem — laborum ac miseriarum quietem esse. — proelium et acies] Ἐν δὲ δὲ θυόν, idem fere ac iustum proelium. — ius hostium] inter hostes, ut dicitur ius gentium. — adeo nos — pellerentur?] »Fierine potest, ut adeo veterum exemplorum simus immemores cet.? — socii saepe nostri] ut *Saguntini*, *Casilinates* (*Liv.* 23, 19). — sufficit] cf. c. 36. — sane ego]

denique aut miles: ne hoc prodigium toto terrarum orbe volgetur, vobis satellitibus Civilem et Classicum Italiam invasuros. an, si ad moenia urbis Germani Gallique duxerint, arma patriae inferetis? horret animus tanti flagitii imagine. Tutorin Treviro agentur excubiae? signum belli Batavus dabit? et Germanorum catervas supplebitis? quis deinde sceleris exitus, cum Romanae legiones contra derexerint? transfugae e transfugis et proditores e proditoribus inter recens et vetus sacramentum invisi deis errabit? te, Iuppiter optime maxime, quem per octingentos viginti annos tot triumphis coluimus, te, Quirine Romanae parens urbis, precor venororque, ut, si vobis non fuit cordi me duce haec castra incorrupta et intemerata servari, at certe pollui foedarique a Tutore et Classico ne sinatis; militibus Romanis aut innocentiam detis aut maturam et sine noxa paenitentiam. (59) varie excepta oratio inter spem metumque ac pudorem. digressum Voculam et de supremis agitantem liberti servique prohibuere foedissimam mortem sponte praevenire. et Classicus misso Aemilio Longino, desertore primae legionis, caedem eius maturavit: Herennium et Numisium legatos vinciri satis visum. dein sumptis Romani imperii insignibus in castra venit, nec illi, quanquam ad omne facinus durato, verba ultra suppeditavere, quam ut sacramentum recitaret. iuravere qui aderant pro imperio Galliarum. interfectorem Voculae altis ordinibus, ceteros, ut quisque flagitium navaverat, praemiis attollit.

1 hohoc (pr. ho del. 1m.) 3 Infertis (e superscr. 1m.) 4 flagitii imagine (i superscr. 1m.) tutor Intreuro (Tutorine Tac. Gronovius) 5 dabit sed b ex u corr. 1m. et del. Pichena (Gallorum et Ritter) 6 legiones se Madvig, aciem contra Nipperdey, contra aciem Ritter 6/7 proditoris (i del. et e superscr. 1m.) 8 maxime 9 peor 11 fedarique 12 Innocentiam sed t ex s corr. 1m. 13 penitentiam Uarię 14 digressu sed corr. ex digress; 1m. supmis 15 fedissimam 16 legionis 17 legatos sed t ex b corr. 1m.

»fieri utique potest, ut ego displiceam; esto!« — miles: ne hoc] acerbi quid habet haec abruptior oratio: »quem horum vultis, ducem vobis eligit! dummodo ne hoc cet.« — horret animus tanti flagitii imagine] cf. Curtius 9, 6, 12 horret animus cogitatione rei. — Tutorin] cf. Ann. 3, 11 adirecta omni civitate — satin cohiberet ac premeret sensus suos Tiberius. — contra derexerint] scil. aciem aut se RUPERTI. de verbo derigo absolute posito cf. locos, quos Georges (Handwörterbuch) sub voce dirigo affert. ceterum potest etiam corrigi Romani legiones, ut legiones obiectum sit. — octingentos viginti annos] cf. 1, 1. — si vobis non fuit cordi] attulit iam Lipsius locum similem Livii 9, 8, 8: Vos, dii immortales, precor

quaesoque, si vobis non fuit cordi Sp. Postumium, T. Veturium consules cum Samnitibus prospere bellum gerere, at vos satis habeatis vidisse nos sub iugum missos cet.

59. foedissimam mortem] crudelissimam, ab alio et quidem a scelerato desertore oblatam. honestior sane videbatur αὐτοχρηστῶν, unde Tacitus quasi reprehendit nimiam illam servorum fidem. — verba ultra suppeditavere] Classicus prius auxiliaris, subito ut imperator Romanus procedens cum fascibus et securibus, circumdatus aquillis et signis tamen velut propria temeritate exterritus contionari non audet. — altis ordinibus] primorum ordinum centurionem fecit. ERN. primipilum, puto. — flagitium navaverat] minus solite dictum pro

Divisae inde inter Tutorem et Classicum curae. Tutor valida manu circumdatos Agrippinenses, quantumque militum apud superiorem Rheni ripam, in eadem verba adigit, occisis Mogontiaci tribunis, pulso castrorum praefecto, qui detractaverant. Classicus corruptissimum quemque e deditis pergere ad obsessos iubet, veniam ostentantes, si praesentia sequerentur: aliter nihil spei; famem ferrumque et extrema passuros. adiecere qui missi erant exemplum suum. (60) obsessos hinc fides, inde egestas inter decus ac flagitium distrahebant. cunctantibus solita insolitaque alimenta deerant, absumptis iumentis equisque et ceteris animalibus, quae profana foedaque in usum necessitas vertit. virgulta postremo et stirpes 10 et internatas saxis herbas vellentes miseriarum patientiaeque documentum fuere, donec egregiam laudem fine turpi macularent, missis ad Civilem legatis vitam orantes. neque ante preces admissae, quam in verba Galliarum iurarent: tum pactus praedam castrorum dat custodes, qui pecuniam calones sarcinas retentarent atque ipsos leves abeuntes prosequerentur. 15 ad quintum ferme lapidem coorti Germani incautum agmen adgrediuntur: pugnacissimus quisque in vestigio, multi palantes occubere; ceteri retro in castra perfugiunt, querente sane Civile et increpante Germanos, tanquam fidem per scelus abrumperent. simulata ea fuerint, an retinere saevientes nequiverit, parum adfirmatur. direptis castris faces iniciunt; cunctosque, 20 qui proelio superfuerant, incendium hausit. (61) Civilis barbaro voto

1 diuise Indę ualidā (notam del. 1m.) 2 agrippinenses 3 occisi 4 detractaverant editio princeps Classicus (notam del. 1m.) 4/5 quenq; editis (post di superscr. di 1m.) 6 passuris L. Spengel 9 assumptis 10 fedaq; 13 fces qua 14 pact; (sic, non pacti) 15 sacreinas atque Pichena: atqui 16 ferme Wölfliu: fere coorti Rhenanus: cohorti 18 increpantes 19 fuerit 20 direptis — hausit ponit post perfugiunt (v. 18) Haase 21 pilo

»operam in flagitio perpetrando navaverat«, ut 5, 25: bellum navare. v. navare Cicero iungit fere cum vv. operam, studium, rem publicam.

60. profana foedaque] recte Gutmann: unreihe, ekelhafte Thiere, Burnouf immondes et dégoûtans. — miseriarum patientiaeque] »Per ἐν δὴ δούρι dictum pro patientiae miseriarum. quis enim miseriarum documentum fuerit? Nec est in laude egregia, qualem illos tulisse Tacitus dicit, si quis miseria premitur, sed ex patientia sola laus petitur.« ROTH de Syn. apud Tac. p. 37 et 51. quidni simplicius accipias ita: »magnum praebuere exemplum, quisque miseriarum devenire possent mortales simulque egregium patientiae documentum.« — ? — leves] intelliguntur Romani omnibus rebus spoliati, arma dumtaxat retinentes (ut

colligitur ex iis, quae statim sequuntur), sine sarcinis impeditis abeuntes. — coorti Germani] non custodes illi, ut nonnulli accipere, sed alii necopinato ex insidiis prorumpentes. — querente sane Civile] Thierry III. p. 414: Y eut-il perfidie de sa part? y eut-il impuissance de contenir ces hommes sauvages irrités par une longue résistance? c'est ce qui ne fut point éclairci.

61. barbaro voto] patrium et sollemne Germanis hoc votum. Tacitus Germ. 31: Aliis Germanorum populis usurpatum raro et privata cuiusque audentia apud Chattos in consensum vertit, ut primum adoleverint, erinem barbarumque summittere nec nisi hoste caeso exuere votivum obligatumque virtuti oris habitum. Mansit inferiore aevo. et lego apud Paulum

post coepta adversus Romanos arma propexum rutilatumque crinem patrata demum caede legionum deposuit; et ferebatur parvulo filio quosdam captivorum sagittis iaculisque puerilibus figendos obtulisse. ceterum neque se neque quemquam Batavum in verba Galliarum adegit, fisis Germanorum opibus et, si certandum adversus Gallos de possessione rerum foret, inclitus fama et potior. Munius Lupercus legatus legionis inter dona missus Velaedae. ea virgo nationis Bructerae late imperitabat, vetere apud Germanos more, quo plerasque feminarum fatidicas et augescente superstitione arbitrantur deas. tuncque Velaedae auctoritas adolevit: nam pro-
 10 speras Germanis res et excidium legionum praedixerat. sed Lupercus in itinere interfectus. pauci centurionum tribunorumque in Gallia geniti reservantur pignus societati. cohortium alarum legionum hiberna subversa cremataque, iis tantum relictis, quae Mogontiaci ac Vindonissae sita sunt. (62) legio sexta decima cum auxiliis simul deditis a Novaesio in coloniam
 15 Trevirorum transgredi iubetur, praefinita die, intra quam castris excederet. medium omne tempus per varias curas egere, ignavissimus quisque caesorum apud Vetera exemplo paventes, melior pars rubore et infamia: »quale illud iter? quis dux viae? et omnia in arbitrio eorum, quos vitae necisque dominos fecissent.« alii nulla dedecoris cura pecuniam aut ca-

1 coepta 3 figendos 4 quenquā 9 arbitrantur editio princeps: arbitrentur tūncq; (sic) 12 societate (sed. e in i corr. 1m.) 14 XVI. 17 cesorū exemplum L. Spengel

Diaconum Hist. Langobard. 3, 7: *Sex milia Saxonum, qui bello superfuerant, devoverunt se neque barbam neque capillos incisuros, nisi se de Suavis hostibus ulciscerentur.* pulchre igitur et decore Silius Sarmeni Gallo hoc affingit 4, 200: *Occumbit Sarmens, flavam qui ponere victor Caesariem crinemque tibi, Gradive, vovebat.* quin et Romani usurparunt interdum, ut Iulius Caesar, de quo Suetonius 67: *Diligebat quoque (milites) usque adeo, ut audita clade Tituriana barbam capillumque submiserit nec ante demperit, quam vindicasset.* LIPS. *Rutilus comas Tacitus Germanis tribuit Germ. 4. Gallorum inventum esse rutilandis capillis ex sebo et cinere Plinius refert 28, 191. OBERL. Rutilatum hunc crinem pro voti parte habuisse videtur Tacitus, immemor hunc morem haud infrequenter fuisse apud Gallos. — ceterum neque se* Thierry III. p. 415: *Au reste, on remarque que ni lui ni aucun de ses Bataves ne prêtèrent serment à l'empire Gaulois; il avait de vastes projets d'ambition personnelle,*

et n'aspirait pas à moins qu'à dominer à la fois la Germanie et les Gaules. cf. c. 18. equidem potius dixerim Civilem novo isti Galliarum imperio diffusum id unice spectasse, ut Batavi sui auxiliantibus Germanis vicinis, in quos etiam postea auctoritatem suam exerciturus foret, in libertatem vindicarentur, neque obnoxium esse voluisse Gallorum ambitionibus atque perpetuis aemulationum certaminibus. neque eum sane fugere poterant permagna illae difficultates, quae minabantur imperio Galliarum quasque prudenter exponit Tacitus c. 69. — *Velaedae* cf. Germ. 8. Stat. Silv. 1, 4, 90: *Captivaeque preces Velaedae;* quae προσφδία rectori quam Dionis 67, 5 Βελήδρα videtur Grimminio *Mythologie* Ed. II. p. 85. cf. idem p. 374. — *pignus societati* ut A. 1, 3: *subsidia dominationi.* — *Vindonissae* hodie vicus Windisch in Helvetiae pago Argoviensi.

62. legio sexta decima] cf. c. 26. — in coloniam] Augustam Trevirorum. —

rissima sibimet ipsi circumdare; quidam expedire arma telisque tanquam in aciem accingi. haec meditantibus advenit proficiscendi hora expectatione tristior. quippe intra vallum deformitas haud perinde notabilis: detexit ignominiam campus et dies. revolsae imperatorum imagines, inhonora signa, fulgentibus hinc inde Gallorum vexillis; silens agmen et
 5 velut longae exequiae; dux Claudius Sanctus effosso oculo dirus ore, ingenio debilior. duplicatur flagitium, postquam desertis Bonnensibus castris altera se legio miscuerat. et volgata captarum legionum fama cuncti, qui paulo ante Romanorum nomen horrebant, procurrentes ex agris tectisque et undique effusi insolito spectaculo nimium fruebantur.
 10 non tulit ala Picensis gaudium insultantis volgi, spretisque Sancti promissis aut minis Mongontiacum abeunt; ac forte obvio interfectore Voculae Longino, coniectis in eum telis initium exsolvendae in posterum culpa fecere. legiones nihil mutato itinere ante moenia Trevirorum
 15 considunt.

(63) Civilis et Classicus rebus secundis sublatis, an coloniam Agrippinensem diripiendam exercitibus suis permitterent, dubitavere. saevitia ingenii et cupidine praedae ad excidium civitatis trahebantur: obstabat ratio belli et novum imperium inchoantibus utilis clementiae fama; Civilem etiam beneficii memoria flexit, quod filium eius primo rerum motu
 20 in colonia Agrippinensi deprehensum honorata custodia habuerant. sed

1 ipsis Nipperdey 4/5 inhonora Victorius: Inhora | 5 hinc Germanorum Bitter
 6 scs 7 flatii (sic) 11 sancti (super i scr. e 1m) 14 menia 16 agrippinense
 17 seuita 18 ingenii Agricola: ingenti (ingenita Rhenanus) 21 agrippinensi dephensu
 custodia habuerant Wurm: custodiēerant (honorate custodierant dett.)

haec meditantibus] similiter Livius loco de dedicatione ad Furculas Caudinas, allato a Lipsio, 9, 5, 11: *Haec frementibus hora fatalis ignominiae advenit, omnia tristiora experiendo factura. — imperatorum imagines*] eorum, qui inter divos relati erant, D. Iulii, D. Augusti, D. Claudii. — *inhonora*] sic recte Victorius; simile vitium in codice 2, 31 *inhostus* pro *inhonestus* et Ann. 15, 25 *inhosta* pro *inhonesta*. — *dux Claudius*] ducem viae deditis datum intelligi iam a Pichena monitum. is *dirus ore* dicitur ob deformitatem ab effosso oculo. atque hinc intelligi debet alterum *ingenio* etiam *debilior*. nam *debiles* dicuntur capti aliquo membro; itaque nihil aliud est, quam si dixisset »foedus ore, ingenio foedior.« ERN. — *ala Picensina*] nusquam praeterea a Tacito aliisve scriptoribus memorata. verum a. 1834. in via Mogontiaco Vornatiam ducente detectus

est lapis, qui exsculptam prae se fert equitis figuram cum hac inscriptione: *SILIVS. ATTONIS. F. EQ. ALAE. PICENT. AN. XLV. STIP. XXIV. H. F. C. (heres faciendum curavit).* BACH. »In Germania ala exhibetur etiam in diplomatis Vespasiani (C. III. d. 9) et Domitiani (Eph. ep. IV. d. 68) annis 74 et 86 datis. Mogontiaci alam tum egisse concludendum est e duobus titulis prope hoc oppidum (Dienheim et Kastel) repertis (Bramb. 915, 1844). inde in Britanniam deducta est, ubi certe morabatur anno 124 (C. III. d. 30). — nomen alae sumptum esse a Picensio quodam vel Picensi Henzenus putat (Ann. Rhen. 13 p. 77).« *Joseph Vaders*: de alis exercitus Romani, quales erant imperatorum temporibus. Münster 1893 p. 10.

63. honorata custodia habuerant] »apud magistratum aliquem in libera custodia sine

Transrhenanis gentibus invisa civitas opulentia auctuque; neque alium finem belli rebantur, quam si promisca ea sedes omnibus Germanis foret aut disiecta Ubios quoque dispersisset. (64) igitur Tencteri, Rheno discreta gens, missis legatis mandata apud concilium Agrippinensium edi iubent, quae
 5 ferocissimus e legatis in hunc modum protulit: »redisse vos in corpus nomenque Germaniae communibus deis et praecipuo deorum Marti grates agimus; vobisque gratulamur, quod tandem liberi inter liberos eritis. nam ad hunc diem flumina ac terras et caelum quodammodo ipsum clau-
 10 serant Romani, ut conloquia congressusque nostros arcerent, vel, quod contumeliosius est viris ad arma natis, inermes ac prope nudi sub custode et pretio coiremus. sed ut amicitia societasque nostra in aeternum rata sint, postulamus a vobis, muros coloniae, munimenta servitii, detrahatis (etiam fera animalia, si clausa teneas, virtutis obliviscuntur), Romanos omnes in finibus vestris trucidetis (haud facile libertas et domini miscen-
 15 tur): bona interfectorum in medium cedant, ne quis oculere quicquam aut segregare causam suam possit. liceat nobis vobisque utramque ripam colere, ut olim maioribus nostris: quomodo lucem diemque omnibus hominibus, ita omnes terras fortibus viris natura aperuit. instituta cultumque patrium resumite, abruptis voluptatibus, quibus Romani plus adversus

1 auctūq; (notam del. 1m.) 3 Ubios dett.: ubi hos 4 agrippiniensium Inberent
 7 liberi dett.: liber] 8 terras dett.: trā] 11 p̄tio 12 sit dett. 13 fera dett.: uera
 16 utraq; 18 omnes] omnibus L. Spengel Institutū (notam del. 1m.)

vinclis habuerant.« cf. 3, 12 honorata custodia — pervectus 1, 58 in custodia habitus 1, 87 in custodia habitos Ann. 3, 22 cum militari custodia haberentur. — auctuque] refertur ad auctum incolarum numerum et nova aedificia, quibus urbis ambitus continuo extendebatur. — promisca ea sedes] ut Germano cuiuscunque ibi liceret sine ullo impedimento domicilium collocare neque necesse haberet prius ex decurionum decreto aut plebis scito Ubiorum civitate nominatim donari.

64. Tencteri] Ann. 13, 56. Germ. 32, 38. — concilium Agrippinensium] id est, contionem populi Ubiorum, in colonia Agrippinensi habitam. Adamus Brem. lib. IV c. 21: concilio populorum communi, quod ab ipsis (Sueonibus) warh vocatur. cf. Waitz D. Verfassungsgeschichte I. p. 54. — praecipuo deorum Marti] Grimmio Mythologie Ed. II. p. 179 est Zio potius quam Wuotan. cf. apud eundem p. 39. Procop. de bello Goth. 2, 15 de Thulitis sive Scandinavis: τὸν Ἀρῆ ἡδὲν νομίζουσι

μέγιστον εἶναι. — caelum — clauserant] scilicet altitudine murorum vallorumque. FERLET. — inermes] nam Germani nihil neque publicae neque privatae rei nisi armati agunt. Germ. 13. sic ipse memini ante hos quinquaginta annos rusticos Turicenses, quorum pater meus praefectus (Landvoegt) erat, semper gladiis accinctos in vicorum suorum comitia venire Kalendis Maiis. — sub custode] in coloniam igitur intransitibus addebatur miles Romanus, ne quid hostile auderent. — et pretio] hoc quo pertineat, patet e responsione Agrippinensium: Vectigal et onera commerciorum (quae erant inter reditus coloniae) resolvimus; sint transitus incustoditi. — muros — detrahatis] pro vulgari muros diruat. — lucem diemque] ἐν δὴα δνοῖν, ut Livius 7, 36, 6 ad conspiciendam tantam virtutem luce ac die opus est. — abruptis voluptatibus] illico et vel cum violentia remotis atque extinctis, ut 2, 53: abruptis vitae blandimentis, de Othone morituro. — quibus Romani] inter Romanas artes

subiectos quam armis valent. sincerus et integer et servitutis oblitus populus aut ex aequo agetis aut aliis imperitabit. (65) Agrippinenses sumpto consultandi spatio, quando neque subire condiciones metus futuri neque palam aspernari condicio praesens sinebat, in hunc modum respon-
 5 dent: »quae prima libertatis facultas data est, avidius quam cautius sumpsimus, ut vobis ceterisque Germanis, consanguineis nostris, iungeremur. muros civitatis, congregantibus se cum maxime Romanorum exercitibus, augere nobis quam diruere tutius est. si qui ex Italia aut provinciis alienigenae in finibus nostris fuerant, eos bellum absumpsit, vel in suas quisque sedes refugerunt: deductis olim et nobiscum per conubium sociatis,
 10 quique mox provenerunt, haec patria est; nec vos adeo iniquos existimamus, ut interfici a nobis parentes fratres liberos nostros velitis. vectigal et onera commerciorum resolvimus: sint transitus incustoditi, sed diurni et inermes, donec nova et recentia iura vetustate in consuetudinem vertantur. arbitrum habebimus Civilem et Velaedam, apud quos pacta sancientur.« 15 sic lenitis Tencteris legati ad Civilem ac Velaedam missi cum donis cuncta ex voluntate Agrippinensium perpetrare. sed coram adire adloquique Velaedam negatum: arcebantur aspectu, quo venerationis plus inesset. ipsa edita in turre; delectus e propinquis consulta responsaque ut internuntius numinis portabat.

2 alii dett.: aus 5 libertatis (s del. 1m. ?) 7 maxime 9 fuerunt Ritter
 10 societatis (in margine al. sociatis 1m.) 12 nostros om. (supra lineam add. 1m.)
 13 Incustoditis] 14 vetustate in consuetudinem Madvig: In uetustate c̄suetudine (in uetustatam editio princeps, unde in vetusta consuetudine Meiser) 15 uel q̄dā (item 16)
 17 agrippiniensium

fuit ad homines in imperio retinendos mollire vires eorum et per delicias amoenasque voluptates frangere. Agr. 21. LIPS. — ex aequo] ἀπὲ τοῦ ἴσου, sita agetis, ut aliis pares sitis neve in cuiusquam potestatem veniatis.« similiter Agr. 20: civitates, quae in illum diem ex aequo egerant. BACH.

65 deductis olim] Romanos dicit viginti ante annis iussu Agrippinae minoris (Ann. 12, 27) in hanc coloniam condendam deductos. — qui provenerunt] nati e nobis. verbum provenire de prole usurpatum in posteriore Latinitate ut olim proventus de frugibus, floribus, oleo, vineis. — nova et recentia] sic Dial. 6: novam et recentem curam. et iam Cicero ad Fam. 11, 21: (Segulius) res novas quaerit; non quo veterem comederit: nullam enim habuit: sed hanc ipsam recentem novam devoravit; ubi scite Manutius: »Novum est

non quod nuper, sed quod nunc primum habemus; recens vero non quod nunc primum, sed quod nuper. et novum ad rem, recens ad tempus refertur. propterea ut simul utrumque significetur, coniunguntur item a Cicerone pro Flacco 6: lege hac recenti ac nova.« — vetustate in consuetudinem vertantur] cf. Dial. 4 nisi frequens et assidua nobis contentio iam prope in consuetudinem vertisset. Sall. Iug. 85, 9 mihi, qui omnem aetatem in optimis artibus egi, bene facere iam ex consuetudine in naturam vortit. propius ad Medicei scripturam accedit, si corrigas donec nova et recentia iura in vetusta (scil. iura) consuetudine vertantur — edita in turre] varias de eius situ opiniones, incertas omnes, memorat Ledebur Bructerer p. 318. id unum sitam fuisse ad Lupiam fl. probabile fit ex Hist. 5, 22: hostes a se captam praetoriam triremem flumine Lupia

(66) Civilis societate Agrippinensium auctus proximas civitates adfectare aut adversantibus bellum inferre statuit. occupatisque Sunucis et iuventute eorum per cohortes composita, quo minus ultra pergeret, Claudius Labeo Baetasiurum Tungrorumque et Nerviorum tumultaria manu restitit, fretus loco, quia pontem Mosae fluminis anteceperat. pugnabaturque in angustiis ambigue, donec Germani tranatantes terga Labeonis invasere. simul Civilis, ausus an ex composito, intulit se agmini Tungrorum et clara voce »non ideo« inquit »bellum sumpsimus, ut Batavi et Treveri gentibus imperent: procul haec a nobis adrogantia. accipite societatem: 10 transgredior ad vos, seu me ducem seu militem mavultis.« movebatur volgus condebantque gladios, cum Campanus ac Iuvenalis, e primoribus Tungrorum, universam ei gentem dedidere. Labeo antequam circumveniretur, profugit. Civilis Baetasios quoque ac Nervios in fidem acceptos copiis suis adiunxit, ingens rerum, percussis civitatum animis vel sponte inclinantibus.

(67) Interea Iulius Sabinus proiectis foederis Romani monumentis Caesarem se salutari iubet magnamque et inconditam popularium turbam in Sequanos rapit, conterminam civitatem et nobis fidam. nec Sequani detractavere certamen. fortuna melioribus adfuit: fusi Lingones. Sabinus festinatum temere proelium pari formidine deseruit; utque famam exitii 20 sui faceret, villam, in quam perfugerat, cremavit, illic voluntaria morte

1 ciuili societata (a in e corr. 1m.) agripiniensiu 2 sunicis (u suprascr. 1m.)
 4 betasiorum (b ex p corr. 1m.) 6 abigues 7 intulit se dett.: Intulisse 8 Non do
 11 e b: ei (ex alii) 13 betasios (b ex p corr. 1m.) 14 adiunxit percussit
 15 fedderis romanis (s del. 1m.) 16 turba 19 pliu 20 uilla

domum Velaedae traxere. ceterum similiter turre habitasse feruntur Brynhildr et Ietta, mulier vaticiniis inclata, apud Grimm Mythologie Ed. II. p. 85 et 374.

66. adfectare] ambire atque suasionibus suis ad partes amplexandas illicere. — Sunucis] sic scripsi cum corr. Med., quia Plinio 4, 106 etiam sunt Sunuci ab eo collocati inter Tungrorum et Frisiavones: erant Ubiorum vicini Occidentem versus ad Mosam. Zeuss die Deutschen p. 213. Ukert Germanien p. 368. nominis memoria in vico Sinnich comitatus Limpurgensis. — Baetasiurum] cf. c. 56. — pontem Mosae] ut videtur, Traiectum Mosae, Maastricht. — seu me ducem] insidiosa modestia dictum ut a Sallustii Catilina 20, 16: vel imperatore vel milite me utimini. LIPS. — profugit] in avia Belgarum, c. 70. esse paludes Flandrorum prope Brugas coniecit Bucherius Belg. Rom. p. 178 et 184.

OBERL. — ingens rerum] alibi cum ablativo; sic tamen etiam Ann. 1, 69: femina ingens animi Sall. Hist. III 10 Kr., 13 D. ingens ipse virum atque animi. »Si quid mutandum, malle ingens virum« ALEX. RUPERTI.

67. Iulius Sabinus] c. 55. — monumentis] »De στήλας, cippis, columnis tabulisve (δέλτοις), quibus foedus, quod Romani Lingonibus dederant, incisum erat publiceque propositum, eversis et confractis intellige.« GRON. (qui multa foederum cippis insculptorum exempla hic collegit). — fusi Lingones] quia fidem Romanis servaverant. — fusi Lingones] tangit hoc bellum Frontinus Strat. 4, 3, 14: Auspiciis imperatoris Caesaris Domitiani Augusti Germanici eo bello, quod Iulius Civilis in Gallia moverat, Lingonum opulentissima civitas, quae ad Civilem desciverat, cum adveniente exercitu Caesaris populationem timeret, quod contra expectationem inviolata nihil ex rebus suis

interisse creditus. sed quibus artibus latebrisque vitam per novem mox annos traduxerit, simul amicorum eius constantiam et insigne Epponinae uxoris exemplum suo loco reddemus. Sequanorum prospera acie belli impetus stetit: respiscere paulatim civitates fasque et foedera respicere, principibus Remis, qui per Gallias edixere, ut missis legatis in commune 5 consultarent, libertas an pax placeret.

(68) At Romae cuncta in deterius audita Mucianum angebant, ne quanquam egregii duces (iam enim Gallum Annum et Petilium Cerialem delegerat) summam belli parum tolerarent. nec relinquenda urbs sine rectore; et Domitiani indomitae libidines timebantur, suspectis, uti diximus, Primo Antonio Varoque Arrio. Varus praetorianis praepositus vim atque arma retinebat: eum Mucianus pulsum loco, ne sine solacio ageret, annonae praefecit; utque Domitiani animum Varo haud alienum deleniret, Arrecinum Clementem, domui Vespasiani per adfinitatem innexum et gratissimum Domitiano, praetorianis praeposuit, patrem eius sub C. Caesare 15 egregie functum ea cura dictitans; laetum militibus idem nomen atque ipsum, quanquam senatorii ordinis, ad utraque munia sufficere.

4 federa 7/8 ne quanquam Mercerus: nequaquam 9 tolerarent Mercerus: tolerare
 11 uarrus pposito 15 G. 16 egregie letu 17 sufficere (in margine scr. s 2m.)

amiserat, ad obsequium redacta septuaginta milia armatorum tradidit mihi. — suo loco reddemus] in tradendo ultimo Vespasiani anno: sed in hoc ipso primo huius imperatoris anno abrumpuntur Historiae. Epponinae praeclarum facinus Plutarchus narravit in fine Amatorij, quem locum dabimus in Excursu, indicavit Dio 66, 16, qui Peponillam vocat. — principibus] »eius μεταβολας (respiscenciam) vocat Lactantius Inst. 6, 24) initium fecerunt Remi.« — Remis] quorum caput Durocortorum Remorum (Caesar B. G. 6, 44), hodie Reims. Walckenaer I. p. 488. — libertas an pax] opponuntur vere aut libertas — servitus aut bellum — pax, sed ex his oppositis speciosiora vocabula sumpsit.

68. in deterius audita] eadem, etsi rariore, iunctura atque in deterius aucta, credita, trahere, referre passim apud Tacitum (Hist. 2, 52. Ann. 2, 82. 3, 10. cet.) Graeco modo. Polyb. 2, 21: ἡ ἐπὶ τὸ χειρὸν τοῦ δήμου διαστροφή. — ne quanquam egregii] cf. Agric. 16 timor agitabat, ne, quamquam egregius cetera, — durius nasceret. — Cerialem delegerat] »Immo ex Iosepho B. I. 7, 4, 23 proprie non delegerat ipse aut Vespasianus, sed

casu et bona sorte Petilius consul creatus a Vespasiano in Britanniam missus erat. ille vero, audita hac rebellione, opportune supervenit et hostes vicit. notat et Dio 66, 3.« LIPS. — Domitiani indomitae libidines] cf. c. 2. 39. 51. — diximus] c. 39. — Arrecinum Clementem] M. Arrecinus Clemens consul fuit a. u. 826 (p. Chr. 73), cuius sororem Arrecinam Tertullam Titus uxorem duxerat, cf. Suet. Titus 4. Domitian. 11. »nominis forma inter Arrecinus et Arricinus variat in scriptoribus lapidibusque.« IOSEPH KLEIN: Fasti consulares p. 44. Henzen 5429. — per adfinitatem innexum] item Ann. 6, 36 per adfinitatem innexus erat. — quamquam senatorii ordinis] »Suetonium igitur culpae quis purgat, scribentem Titum primum et senatoris praetorio praefectum? in Tito 6: Praefecturam quoque praetorii suscepit, nunquam ad id tempus nisi ab equite Romano administratam. occulte adsentitur Plinius Praef. operis: Dum illud patri pariter et equestri ordini praestas, praefectus praetorio eius. tamen Tacitus palam adfirmat Clementem hunc Arrecinum et praefectum et senatorem fuisse. adde quae notavimus ad Ann. 4, 40.« LIPS. Interpretes

adsumuntur e civitate clarissimus quisque et alii per ambitionem. simul Domitianus Mucianusque accingebantur, dispari animo, ille spe ac iuventa properus, hic moras nectens, quis flagrantem retineret, ne ferocia aetatis et pravis impulsoribus, si exercitum invasisset, paci belloque male consuleret. legiones victrices octava, undecima, Vitellianarum unaetvicensima, e recens conscriptis secunda Poeninis Cottianisque Alpibus, pars monte Graio traducuntur; quarta decima legio e Britannia, sexta ac decima ex Hispania accitae.

Igitur venientis exercitus fama et suoapte ingenio ad mitiora inclinantes Galliarum civitates in Remos convenere: Trevirorum legatio illic operiebatur, acerrimo instinctore belli Iulio Valentino. is meditata oratione cuncta magnis imperiis obiectari solita contumeliasque et invidiam in populum Romanum effudit, turbidus miscendis seditioibus et plerisque gratus vaecordi facundia. (69) at Iulius Auspex e primoribus Remorum, vim Romanam pacisque bona dissertans et »sumi bellum etiam ab ignavis, strenuissimi cuiusque periculo geri iamque super caput legiones,« sapientissimum quemque reverentia fideque, iuniores periculo ac metu continuit: et Valentini animum laudabant, consilium Auspexis sequebantur.

1 clarissimis ābitionēs (s del. 1m.) 4 paci (p ex b corr. 1m.) male
5 octava, undecima Nipperdey: uim. xj uij. (sexta, undecima, octava Ritter) una et
uicensima 6 peninis 7 xij. brittannia sexta ac decima Savilius: uij. ac
1ma (sexta ac prima et decima Ritter) 11 Iulio b: tulio (Tullio alii) 12 imperii
16 caput (t ex d corr. 1m.) 17 quenq;

purgant Suetonium ita, ut dicant, Seianum, praefectum praetorio, hoc munus equitem R. adhuc accepisse, praeturam vero et consulatum adeptum, in senatum venisse; in Clemente per turbas militares licentius actum esse a Muciano. cf. Guther. de off. dom. Aug. 2, 4. — adsumuntur] post brevem quasi digressionem redit ad rem, de expeditione a Muciano suscepta, et commemorat, quos secum in Galliam abduxerit. ERN. — clarissimus quisque] e suspectis Muciano, quos ille honoris specie ad bellum Gallicum ablegabat. PICHENA. simulque, his adsumptis, Gallis magis etiam impositurus erat. — invasisset] »si exercitum regere et per festinationem atque inconsideratius bellum gerere coepisset.« — octava] Augusta 2, 85. 3, 10. 21. 27. — undecima] Claudiana 2, 11. 67. 3, 50. — unaetvicensima] Rapax 1, 61. 67. 2, 43. 100. 3, 14. 18. 22. 25. — secunda] e classicis, Adiutrix 3, 55. — Poeninis] le grand Saint-Bernard. Walckenaer

I. p. 69. 71. 220. haec autem scriptura a plerisque inscriptionibus firmatur. Vide meas Inscriptiones Helvetiae. Turici 1844. N. 24 seqq. — Cottianis] le mont Genève ita dictis a Cottio rege. earum populi Caturiges (h. Chorges) et Segusini (h. Susa). Walckenaer I. p. 541. — monte Graio] Alpibus Graiis. cf. 2, 66, le petit Saint-Bernard. Walckenaer I. p. 221. 556. Kiepert § 328. — quarta decima] Gemina Martia Victrix 1, 59. 64. 2, 11. 27 et saepius 3, 13. — sexta] Victrix 3, 44. — decima] Gemina 2, 58. 3, 44.

69. sapientissimum quemque — iuniores] opponere debebat aut sapientissimos — stultissimos aut seniores — iuniores, sed mitiora et speciosiora vocabula elegit. cf. c. 67 libertas an pax. — Valentini animum laudabant, consilium Auspexis sequebantur] ut Ovidius Met. 7, 20 video meliora proboque, deteriora sequor. Völker confert Verg. Georg. 2, 412 laudato ingentia rura, exiguum colito. —

constat obstitisse Treveris Lingonibusque apud Gallias, quod Vindicis motu cum Verginio steterant. deterruit plerosque provinciarum aemulatio: »quod bello caput? unde ius auspiciumque peteretur? quam, si cuncta provenissent, sedem imperio legerent?« nondum victoria, iam discordia erat, aliis foedera, quibusdam opes viresque aut vetustatem originis per iurgia iactantibus: taedio futurorum praesentia placuere. scribuntur ad Treviros epistulae nomine Galliarum, ut abstinerent armis, impetrabili venia et paratis deprecatoribus, si paeniteret: restitit idem Valentinus, obstruxitque civitatis suae aures, haud perinde instruendo bello intentus quam frequens contionibus. (70) igitur non Treviri neque Lingones ceteraeve rebellium civitates pro magnitudine suscepti discriminis agere; ne duces quidem in unum consulere, sed Civilis avia Belgarum circumibat, dum Claudium Labeonem capere aut exturbare nititur; Classicus segne plerumque otium trahens velut parto imperio fruebatur; ne Tutor quidem maturavit superiorem Germaniae ripam et ardua Alpium praesidiis claudere. atque interim unaetvicensima legio Vindonissa, Sextilius Felix cum auxiliariis cohortibus per Raetiam inrupere; accessit ala Singularium, excita olim a Vitellio, deinde in partes Vespasiani transgressa; praeerat Iulius Briganticus sorore Civilis genitus, ut ferme acerrima proximorum odia sunt, invisus avonculo infensusque. Tutor Trevirorum copias, recenti Vangionum Caeracatum Tribocorum dilectu auctas, veterano pedite atque equite firmavit, corruptis spe aut metu subactis legionariis; qui primo cohortem praemissam a Sextilio Felice interficiunt, mox ubi duces exercitusque Romanus propinquabant, honesto transfugio rediere,

3 caput (p' del. 1m.) 5 foedera 6 iurgia Mamutius: iuria tedio fu-
futorum 7 eple (cum lineola in litt. 1) 8 deprecatoribus peniteret 10/11 ceteris us-
13 caperet (t del. 1m.) 15 germanis (q ex a corr. 1m.) 16 unā et uicensima (notam
et n post i del. 1m.) 18 transgressa (e ex a corr. 1m.) 21 dilectū (notam del. 1m.)
21/22 pedites (s del. 1m.) 22 metus (s del. 1m) 24 exercit; q; roman; (Romani
Rhenanus)

Vindicis motu] 1, 6. — unde ius] »quem illum fore Gallorum, qui potestatem belli gerendi et iussa a singulis exsequenda suo arbitrato daret, penes quem essent auspicia: verbo, quem imperatorem in Gallia fore?« sic apud Livium 22, 1, 5 iunguntur iustum imperium et auspicium. ERN. Louandre: Quel serait le chef de la guerre? à qui demanderait-on les ordres et les auspices? — per iurgia] iurgantes eos, qui contra dicebant quosque iactatores illi deprimere volebant.

70. non — neque — ve] nota rarissimam hanc

istarum particularum consecutionem variandi causa triplici nec antelata. — avia Belgarum] paludes esse Flandrorum prope Brugas suspicatur Bucher. Belg. Rom. p. 178. — Sextilius Felix] de quo 3, 5. — ala Singularium] hae alae discernendae sunt ab 'equitibus singularibus Augusti sive imperatoris' (cf. Henzen sugli Equiti Singolari in Ann. Rhen. 22 (1850) p. 13; Marquardt Staatsverwaltung V 2 p. 473) cf. Ioseph Vaders: de alis exercitus Romani p. 13. Frid. Ohlenschläger: die römischen Truppen im rechtsrheinischen Bayern. München

secutis Tribocis Vangionibusque et Caeracatibus. Tutor Treveris comitantibus, vitato Mogontiaco, Bingium concessit, fidens loco, quia pontem Navae fluminis abruperat; sed incursu cohortium, quas Sextilius ducebat, et reperto vado proditus fususque. ea clade perculsi Treviri, et plebes omissis armis per agros palatur: quidam principum, ut primi posuisse bellum viderentur, in civitates, quae societatem Romanam non exuerant, perfugere. legiones a Novaesio Bonnaque in Treviros, ut supra memoravimus, traductae se ipsae in verba Vespasiani adigunt. haec Valentino absente gesta; qui ubi adventabat furens cunctaque rursus in turbas et exitium conversurus, legiones in Mediomatricos, sociam civitatem, abscessere. Valentinus ac Tutor in arma Treviros retrahunt, occisis Herennio ac Numisio legatis, quo minore spe veniae cresceret vinculum sceleris.

(71) Hic belli status erat, cum Petilius Cerialis Mogontiacum venit. eius adventu erectae spes; ipse pugnae avidus et contemnendis quam cavendis hostibus melior ferocia verborum militem incendebat, ubi primum congregari licuisset, nullam proelio moram facturum. dilectus per Galliam habitos in civitates remittit, ac nuntiare iubet sufficere imperio legiones: socii ad munia pacis redirent, securi velut confecto bello, quod Romanae manus exceperant. auxit ea res Gallorum obsequium: nam recepta iuventute facilius tributa toleravere, proniores ad officia, quod spernebantur. at Civilis et Classicus ubi pulsum Tutorem, caesos Treviros, cuncta hostibus prospera acceperunt, trepidi ac properantes, dum

1 secutis *del.*: sicut Is 1/2 comitantibus 2 potē 3 Navae *Rhenanus*: nauas
4 perculsit 7 perfugerent (*nt del. 1 m.*) novesio 8 ipsae *Ernesti*: ipsas 9 cuncta
que 10/11 absessere 12 minores (*s del. 1 m.*) 17 liguisset plio facturis
20 ausit 22 at] Ad cesos 23 prospera (*super a scr. e 1 m.*)

1884 p. 42—47. — Tribocis] in hodierna Alsatia, quorum caput Argentoratum, h. *Strassburg*. Kiepert § 452. — Vangionibusque] quorum caput Borbetomagus, h. *Worms*. Walckenaer II. p. 277. — Caeracatibus] Tribocorum ac Vangionum vicinis, prope Mogontiacum. *ibid.* Ukert *Gallien* p. 359. — Bingium] Ausonii *Vincum*, oppidum Vangionum, h. *Bingen*. — Navae] h. *Nahe*. — ea clade] quam per immanem ὑπερβολήν Cannensi aequiparat Ausonius Mosellae 1: *Transieram celerem nebuloso flumine Navam, Adita miratus veteri nova moenia Vinco, Aequavit Latias ubi quondam Gallia Cannas, Infletaque iacent inopes super arva caervae.* —

supra] c. 62. — se ipsae in verba Vespasiani adigunt] belli initio in verba Vitellii, deinde Vespasiani c. 31, postea Vitellii iamiam mortui, ac rursus Vespasiani c. 37; exin iuravere pro imperio Galliarum c. 59, iam denuo pro Vespasiano. — Mediomatricos] Treverorum vicinos, Austrum versus, quorum caput Divodurum, h. *Metz*. Walckenaer I. p. 520. Kiepert § 451. civitatem, ut plerumque ubi de Gallis agitur, intellige non de una urbe Divoduro, sed de toto populo ad illam pertinente; nation allée Louandre. — Herennio ac Numisio] in vincula coniectis, c. 59.

71. dilectus — habitos] h. e. milites dilectos.

dispersas suorum copias conducunt, crebris interim nuntiis Valentinum monuere, ne summae rei periculum faceret. eo rapidius Cerialis, missis in Mediomatricos, qui breviori itinere legiones in hostem verterent, contracto quod erat militum Mogontiaci quantumque secum transvexerat, tertiis castris Rigodulum venit, quem locum magna Trevirorum manu Valentinus insederat, montibus aut Mosella amne saeptum; et addiderat fossas obicesque saxorum. nec deterruere ea munimenta Romanum ducem, quo minus peditem perrumpere iuberet, equitum aciem in collem erigeret, spreto hoste, quem temere collectum haud ita loco iuvare, ut non plus suis in virtute foret. paulum morae in ascensu, dum missilia hostium praevehuntur: ut ventum in manus, deturbati ruinae modo praecipitantur. et pars equitum aequioribus iugis circumvecta nobilissimos Belgarum, in quis ducem Valentinum, cepit. (72) Cerialis postero die coloniam Trevirorum ingressus est, avido milite eruendae civitatis. »hanc esse Classici, hanc Tutoris patriam; horum scelere clausas caesasque legiones. quid tantum Cremonam meruisse, quam e gremio Italiae raptam, quia unius noctis moram victoribus attulerit? stare in confinio Germaniae integram sedem spoliis exercituum et ducum caedibus ovantem. redigeretur praeda in fiscum: ipsis sufficere ignes et rebellis coloniae ruinas, quibus tot castrorum excidia pensarentur.« Cerialis metu infamiae, si licentia saevitiaque inbuere militem crederetur, pressit iras: et parvum, posito civium bello ad externa modestiores. convertit inde animos acci-

1 valentinū (*nū ex n; corr. 1 m.*) 3 ūteret (*n superscr. 1 m.*) 4 traduxerat
Nipperdey 6 septū 8 tollē (*notam super e del. 1 m.*) erigeret b: frigeret 9 aut
(*h superscr. 1 m.*) 15 cesasque 18 ducum *det.*: cū 20 metu *b²*: metu (*clem-*
entia an metu Lipsius, moderatione an metu Ritter) 21 seuitaque

tertiis castris] tridui itinere confecto, ut 3, 15: *secundis a Verona castris.* — Rigodulum] vicus Galliae Belgicae ad Mosellam, non longe a Treveris secundo flumine, h. *Riol*. — montibus aut Mosella] ex uno latere montibus, ex altero Mosella. — praevehuntur] dum equites nostri praevehuntur missilia (accusat.) hostium, pro vulgari »dum equites hostium missilibus expositi sunt«: praevehuntur, ut saepe, idem est quod praeterventur. recte Thierry III. p. 427: *tant qu'ils furent en butte aux armes de trait.* nequaquam vero explices cum Badio: »dum milites evadere conantur ictus missilium hostium«. neque probabilis est Strombeckii interpretatio: dum missilia (nominat.) hostium

praevehuntur, id est, »praetervolant«; id quod significaret »hostium ictus prorsus irritos mansisset«. — ventum in manus] pro vulgari ad manus, ut edebant ante Ryckium contra Med. Liv. 2, 46, 3: *pugna iam in manus, iam ad gladios — venerat.*

72. eruendae] funditus delendae. sumptum e Virgilio Aen. 2, 611: *totamque a sedibus urbem Eruit.* ERN. — Cremonam] 3, 33. — ducum caedibus] Hordeonii c. 36, Voculae c. 59, Herennii ac Numisii c. 70. — in fiscum] Caesaris. — ad externa modestiores] 1, 79 *conversis ad civile bellum animis externa sine cura habebantur.* Ann. 11, 24 *tunc solida domi quies et adversus externa florimus.* —

tarum e Mediomatricis legionum miserabilis aspectus. stabant conscientia flagitii maestae, fixis in terram oculis: nulla inter coeuntes exercitus consalutatio, neque solantibus hortantibusve responsa dabant, abditi per tentoria et lucem ipsam vitantes. nec proinde periculum aut metus quam pudor ac dedecus obstupefecerat. attonitis etiam victoribus, qui vocem precesque adhibere non ausi lacrimis ac silentio veniam poscebant, donec Cerialis mulceret animos, fato acta dicitans, quae militum ducumque discordia vel fraude hostium evenissent. primum illum stipendiorum et sacramenti diem haberent: priorum facinorum neque imperatorem neque se meminisse. tunc recepti in eadem castra, et edictum per manipulos, ne quis in certamine iurgiove seditionem aut cladem commilitoni obiectaret. (73) mox Treviros ac Lingonas ad contionem vocatos ita adloquitur: »neque ego umquam facundiam exercui, et populus Romanus virtutem armis adfirmavit. sed quoniam apud vos verba plurimum valent bonaque ac mala non sua natura, sed vocibus seditiosorum aestimantur, statui pauca disserere, quae profligato bello utilius sit vobis audisse quam nobis dixisse. terram vestram ceterorumque Gallorum ingressi sunt duces imperatoresque Romani nulla cupidine, sed maioribus vestris invocantibus, quos discordiae usque ad exitium fatigabant; et acciti auxilio Germani sociis pariter atque hostibus servitum inposuerant. quot proeliis adversus Cimbro Teutonisque, quantis exercituum nostrorum laboribus quoque eventu Germanica bella tractaverimus, satis clarum. nec ideo Rhenum insedimus, ut Italiam tueremur, sed ne quis alius Ariovistus regno Galliarum potiretur. an vos cariores Civili Batavisque et Transrhenanis gentibus creditis, quam maioribus eorum patres avique vestri fuerunt? eadem

2 mēsta (a in e corr. 1m.) 2/3 consalutatio det.: consultatio 4 perinde Beroaldus 5 obstupefecerant Ritter 6 p̄cesq; 9 salūti (post sa add. cra 2m.) 11 certamine 12 c̄tionū (contionem superscr. 2m.) 13 populus Romanus Nipperdey: populi romani 14 adfirmavit (t del. 1m.) quoniam b: q̄ ut c. 5 (que superscr. 2m. quia alii) 15 estimantur (es ex corr. 1m.) 20 Quod pliiis 22 euentū (notam del. 1m.) 24 poteretur Bekker ciuilis (s del. 1m.) batavisq; (b ex u corr. 1m.)

e Mediomatricis] c. 70. — qui vocem] »qui cederet, ut h. l. lacrimae.« ROTH de Syn. Tac. p. 27.
73. auxilio Germani] cf. Caesar B. G. 1, 31 seqq., ubi etiam de Ariovisto, rege Germanorum. — Teutonisque] Hac forma utuntur etiam Cic. pro lege Man. 20 § 60, Caes. B. G. 1, 33, Vell. 2, 12; altera Teutones Aurel. Vict. de Vir. ill. 67, Eutr. 5, 1 et 2, Florus 3, 3, 7. — quoque eventu] Germ. 37: (Germani) triumphati magis quam victi sunt. — insedimus] legionibus, classibus, coloniis. — potiretur]

semper causa Germanis transcendendi in Gallias, libido atque avaritia et mutandae sedis amor, ut relictis paludibus et solitudinibus suis fecundissimum hoc solum vosque ipsos possiderent. ceterum libertas et speciosa nomina praetexuntur; nec quisquam alienum servitium et dominationem sibi concupivit, ut non eadem ista vocabula usurparet. (74) regna bella- que per Gallias semper fuere, donec in nostrum ius concederetur. nos, quanquam totiens lacessiti, iure victoriae id solum vobis addidimus, quo pacem tueremur: nam neque quies gentium sine armis neque arma sine stipendiis neque stipendia sine tributis haberi queunt. cetera in communi sita sunt: ipsi plerumque legionibus nostris praesidetis, ipsi has aliasque provincias regitis; nihil separatam clausumve. et laudatorum principum usus ex aequo, quamvis procul agentibus: saevi proximis ingruunt. quo modo sterilitatem aut nimios imbres et cetera naturae mala, ita luxum vel avaritiam dominantium tolerate. vitia erunt, donec homines; sed neque haec continua, et meliorum interventu pensantur. nisi forte Tutore et Classico regnantibus moderatius imperium speratis, aut minoribus quam nunc tributis parantur exercitus, quibus Germani Britannique arceantur. nam pulsus, quod dii prohibeant, Romanis quid aliud quam bella omnium inter se gentium existent? octingentorum annorum fortuna disciplinaque compages haec coaluit, quae convelli sine exitio convellentium non potest. sed vobis maximum discrimen, penes quos aurum et opes, praecipuae bellorum causae. proinde pacem et urbem, quam victi

9/10 cōmunis Ita 11 nichil 17 brittanniq; 18 pulsus

hac forma utitur etiam 3, 52 et 5, 13. [ἀμνηστῖαν suadet post caedem Caesaris 44, 32: — transcendendi in Gallias] poetice pro transcendendi, ut 5, 24 et Ann. 4, 44 flumen Albim transcendit; Livius epit. 105 Caesar Rhenum transcendit. — possiderent] refer ad possido, non possideo. — nec quisquam etc.] ergo, quod vituperat, in Romanos quoque cadit, quamquam oratore fallere videtur.

74. addidimus] »oneris imposuimus, durius in vos statuimus«, ut Virg. Aen. 6, 90: Teucris addita Iuno, cui comparant Soph. Aiac. 610: ἔγνεστιν ἔφεδρος. cf. Platon. apol. 30 e δοκεῖ ὁ θεὸς ἐμὲ τῇ πόλει προτελεῖσθαι. — quo modo sterilitatem] Seneca de Const. sap. 9: Omnia igitur sic patitur (sapiens), ut hiemis rigorem et intemperantiam caeli, ut fervores morbosque et cetera forte accidentia. et Dio Ciceronem ita loquentem inducit, ubi

victoresque eodem iure obtinemus, amate colite. moneant vos utriusque fortunae documenta, ne contumaciam cum pernicie quam obsequium cum securitate malitis.« tali oratione graviora metuentes composuit erexitque.

5 (75) Tenebantur victore exercitu Treveri, cum Civilis et Classicus misere ad Cerialem epistulas, quarum haec sententia fuit: »Vespasianum, quanquam nuntios occultarent, excessisse vita; urbem atque Italiam interno bello consumptam; Muciani ac Domitiani vana et sine viribus nomina. si Cerialis imperium Galliarum velit, ipsos finibus civitatum 10 suarum contentos; si proelium mallet, ne id quidem abnuere.« ad ea Cerialis Civili et Classico nihil: eum qui attulerat ipsasque epistulas ad Domitianum misit.

Hostes divisis copiis advenere undique: plerique culpabant Cerialem passum iungi, quos discretos intercipere licuisset. Romanus exercitus 15 castra fossa valloque circumdedit, quis temere antea intutus consederat. apud Germanos diversis sententiis certabatur. (76) Civilis opperendas Transrhenanorum gentes, quarum terrore fractae populi Romani vires opterentur: Gallos quid aliud quam praedam victoribus? et tamen quod roboris sit, Belgas, secum palam aut voto stare. Tutor cunctatione 20 crescere rem Romanam adfirmabat, coeuntibus undique exercitibus: »transvectam e Britannia legionem, accitas ex Hispania, adventare ex Italia; nec subitum militem, sed veterem expertumque belli. nam Germa-

6 eplās (cum lineola in litt. l) item 11 7 quāquā (notam supra an del. 1m.) quamquam amici Ritter, quamquam Mucianus occultaret Nipperdey 9 ipso 10 plium 11 ciuitis] (s del. 1m.) attolent (v superser. 1m) ipsasque Acidalios: ipsas (et ipsas Al. Ruperti) 16 Germanos et Gallos L. Spengel 17 geñs 19/20 cunctatio nec res gerere (super g scr. c 1m.) 21 brittannia

γίγνοντα. — utriusque fortunae] secundae sociorum populi Romani, adversae rebellionem.

75. nuntios occultarent] scil. ii, ad quos nuntii huius rei pervenissent; praesertim Cerialis, ut ex sequentibus apparet. DUEBN. — si — vellet —; si — mallet] ut tolleret hanc, quae videtur, discrepantiam, Ernestius obsequente Oberlino correxit malit. verum consulto Tacitus variavit tempus, quo significaret Civili et Classico minus probabile fuisse fore, ut Cerialis proelium mallet. (Et prius membrum exprimit sententiam eorum, qui Ceriali imperium Galliarum offerunt, alterum vero prorsus pendet a voluntate Cerialis. BACH.) atque eadem variatione c. 20: si — obsisteret —; sin — occurrant. ceterum miram mihi saepe visum est, quomodo sine aperta

irrisione Civilis et Classicus Ceriali Galliarum imperium offerre potuerint, nisi crederint, defectio et Gallorum et ducis Romani cum iis sociati si prospere cessisset, Gallos propter aemulationem inter ipsos ortam facilius imperium concessuros Romano quam cuiquam popularium. cf. c. 69. — ad ea Cerialis — nihil] scil. respondit. cf. Bötticher, Lexicon Taciteum p. LXXXVI. — intutus] non munitis. ita Livius 5, 45, 2: castra — intuta neglectaque. 9, 41, 11: intutam urbem.

76. Civilis] scil. censebat. — quod roboris] Caesar B. G. 1, 1: Gallorum omnium fortissimi sunt Belgae. — e Britannia] leg. XIV. c. 68. — ex Hispania] leg. VI. ac X. c. 68. — ex Italia] leg. VIII. XI. XXI. II. c. 68. — subitum militem] Liv. 3, 4, 11 subitarius

nos, qui ab ipsis sperentur, non iuberi, non regi, sed cuncta ex libidine agere; pecuniamque ac dona, quis solis corrumpantur, maiora apud Romanos, et neminem adeo in arma pronum, ut non idem pretium quietis quam periculi malit. quod si statim congregiantur, nullas esse Ceriali nisi e reliquiis Germanici exercitus legiones, foederibus Galliarum obstrictas. 5 idque ipsum, quod inconditam nuper Valentini manum contra spem suam fuderint, alimentum illis ducique temeritatis. ausuros rursus venturosque in manus non inperiti adolescentuli, verba et contiones quam ferrum et arma meditantis, sed Civilis et Classici; quos ubi aspexerint, redituram in animos formidinem fugam famemque ac totiens captis precariam vitam. 10 neque Treviros aut Lingonas benivolentia contineri: resumpturos arma, ubi metus abscesserit.« diremit consiliorum diversitatem adprobata Tutoris sententia Classicus; statimque exequuntur. (77) media acies Ubiis Lingonibusque data; dextro cornu cohortes Batavorum, sinistro Bructeri Tencterique. pars montibus, alii via, alii viam inter Mosellamque flumen 15 tam improvisi adsilvere, ut in cubiculo ac lectulo Cerialis (neque enim noctem in castris egerat) pugnari simul vincique suos audierit, increpans

3 non om. (supra lineam ñ add. 1m.) ptiū 4 mallet 5 reliquis germanicis federib; 8 Inperiti ad . . . adolescentuli (adolescentuli bis scriptum erat prius praeter a erasum est) 9 meditantes (e in i corr. 1m.) 10 famāq; pccariam 12 diūsitatē adprobata (notam super e del., per errorem ut videtur, 1m.) 13 classib; 15 alii via alii Meiser: alii Ialii (I del. 2m.) (Ialii om. Puteolanus, alii via inter montes Mosellamque Madvig) 16 improvisi Agricola: inprouisa (improviso Döderlein) ut in rasura 1m.

militēs. cf. Drakenborch ad Liv. 41, 1, 6, ubi de repentinis etiam et tumultuariis militibus agitur, quae voces idem valent apud Livium quod subitarii; Tacitus contra subitum militem vocat et nemo praeter eum sic locutus esse videtur. Bötticher, Lexicon Taciteum p. 444. — non iuberi] non pati imperia. DUEBN. — nullas esse Ceriali. — legiones] hoc falso Tutor contendit. cf. c. 70 interim unaetvicesima legio Vindonissa, Sextilius Felix — per Raetiam intrupere etc. 71 Cerialis — contracto quod erat militum Mogontiaci quantumque secum transvezerat — Rigodulum venit. — inconditam] rei militaris rudem neque disciplinae et imperiis assuetam, ut 2, 16. Ann. 3, 20. — quod — Valentini manum — fuderint] cur de sua ad Bingium clade tacet? c. 70 Tutor — proditus fususque, c. 71 pulsum Tutorem. — inperiti adolescentuli] intelligit Iulium Valentinum, de cuius vaecordi facundia cf. c. 68. — contiones quam ferrum] rursus, ut alibi, omisso magis, potius. cf. Ann. 1, 58. ceterum

ἐν δὲ δὺοῖν verba et contiones apte significat inanes rerum esse Valentini contiones.

77. Ubiis] de Ubiis Gallorum partes amplexis cf. c. 64—66. Lingonum quidem civitas redierat ad obedientiam erga Romanos (c. 73 et 74), sed eorum iuventus bellica remanserat apud Civilem et Classicum. BURNOUR. — pars montibus, alii via, alii viam inter Mosellamque] cum codex Mediceus exhibeat pars — alii — alii, luce clarius est Tacitum dixisse tria hostium agmina tribus diversis itineribus ad castra Romana advolavisse. ex voc. via in Mediceo nihil restat nisi i, quoniam u et a inter i et a perierunt. cur enim hostes via abstinerent et iuxta viam non in via procederent? nimirum via utebantur, sed ut omnes simul adessent, uno impetu alii montibus devolabant, alii in via ruebant, alii inter viam flumenque adsultabant. cf. 2, 42 in aggere viae, et 43 inter Padum viamque, 3, 82 tripertito agmine pars — Flaminia via, pars iuxta ripam Tiberis incessit; tertium

pavorem nuntiantium, donec universa clades in oculis fuit: perrupta legionum castra, fusi equites, medius Mosellae pons, qui ulteriora coloniae adnectit, ab hostibus insessus. Cerialis turbidis rebus intrepidus et fugientes manu retrahens, intecto corpore promptus inter tela, felici temeritate et fortissimi cuiusque ad cursu reciperat pontem electa manu firmavit. mox in castra reversus palantes captarum apud Novaesium Bonnamque legionum manipulos et rarum apud signa militem ac prope circumventas aquilas videt. incensus ira »non Flaccum«, inquit, »non Voculam deseritis: nulla hic proditio; neque aliud excusandum habeo, quam quod vos Gallici foederis oblitos redisse in memoriam Romani sacramenti temere credidi. adnumerabor Numisiis et Herenniis, ut omnes legati vestri aut militum manibus aut hostium ceciderint. ite, nuntiate Vespasiano vel, quod propius est, Civili et Classico, relictum a vobis in acie ducem. venient legiones, quae neque me inultum neque vos impunitos patiantur.« (78) vera erant, et a tribunis praefectisque eadem ingerebantur. consistunt per cohortes et manipulos: neque enim poterat patescere acies effuso hoste et impredientibus tentoriis sarcinisque, cum intra vallum pugnaretur. Tutor et Classicus et Civilis, suis quisque locis, pugnam ciebant, Gallos pro libertate, Batavos pro gloria, Germanos ad praedam instigantes. et cuncta pro hostibus erant, donec legio unaetvicensima patientiore quam ceterae spatio conglobata sustinuit ruentes, mox impulit. nec sine ope divina mutatis repente animis terga victores vertere. ipsi territos se cohortium aspectu ferebant, quae primo impetu disiectae summis rursus iugis congregabantur ac speciem novi auxilii fecerant; sed obstitit vin-

2 mosallę 5 electa (sic) 6 nouesiũ bonãq; 9 gallicis] (s del. 1m.)
 10 fęderis redisse in Lipsius: p̄dixerim 19 glã (cum lineola in litt. l) 20 xxj.
 21 ęglouatã (notam super a del. 1m.)

agmen per Salariam — propinquabat. de anastrophe praepositionis cf. 2, 78 *Iudaeam inter Syriamque*. 5, 19 *insulam inter Germanosque*, Dräger *Syntax* § 225, 3. — *legionum castra*] sextae decumae et primae, quae erant in sinistra Mosellae fluminis parte prope Augustam Trevirorum. cum enim haec urbs sit in parte dextra et castra Romana dicantur fuisse trans annem et pontem, qui *ulteriora coloniae annectit*, consequens haec fuisse in parte sinistra. РУСК. — *Mosellae pons*] Strabo 4 p 194: Μετὰ δὲ τοὺς Μεδιοματρικοὺς καὶ Τριβέχχους παροικοῦσι τὸν Ῥήνον Τρηνοῖροι· καὶ οὗς πεποίηται τὸ ζεύγμα (Mosellae) ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων νυνὶ τῶν στρατηγούτων τὸν Ἰερμανικὸν πόλεμον. — *felici temeritate*] cf.

Florus 3, 10, 22 de Caesare: *sed ille, qualis erat ad nuntium rei felicissimae temeritatis. — Numisiis et Herenniis*] quos legiones vixerant et occiderant. c. 59. 70. — *ite, nuntiate*] comparant Sullae verba apud Plutarchum S. 21: ἐμὸι μὲν ἐνταῦθά που καλόν, ὃ Ῥωμαῖοι, τελευτᾶν ὑμεῖς δὲ τοῖς πυνθανομένοις, Ποῦ προδεδωκάτε τὸν αὐτοκράτορα; μεμνημένοι φράζειν, ὡς ἐν Ὁρχομενῶ. scilicet utrumque est ex illis σχήμασι rhetoricis unum, quibus tunc post tot exercitationes in scholis scriptores benigne abundabant.
 78. *patescere acies*] explicari, extendi; alibi potius usurpatur de locis, ut Liv. 22, 4, 2: *paullo latior patescit campus. — obstitit vincibus*] cf. 5, 17 verba Civilis ipsius: *ne*

centibus pravom inter ipsos certamen omisso hoste spolia consecrandi. Cerialis ut incuria prope rem affixit, ita constantia restituit; secutusque fortunam castra hostium eodem die capit excinditque. (79) nec in longum quies militi data. orabant auxilium Agrippinenses offerebantque uxorem ac sororem Civilis et filiam Classici, relicta sibi pignora societatis. atque interim dispersos in domibus Germanos trucidaverant; unde metus et iustae preces invocantium, antequam hostes reparatis viribus ad spem vel ad ultionem accingerentur. namque et Civilis illuc intenderat, non invalidus flagrantissima cohortium suarum integra, quae e Chaucis Frisiisque composita Tolbiaci in finibus Agrippinensium agebat; sed tristis nuntius avertit, deletam cohortem dolo Agrippinensium, qui largis epulis vinoque sopitos Germanos, clausis foribus, igne iniecto cremavere. simul Cerialis propero agmine subvenit. circumsteterat Civilem et alius metus, ne quarta decima legio adiuncta Britannica classe adflecteret Batavos, qua Oceano ambiuntur. sed legionem terrestri itinere Fabius Priscus legatus in Nervios Tungrosque duxit, eaeque civitates in deditionem acceptae: classem ultro Canninefates adgressi sunt, maiorque pars navium depressa aut capta. et Nerviorum multitudinem sponte commotam, ut pro Romanis bellum capesseret, idem Canninefates fudere; Classicus quoque adversus equites Novaesium a Ceriali praemissos secundum proelium fecit. quae modica sed crebra damna famam victoriae nuper partae lacerabant.

(80) Isdem diebus Mucianus Vitellii filium interfici iubet, mansuram discordiam obtendens, ni semina belli restinxisset. neque Antonium Primum adsciri inter comites a Domitiano passus est, favore militum anxius et superbia viri, aequalium quoque, adeo superiorum intolerantis. pro-

2 incuriã 7 p̄ces 8 nanq; Intenderet (at superscr. 1m.) 9 fragrantissima
 (1 superscr. 1m.) integra quae e Chaucis Pichena: Integraq; et e cauchis 11 ad|aũtit
 (ad del. 1m.) epulis (apicem del. 1m.) 14 britannica 16 ea eque accepte
 17 can|ne nefates depssa 18 spontẽ (notam del. 1m.) 19 canne nefates Classib;
 20 plũ 21 parte lacerabant (r ex b corr. 1m.) 22 Isdẽ (s ex d corr. 1m.)
 23 ni] ne 24 addomitiano anxius 25 equalium

terrerentur vario Tveverici proelii eventu: suam illuc victoriam Germanis obstitisse, dum omissis telis praeda manus impediunt.
 79. *in longum*] ut c. 22 *in longum suffecissent*. cf. Gerber et Greef, *Lexicon Taciteum* p. 588 sq. — *Tolbiaci*] h. Zũlpich. — *clausis foribus*] aedificii, in quo cohors illa epulas celebraverat. — *circumsteterat Civilem — metus*] poetice, ut Livius 6, 2, 4 *cum tanti undique terrores circumstarent*, 42, 65, 8 *ingens Romanos terror circumstabat*. Verg. Aen. 2, 559 *at me*

tum primum saevus circumstetit horror. — *terrestri itinere*] et, ut videtur, militari via, quae etiam nunc satis integra est et a Gesoriacensi portu (h. Boulogne) Bagacum Nerviorum (h. Bava) et Aduaticum Tungrorum (h. Tongres) ducebat. BROT. — *ultro*] non instincti a Civile Classicove aut iniuria lacesiti. inest simul notio necopinati impetus, quo Romanos adorti sint.
 80. *Vitellii filium*] de quo 2, 59. — *adeo*] ut aliquoties pro tanto magis, nedum. ut 1. 9.

fectus ad Vespasianum Antonius ut non pro spe sua excipitur, ita neque averso imperatoris animo. trahebatur in diversa, hinc meritis Antonii, cuius ductu confectum haud dubie bellum erat, inde Muciani epistulis; simul ceteri ut infestum tumidumque insectabantur, adiunctis prioris vitae criminibus. neque ipse deerat adrogantia vocare offensas, nimius commemorandis quae meruisset. alios ut inbelles, Caecinam ut captivum ac dediticium increpat. unde paulatim levior viliorque haberi, manente tamen in speciem amicitia.

(81) Per eos menses, quibus Vespasianus Alexandriae status aestivis flatibus dies et certa maris opperiebatur, multa miracula evenere, quis caelestis favor et quaedam in Vespasianum inclinatio numinum ostenderetur. e plebe Alexandrina quidam oculorum tabe notus genua eius advolvitur, remedium caecitatis exposcens gemitu, monitu Serapidis dei, quem dedita superstitionibus gens ante alios colit; precabaturque principem, ut genas et oculorum orbis dignaretur respergere oris excremento. alius

1 ad] a 2 aduerso 3 eplis (cum lineola in litt. 1) 7 mante (en superscr. 1m.) 9 uespasianū (ū in us corr. 1m.) 11 caelestis Ehenanus: celis ē fabor (b in v corr. 1m) 13 quē 14 deta (e in rasura, post de superscr. di 1m.) (dicta editio princeps) 15 respergere (pergere in rasura 2m.) (respuere editio princeps)

Ann. 3, 34. cf. Hand Turs I. p. 154. — trahebatur in diversa] scil. imperatoris animus. — criminibus] de quibus 2, 86. Ann. 14, 40. — vocare] simplex pro composito provocare, quod ipsum substituit Agricola. sed Germ. 14. item hostem vocare Virg. Ge. 4, 76: magnisque vocant clamoribus hostem.

81. status aestivis flatibus dies] stati dies sunt, qui subitis tempestatibus non obnoxii aequo tenore decurrunt. statis diebus oppositi sunt incerti. RITTER. sic Seneca de Ben. 4, 28: ventorum status flatus; ut dicebant stata sacrificia, stas ferias; un die alljährliche Zeit der Sommerwende Gutmann; les vents qui soufflent régulièrement tous les étés Louandre. ceterum locum explanat Vegetius 4, 39: Pachone decurso, id est post ortum Pliadum a die sexto Kal. Iun. (d. 26. m. Maii) usque in Arcturi ortum, id est in diem XVIII. Kal. Octobr. (d. 14 m. Septembris) secura navigatio creditur, quia aestatis beneficio ventorum acerbitas mitigatur. perperam nonnulli de Etesiiis interpretati sunt, de quibus contrarium valet; etenim teste Caesare B. C. 3, 107: ipse necessario Etesiiis tenebatur, qui navigantibus Alexandria sunt adversissimi venti. de his Plinius 2, 123: Caniculae exortum diebus octo

ferme aquilones antecedunt, quos prodromos appellant. Post biduum autem exortus iidem aquilones constantius perflant diebus triginta, quos Etesias appellant. Alexandria igitur navigantibus eximendi erant hi dies XXX ex illo Vegetii securo navigationis spatio. — oculorum tabe] glossa quae Galeno tribuitur: φθλσις ἐστὶ μελσις τῆς κόρης μετ' ἀμυδρώσεως caecitas e nimia pupillae contractione orta notum autem fuisse hominem addit, quo amolitur omnem suspicionem simulationis ac fraudis. (de hisce miraculis cf. Suet. Vesp. 7. Dio. 66, 8.) — genua eius advolvitur] dicit semper genua advolvi (Ann. 1, 13. 6, 49. 15, 71), ut Sall. Hist. fr. inc. 60 Kr., 92 D. (genua patrum advolvuntur), contra pedibus advolvi Ann. 1, 23 et 32. — gemitu] aut spurium aut corruptum putabat Ernesti propter κακοφωνίαν gemitu monitu, at cf. Nipperdey ad Ann. 1, 24 et 59. Drüger, Syntax § 253. — Serapidis] de Serapide totoque eius cultu vide Guignaut apud Burnouf V. p. 531. imagines eius praebet C. O. Müller, Denkm. der alten Kunst I. T. LXX. N. 390 et II. T. II. N. 27. Aug. Baumeister Denkmäler des klassischen Altertums p. 1548 sq. — oris excremento] humile salivae vocabulum vitans

manum aeger, eodem deo auctore, ut pede ac vestigio Caesaris calcaretur orabat. Vespasianus primo inridere aspernari; atque illis instantibus modo famam vanitatis metuere, modo obsecratione ipsorum et vocibus adulantium in spem induci: postremo aestimari a medicis iubet, an talis caecitas ac debilitas ope humana superabiles forent. medici varie disserterere: huic non exesam vim luminis et redituram, si pellerentur obstantia; illi elapsos in pravum artus, si salubris vis adhibeatur, posse integrari; id fortasse cordi deis et divino ministerio principem electum; denique patrati remedii gloriam penes Caesarem, inriti ludibrium penes miseros fore. igitur Vespasianus cuncta fortunae suae patere ratus nec quicquam ultra incredibile, laeto ipse voltu, erecta quae adstabat multitudine, iussa exequitur. statim conversa ad usum manus, ac caeco re-luxit dies. utrumque, qui interfuere, nunc quoque memorant, postquam nullum mendacio pretium.

(82) Altior inde Vespasiano cupido adeundi sacram sedem, ut super rebus imperii consuleret. arceri templo cunctos iubet. atque ingressus intentusque numini respexit pone tergum e primoribus Aegyptiorum nomine Basiliden, quem procul Alexandria plurium dierum itinere et

4 estimari 5 uarię 7 uis. (syllaba ad erasa, quae bis scripta erat) 8 Integrare (re in ri corr. 1m.) cordi dei (s supra lin. add. 1m.) 9 penes (item post) 11 adstabat (at ex aut corr. 1m.) 13 utrūq; (ru ex ri corr. 1m.) 14 mendacio (o ex ū corr. 1m.) ptiū (ū ex o corr. 1m.)

hoc usurpavit, ut Ann. 16, 4: narium excrementa pro muco. — manum aeger] Suet. l. l. haec narrat de homine debili crure, non de manu. cum Tacito consentit Dio l. l. WALTH. — aestimari] artis suae praeceptis consultis reputare, expendere, ut 2, 76 aestimare debent, an quod inchoatur reipublicae utile — sit. — elapsos in pravum] luxationem dicit. — patere] nihil non licere fortunae suae, imagine desumpta a porta reserata; exquisitius autem est quam Ernestii parere. Liv. 1, 40, 3 si — servis etiam regnum Romae pateret. Cic. Phil. 5, 16 § 43 cum omnia ad perniciem nostram pestifero illi civi paterent. Ovid. Met. 11, 283 mediae quoque commoda plebi Nostra patent. — ac caeco] Tacitum ac ante litt. c non vitavisse docet Gerber et Greef Lexicon Taciteum p. 7. — nunc quoque] paulo post a. 107 absoluta et editae sunt historiae. Haase de Cornelii Taciti vita, ingenio, scriptis p. XIII. — ceterum etiam posteriore aetate talia miracula narrantur. reges Francogallorum

et Anglorum quosdam morbos, velut lepras, scrofulas, ope divina sanavisse feruntur, quam mirabilem artem Francogalli ad Ludovicum Sanctum atque etiam ad Chlodovechum regem, Angli ad Eduardum Confessorem referebant. priusquam homines aegroti ad regem admitterentur, medici de morbis eorum consulebantur; rex signo crucis in fronte aegroti facto his verbis tangendo sanabat: »Dieu te guérisse, le Roy te touche.« William Edward Hartpole Lecky: History of England in the XVIII. century. I c. 1.

82. super rebus imperii] Suet. Vesp. 7: de firmitate imperii capturus auspiciam. — intentusque numini] intimo animo numen veneratus omnique alia cogitatione abstinens. male Rupertii suspicabatur intentusque omni. — respexit pone tergum] cum se precibus factis repente convertisset, omnis captandi causa. ENN. — Basiliden] Suetonius l. l. eum libertum vocat, aperta repugnantia; frustra enim nonnulli utrumque scriptorem conciliare

aegro corpore detineri haud ignorabat. percunctatur sacerdotes, num illo die Basilides templum inisset; percunctatur obvios, num in urbe visus sit: denique missis equitibus explorat illo temporis momento octoginta milibus passuum afuisse. tunc divinam speciem et vim responsi ex nomine Basilidis interpretatus est. (83) origo dei nondum nostris auctoribus celebrata; Aegyptiorum antistites sic memorant: Ptolemaeo regi, qui Macedonum primus Aegypti opes firmavit, cum Alexandriae recens conditae moenia templaque et religiones adderet, oblatum per quietem decore eximio et maiore quam humana specie iuvenem, qui moneret, ut fidissimis amicorum in Pontum missis effigiem suam acciret: laetum id regno, magnamque et inclutam sedem fore quae excepisset; simul visum eundem iuvenem in caelum igne plurimo attolli. Ptolemaeus omine et miraculo excitus sacerdotibus Aegyptiorum, quibus mos talia intellegere, nocturnos visus aperit. atque illis Ponti et externorum parum gnaris, Timotheum Atheniensem e gente Eumolpidarum, quem ut antistitem caerimoniarum Eleusine exciverat, quaenam illa superstitio, quod numen, interrogat. Timotheus quaesitis, qui in Pontum meassent, cognoscit urbem illic Sino-

1 aegro 4 afuisse (post a superscr. u 2m.) 5 int̄ptatus 6 aegyptiorum antistites
(e ex i corr. 1m.) Ptolemaeo 7 aegypti 9 speciē (nota erasa) 11 Includā (u in y mut. 2m.)
eunde (notam superscr. 2m.) 12 Ptolemeus miracula (a in o corr. 2m.)
14 parū (rū ex ri corr. 1m.) 15 egente eū olpidarū caerimoniarū 16 Eleusine
Io. Fr. Gronovius: eleusim (Eleusinarum Walther, Eleusiniarum L. Spengel)

conati sunt. vide Baumgarten-Crusium. — ex nomine Basilidis] a βασιλεύς: ergo sibi hac divina specie βασιλείαν, imperium portendi collegit. ceterum diversus est Basilides, Carmeli sacerdos, supra 2, 78.

83. nostris auctoribus] de Serapidis cultu apud Romanos consule inter alios Hildebrand ad Arnobii 2, 73. ac saepe memoratur in Inscr. meis Latinis; cultor imprimis fervidus ei tribuit ἐπιθετα dei invicti, servatoris N. 1887. videtur autem Tacitus, quia temporibus suis inter Romanos semper magis invalescere coeperat Serapidis cultus, de eo tam copiose exposuisse, vel hac ipsa ratione ductus, quod Romani scriptores eiusdem adhuc minus curiosi fuerant, quippe qui hanc superstitionem, ut plebeiam, nimis, quam par erat, contemnerent. cf. Preller, Römische Mythologie 2 p. 723—733. — Ptolemaeo] Lagi filio, qui Soteris regium nomen assumpsit, a. ante Chr. 306—283. ceterum confendi sunt cum Tacito Plutarchus de Is. et Os. 27. 28 (ed. Parthey 1850) et Clemens Alexandrinus in Protreptico 48. p. 42. Pott., cuius quoniam narratio multum discrepat

a Tacitina neque cuivis philologo huius scriptoris ecclesiastici copia est, eam exscribimus in Exkursu. — quibus mos] quorum ad disciplinam apud Aegyptios pertinet etiam ὄνειροκριτική, somniorum interpretatio. cf. infeliciter Heinsius dos. — Eumolpidarum] gens erat sacerdotalis apud Athenienses, in qua ab Eumolpo Thraece hereditarium erat sacerdotium Cereris Eleusinae cum mysteriorum cura. DUEBN. Hesychius: Εὐμόλιδοι· οὕτως οἱ ἀπὸ Εὐμόλπου ἐκαλοῦντο, τοῦ πρώτου ἱεροφαντήσαντος. Πολλοὶ δὲ γεγόνασιν ὁμώνυμοι Εὐμόλποι. ex iis sumebantur mysteriorum Eleusiniarum ἱεροφάνται. qui plura de Eumolpo, Eumolpidis Eleusiniisque cupit, totam rem ducibus Lobeckio in Aglaophamo et Prellero (Demeter u. Persephone. Hamb. 1837) optime expositam reperiet a Müllerero in Ersch u. Gruber, Encycl. I. Vol. XXXIII. Eleusiniē. — superstitio] hic bono sensu sine erroris notione de cultu maxime externo atque adhuc ignoto. — Sinopen] Sinope, colonia Mileti, patria Diogenis Cynici, caput Mithradatis regis clarissimi, hodie Sinbb. cf. Kiepert § 98. —

pen nec procul templum vetere inter accolas fama Iovis Ditis: namque et muliebrem effigiem adsistere, quam plerique Proserpinam vocent. sed Ptolemaeus, ut sunt ingenia regum, pronus ad formidinem, ubi securitas rediit, voluptatum quam religionum adpetens, negligere paulatim aliasque ad curas animum vertere, donec eadem species terribilior iam 5 et instantior exitum ipsi regnoque denuntiaret, ni iussa patrarentur. tum legatos et dona Scydrothemidi regi (is tunc Sinopensibus imperitabat) expediri iubet; praecepitque navigaturis, ut Pythicum Apollinem adeant. illis mare secundum, sors oraculi haud ambigua: »irent simulacrumque patris sui reveherent, sororis relinquerent.« (84) ut Sinopen venere, mu- 10 nera preces mandata regis sui Scydrothemidi adlegant. qui diversus animi modo numen pavescere, modo minis adversantis populi terri; saepe donis promissisque legatorum flectebatur. atque interim triennio exacto Ptolemaeus non studium, non preces omittere; dignitatem legatorum, numerum navium, auri pondus augebat. tum minax facies Scydrothemidi 15 offertur, ne destinata deo ultra moraretur; cunctantem varia pernicies morbique et manifesta caelestium ira graviorque in dies fatigabat. advocata contione iussa numinis, suos Ptolemaeique visus, ingruentia mala exponit. vulgus aversari regem, invidere Aegypto, sibi metuere templumque circumsedere. maior hinc fama tradidit deum ipsum adpulsas litori 20 navis sponte conscendisse: mirum inde dictu tertio die tantum maris emensi Alexandriam adpelluntur. templum pro magnitudine urbis extructum loco, cui nomen Rhacotis: fuerat illic sacellum Serapidi atque Isidi

1/2 nanq; 3 ptolomeus ut[ut (in fine et initio columnae) 5 ūteret] (t del. 1m.)
eadem dett.: cgdē 6 patrarentur dett.: paterentur 7 donas (litt. s exstincta) scydrothe
medi (e in i corr. 2m.) rgi (e superscr. 1m.) 8 praecipitque det. Pythium det. 11 suis
(litt. s exstincta) alegant (l superscr. 2m.) diversus Puteolanus: ūs; 14 ptolom̄s
pces 15 minax (x ex s corr. 1m) Scydrothemidi 16 destināt adeo 17 manista
(te superscr. 2m.) 18 Ius sanū Inis ptolomeiq; 19 aversari Muretus: aduersari
21 tatū (n superscr. 2m.) 22 magnitudinē (nota erasa) 23 Serapidi] Osiridi Savilius

Voluptatum quam religionum] cf. c. 76 contiones quam ferrum. — praecepitque — adeant] cf. Sall. Cat. 41, 5 praecepit, ut — adeant et 34, 1 respondit — discedant. — Pythicum Apollinem] vulgo Apollo Pythius, at cf. Livius 5, 21, 2 tuo ductu — Pythice Apollo. — sororis] Proserpinae, quatenus ab eodem patre Iove genitae.

84. diversus animi] idem quod incertus animi Ann. 6, 46. ambiguus consilii Hist. 2, 83 et 4, 21. — aversari] sententiam regis improbare magis quam ei aperte reniti, quod esset aversari. cf. ad Hist. 1, 1. — maior fama] est mirabilior, ob rei miraculū maius fide. ERN. minus fabulosa refert Plutarchus 1. 1.: Σωτήλης καὶ Διονύσιος (regis legati)

χρόνῳ πολλῶ καὶ μόλις, οὐκ ἄνευ μέντοι θείας προνοίας, ἤγαγον ἐκκλέψαντες (τὸν κολοσσόν). — Rhacotis] Strabo 17. p. 792: Ῥακῶτις νῦν μὲν τῆς Ἀλεξανδρέων πόλεως ἐστὶ μέρος τὸ ὑπερκαίμενον τῶν νεωρίων· τότε δὲ κώμη ὑπῆρχε. Serapeum Alexandrinum describit Amm. Marcell. 22, 16. eius meminit etiam Dionys. Perieg. 254. de Alexandria: Μακηδόنيον ποτιέθρον Ἐνθα Συναπίτασι Διὸς μεγάλοιο μέλαθρον, Χρυσὸν τιμήντι κεκασμένον. Οὐκ ἂν ἐκεῖνου Νηὸν ἐν ἀνθρώποισι θεώτερον ἄλλον ἴδοιο. quibus in versiculis hoc maxime animadvertendum, Serapim διαβόρηδην Iovem vocari. — sacellum Serapidi atque Isidi] illustravit hunc locum propterea ob-

antiquitus sacratum. haec de origine et advectu dei celeberrima. nec sum ignarus esse quosdam, qui Seleucia urbe Syriae accitum, regnante Ptolemaeo, quem tertia aetas tulit; alii auctorem eundem Ptolemaeum, sedem ex qua transierit Memphim perhibent, inclutam olim et veteris Aegypti columen. deum ipsum multi Aesculapium, quod medeatur aegris corporibus, quidam Osirin, antiquissimum illis gentibus numen, plerique Iovem ut rerum omnium potentem, plurimi Ditem patrem insignibus, quae in ipso manifesta, aut per ambages coniectant.

(85) At Domitianus Mucianusque antequam Alpibus propinquarent, prosperos rerum in Treveris gestarum nuntios acceperunt. praecipua victoriae fides dux hostium Valentinus nequaquam abiecto animo, quos spiritus gessisset, voltu ferebat. auditus ideo tantum, ut nosceretur ingenium eius, damnatusque inter ipsum supplicium exprobranti cuidam patriam eius captam »accipere se solacium mortis« respondit. sed Mucianus, quod diu occultaverat, ut recens exprompsit: »quoniam benignitate deum fractae hostium vires forent, parum decore Domitianum confecto prope bello alienae gloriae interventurum. si status imperii aut salus Galliarum in discrimine verteretur, debuisse Caesarem in acie stare: Canninefates Ba-

2/3 ptolomeo 3 ptolomeū 4 egypti 7 quae Puteolanus: queq; 10 acceperunt
(unt punctis del. et e superscr. 1m.) 11/12 sps 18 discrimine Canninefates

scuriorem, quod post longam narrationem de Serapide quasi deo antea ignoto Aegyptiis et ex Sinope advecto prope nimis abrupte memorat sacellum eidem antiquitus dicatum, Guigniaut apud Burnoufium ingeniose inter se coniungens vv. Taciti mox sequentia: *aliū sedem ex qua transierat Memphim perhibent* variaeque aliorum testimonia. eius sententia breviter huc redit: Serapim deum inferorum antiquissimum fuisse Aegyptiorum, assimilatum postea sub Ptolemaeis Sinopensi illi Iovi Diti sive Plutoni. partem huius disputationis dabimus in Exkursu. — *qui Seleucia*] huius quidem famae auctor apud Clementem in Protr. p. 42 est Isidorus μύνονα. de Seleucia Pieria cf. Kiepert § 149. — *regnante Ptolemaeo*] Euergete, a ante Chr. 247—222. — *Memphim*] de Memphi cf. Kiepert § 181. — *Aegypti columen*] Plin. n. h. 5, 50 *Memphis, quondam rex Aegypti regum*. cf. Livius 6, 37, 10 *consulatum superesse plebeis; eam esse arcem libertatis, id columen*, 38, 51, 4 (de Scipione) *unum hominem caput columenque imperii Romani esse*. Curtius 9, 6, 8 (de Alexandro) *hoc Macedoniae columen ac sidus*. — *per ambages*] insignia vel speciem eius per allegoriam vel

symbolica ratione explicando. DUEBN. insignia autem Serapidis Cerberus et draco ad latera, modius in capite, latum pallium, quo ut Pluto involutus est. (Apud Vaillant NN. Col. II. p. 42 nummus Caracallae Sinopensis Iovem Ditem exhibet in lectisterio cubantem capite calatho ornato, dextra aquilam, sinistra hastam. OBERL.) de cognominibus Serapidis dei cf. C. F. H. Bruchmann, Epitheta deorum, quae apud poetas Graecos leguntur. Lipsiae 1893. p. 204. (W. H. Roscher, Ausführliches Lexicon der Griech. und Röm. Mythologie. Suppl.)

85. *Domitianus*] quomodo Domitiano propter hanc expeditionem adulatus sit Iosephus B. Iud. 7, 4, 2, videbimus in fine Libri quintitem Silius Ital. 3, 607 *At tu transcendes, Germanice, facta tuorum, iam puer auricomis praeformidate Batavo*. Völker ad h. l. — *Valentinus*] captus c. 71. — *solacium mortis*] quippe qua efficiatur, ut captae patriae aspectus ipsum non affligat. DUEBN. cf. Agr. 44: *mortis grande solacium tulit evasisse postremum illud tempus* etc. sensu prorsus simili. — *ut recens*] ut quod nunc primum ipsi in mentem veniret. DUEBN. — *verteretur*] exquisitius quam *versaretur*, quod ipsum v. frustra proposuit Broterius.

taevosque minoribus ducibus delegandos. ipse Luguduni vim fortunamque principatus e proximo ostentaret, nec parvis periculis inmixtus et maioribus non defuturus. (86) intellegebantur artes; sed pars obsequii in eo, ne deprehenderentur. ita Lugudunum ventum. unde creditur Domitianus occultis ad Cerialem nuntiis fidem eius temptavisse, an praesenti sibi exercitum imperiumque traditurus foret. qua cogitatione bellum adversus patrem agitaverit an opes viresque adversus fratrem, in incerto fuit: nam Cerialis salubri temperamento elusit se vana pueriliter cupientem. Domitianus sperni a senioribus iuventam suam cernens modica quoque et usurpata antea munia imperii omittebat, simplicitatis ac modestiae in imagine in altitudinem conditus studiumque litterarum et amorem carminum simulans, quo velaret animum et fratris aemulationi subduceretur, cuius disparem mitioremque naturam contra interpretabatur.

2 ostentaret Rhenanus: ostentare 3 defuturos 4 deprehenderentur (deprehenderetur L. Spengel) 10 ante ea modestiae 12 emulationi subduceretur editio princeps: subduceret (se subduceret Th. Kiessling, fratris se Halm) 13 inquitabatur neq; nos Inpunitos patiantur: Corneli taciti liber XX explicit Incipit XXI. (neque — patiantur sunt verba ex oratione Cerialis c. 77. falso repetita.)

86. *sed pars obsequii*] cf. 2, 47 *pars ignaviae est*, 3, 46 *pars consilii pacisque erat*. Greef, Lexicon Taciteum p. 1062 E. — *ne deprehenderentur*] scil. intellectae artes. »prudenter erat dissimulare intellectum et obsequii, ut ita artes haud intellexisse videretur.« RUPERTI. cf. Ann. 1, 11 *unus metus, si intellegere viderentur*, 2, 42 *si intellegere crederetur, vim metuens*, 13, 38 *dissimulato tamen intellectu*, 14, 6 *solum insidiarum remedium esse, si non intellegentur*. — *qua cogitatione*] quo in consilio arcano exercitus potiundi, ut Ann. 15, 54: *magnae cogitationis manifestus erat*. Vellei. 1, 10: *cogitationem regiam*. — *salubri temperamento*] »durch eine heilsame Abkühlung« cf. 4, 68 *hic (Mucianus) moras nectens, quis flagrantem (Domitianum) retineret, ne ferocia aetatis et pravis impulsoribus, si exercitum invasisset, paci belloque male consuleret*. — *elusit*] frustratus est, quasi ictu adversarii eluso, cf. Ann. 3, 16 *ni elusus a Seiano per vana promissa foret*, 13, 22 *variis mox artibus elusus — est*. — *in altitudinem*] quasi dicas, in profundum, penitus. DUEBN. Suet. Dom. 2: *simulavit et ipse mire modestiam, inprimisque poeticae studium, tam insuetum antea sibi quam postea spreum et abiectum*. ceterum nota est Quintiliani adulatio ab infausta necessitate expressa 10, 1, 91: *Germanicum Augustum ab institutis studiis deflexit cura terrarum,*

parumque dis visum est esse eum maximum poetarum. Quid tamen his ipsis eius operibus in quae donato (id est aliis relicto, condonato) imperio iuvenis recesserat, sublimius, doctius, omnibus denique numeris praestantius? Quis enim caneret bella melius quam qui sic gerit? Quem praesidentes studiis deae propius audirent? Cui magis suas artes aperiret familiare numen Minervae? Dicent haec plenius futura saecula. ac similia Silius, Valerius Flaccus, Martialis. hinc Rutgersius (Var. Lectt. III. p. 276), Grauert (Mus. Rhen. 1827. IV. p. 347), Niebuhr (Röm. Geschichte V. p. 291) Aratea illa Latina, quae ex optimis Codd. emendata edidit Turici M. DCCC. XXXI., quaeque a plerisque Germanico Caesari, Drusi filio, adscribuntur, Domitiano vindicare voluerunt. contra disputant Lersch (Zeitschr. für Alterthumsw. 1837. N. 129) et Merkel (ad Ovid. Trist. p. 379). quin etiam fuerunt, qui Claudio imperatori eam curam tribuerent, quia Codicum inscriptiones hae sunt: *LIBER ASTRONOMIAE CLAUDII CAESARIS* vel *CLAUDII CAESARIS ARATI PHAENOMENA*. — *contra*] quam re vera erat, ergo sinistre atque inique, quasi Titus ipsi caritatem patris populique studia praeripere conaretur. cf. Ann. 13, 47 (Nero) *suspectabat maxime Cornelium Sullam, socors ingenium eius in contrarium trahens callidumque et simulatorem interpretando*.

EXCURSUS I. AD C. XLVIII.

Beneficiorum numerus] Proprie et ex aevi eius usu accipie beneficia, promotiones ad altiores ordines sive gradus. castrense in ea re verbum est, Livio sic usurpatum 9, 30, 3: *Ut tribuni militum seni deni a populo crearentur quae antea, perquam paucis suffragio populi relictis locis, dictatorum et consulum ferme fuerant beneficia.* Ciceroni etiam epistola ad Rufum quaestorem 5, 20, 4: *De centurionibus tamen et de tribunorum militarium contubernaliibus res est in integro; genus enim horum beneficiorum definitum lege non erat.* nec Valerius alio sensu 4, 7, 5 scripsit: *Ad equestrem ordinem et splendidae militiae stipendia P. Caeli beneficio pervenerat.* item Suetonius Tib. 12. clare: *Venit in suspicionem per quosdam beneficium sui centuriones.* noster adaeque 1, 25: *primores militum per beneficia Nymphidi ut suspectos.* hi tales beneficiarii dicti. Caesar B. C. 1, 75: *Petreius cum praetoria cohorte barbarisque equitibus paucis, beneficiariis suis.* passim in lapidibus: *BF. COS. et BF. PR. et BF. PR. PR.* id est, *Beneficiarius Consulis, Beneficiarius Praetoris, Beneficiarius Praefecti Praetorio, aut Propraetoris.* Vegetius nomen restringere videtur: *beneficiarii*, inquit 2, 7, *ab eo appellati, quod promoventur beneficio tribunorum.* et ad eius mentem lego in lapidibus ista: in Piceno (ap. Grut. 551, 3) *BENEFICIARIUS TRIBUNI. DEINDE. OPTIO. IN. CENTURIA.* Romae (ib. p. 538, 8) *CORNELIO. MARCIANO. MILITI. CHORT. XII. VRB. BENEF. TRIBUNI.* abiisse in aliud officii nomen videtur ex Tertulliano de fuga c. 13: *In matricibus beneficiorum et curiosorum inter tabernarios et lanios et aleones et lenones Christiani quoque vectigales continentur.* LIPS. duo sunt apud veteres beneficiorum genera, quae subinde confunduntur a doctissimis, ut h. l. ab ipso Lipsio. alia sunt *beneficia*, quae ad aerarium deferuntur, ad quae spectat locus ex Ep. Cic. ad quaestorem suum: alia *beneficia* imperatorum aut aliorum. in illis nihil est nisi commendatio virtutis et rei bene gestae, quae deponitur apud aerarium et venit in civium notitiam, unde aditus munitur ad honores maiores: in his est gradus aut honoris collatio, ut tribunatus, praefecturae, centuriatus cet., verbo honoratoris et utilioris militiae in quocunque genere: nam et centurionum beneficia sunt. neque vero solum de militia dicitur, sed et aliis: velut apud Plin. Epp. 10, 48. sunt *buleutae beneficio* Caesaris: nam ibi aut *additi beneficio tuo* cum Casaubono legendum, aut *qui sunt beneficio tuo.* ut ad Tacitum veniamus, aequatus beneficiorum numerus nihil est aliud, quam numerum locorum militarium, quae adsignarentur arbitrio proconsulis, fuisse inter utrumque ita divisum, ut uterque totidem crearet. ERN.

EXCURSUS II. AD C. LXVII.

EX PLUTARCHI AMATORIO C. XXV.

Recognovit Gregorius N. Bernardakis vol. IV. p. 459. Lipsiae 1892.

Κιουίλιος, ὁ τὴν ἐν Γαλατίᾳ κινήσας ἀπόστασιν, ἄλλους τε πολλούς, ὡς εἰκός, ἔσχε κοινωνούς καὶ Σαβίνου ἄνδρα νέον οὐκ ἀγεννή, πλούτῳ δὲ καὶ δόξῃ ἀνθρώπων πάντων ἐπιφανέστατον. ἀψάμενοι δὲ πραγμάτων μεγάλων ἐσφάλησαν καὶ δίκην δάσειν προσδοκῶντες οἱ μὲν αὐτοὺς ἀνήρουν, οἱ δὲ φεύγοντες ἠλίσκοντο. τῷ δὲ Σαβίνῳ τὰ μὲν ἄλλα πράγματα ὁρθῶς παρεῖχεν ἐκποδῶν γενέσθαι καὶ καταφυγεῖν εἰς τοὺς βαρβάρους· ἦν δὲ γυναῖκα πασῶν ἀρίστην ἡγμένος ἦν (ἐκεῖ μὲν Ἐμπονὴν ἐκάλου, Ἕλλητιστι δ' ἂν τις Ἡρωίδα προσαγορεύσειεν) οὐτ' ἀπολιπεῖν δυνατός ἦν οὔτε μεθ' ἑαυτοῦ κομίζεῖν. ἔχων οὖν κατ'

ἀγρόν ἀποθήκας χρημάτων ὀρυκτὰς ὑπογείους, ἃς δύο μόνοι τῶν ἀπελευθέρων συνήδεσαν, τοὺς μὲν ἄλλους ἀπήλλαξεν οἰκέτας, ὡς μέλλων φαρμάκοις ἀναίρειν ἑαυτόν, δύο δὲ πιστοὺς παραλαβὼν εἰς τὰ ὑπόγεια κατέβη· πρὸς δὲ τὴν γυναῖκα Μαρκιᾶλιον ἔπεμψεν ἀπελευθέρου ἀπαγγελοῦντα τεθνήσκει μὲν ὑπὸ φαρμάκων, συμπεπλεγῆθαι δὲ μετὰ τοῦ σώματος τὴν ἑπαυλίαν· ἐβούλετο γὰρ τῷ πένθει χρῆσθαι τῆς γυναικὸς ἀληθινῶς πρὸς πίστιν τῆς λεγομένης τελευτῆς. ὁ καὶ συνέβη· δῖψασα γὰρ, ὅπως ἔτυχε, τὸ σῶμα μετ' οἴκτων καὶ ὀλοφυρμῶν ἡμέρας τρεῖς καὶ νύκτας ἄσιτος διεκατέργασε. ταῦτα δὲ ὁ Σαβίνος πυνθανόμενος καὶ φοβηθεὶς, μὴ διαφθεῖρη παντάπασιν ἑαυτήν, ἐκέλευσε φράσαι κρύφα τὸν Μαρκιᾶλιον πρὸς αὐτήν, ὅτι ζῆ καὶ κρύπτεται, δεῖται δ' αὐτῆς ὀλίγον ἐμμεῖναι τῷ πένθει, καὶ μηδὲ * * 1) πιθανὴν ἐν τῇ προσποιήσει γενέσθαι. τὰ μὲν οὖν ἄλλα παρὰ τῆς γυναικὸς ἐναγωνίως συντραγουδεῖτο τῇ δόξῃ τοῦ πάθους· ἐκείνου δ' ἰδεῖν ποθοῦσα νυκτὸς ὄχου, καὶ πάλιν ἐπανῆλθεν. ἐκ δὲ τούτου λανθάνουσα τοὺς ἄλλους ὀλίγον ἀπέδει συζῆν ἐν ᾧδου τῷ ἀνδρὶ πλέον ἐξῆς ἑπτὰ μηνῶν· ἐν οἷς κατασκευάσασα τὸν Σαβίνον ἐσθῆτι καὶ κορυφῇ καὶ καταδέσει τῆς κεφαλῆς ἀγνωστον εἰς Ῥώμην ἐκόμισε μεθ' ἑαυτῆς τινῶν ἐλπίδων ἐνδεδομένον. πράξασα δ' οὐδὲν αὐτῆς ἐπανῆλθε, καὶ τὰ μὲν πολλὰ ἐκείνῳ συνῆν ὑπὸ γῆς, διὰ χρόνον δ' εἰς πόλιν ἐφοῖτα ταῖς φίλαις ὀρωμένη καὶ οἰκείαις γυναιξί. τὸ δὲ πάντων ἀπιστότατον, ἔλαθε κούσασα λοουμένη μετὰ τῶν γυναικῶν· τὸ γὰρ φάρμακον, ᾧ τὴν κόμην αἱ γυναῖκες ἐναλειφόμεναι ποιοῦσι χρυσοειδῆ καὶ πύρρον, ἔχει λίπασμα σαρκοποιῶν ἢ χανωτικὸν σαρκός, ὥσθ' οἷον διάχυσίν τινα ἢ διόγκωσιν ἐμποιεῖν· ἀφθόνῳ δὲ χρωμένη τούτῳ πρὸς τὰ λοιπὰ μέρη τοῦ σώματος, αἰρόμενον καὶ ἀναπιμπλάμενον ἀπέκρυπτε τὸν τῆς γαστροῦ ὄγκον. τὰς δ' ἄδυνας αὐτῆ κατ' ἑαυτήν διήνεγκεν, ὥσπερ ἐν φωλεῷ λέαινα καταδύσα πρὸς τὸν ἄνδρα, καὶ τοὺς γενομένους ὑπεθρέψατο σκύμνους ἄρρενας· δύο γὰρ ἔτεκε. τῶν δ' υἱῶν ὁ μὲν ἐν Αἰγύπτῳ πεσῶν ἐτελεύτησεν, ὁ δ' ἕτερος ἄρτι καὶ πρῶτον γέγονεν ἐν Δελφοῖς παρ' ἡμῖν ὄνομα Σαβίνος. ἀποκτείνει μὲν οὖν αὐτὴν ὁ Καῖσαρ· ἀποκτείνων δὲ δίδωσι δίκην, ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ τοῦ γένους παντὸς ἄρδην ἀναίρεθέντος. οὐδὲν γὰρ ἠνεγκεν ἢ τόθ' ἡγεμονία σκυθροπότερον οὐδὲ μάλλον ἐτέραν εἰκός ἦν καὶ θεοὺς καὶ δαίμονας ὄψιν ἀποστραφῆναι· καίτοι τὸν οἴκτον ἐξῆρει τῶν θεωμένων τὸ θαρραλέον αὐτῆς καὶ μεγάληγορον, ᾧ καὶ μάλιστα παραῤῥησε τὸν Οὐεσπασιανόν, ὡς ἀπέγνω τῆς σωτηρίας πρὸς αὐτὸν ἀλλαγῆν 2) κελεύουσα· βεβιωκέναι γὰρ ὑπὸ σκότῳ καὶ κατὰ γῆς ἡδίων ἢ βασιλεύειν ἐκείνῳ.

Adde ex Dione (66, 3): Ἰουλίος τις Σαβίνος, ἀνὴρ πρῶτος τῶν Αἰγυγίων, δύναμιν καὶ αὐτὸς ἰδίαν ἠθροισε καὶ Καῖσαρ ἐπωνομάσθη, λέγων ἕκγονος τοῦ Καίσαρος τοῦ Ἰουλίου εἶναι. ἠττηθεὶς δὲ μάχαις τισὶν ἔφυγεν εἰς ἀγρόν τινα, κἀνταῦθα εἰς μνημεῖον ὑπόγειον, προκαταπρήσας αὐτό, κατέδυ· καὶ οἱ μὲν ᾧοντο κἀκεῖνον ἀπολαλέναι, ὁ δὲ ἐκρύφθη τε ἐν αὐτῷ ἑννέα ἔτη μετὰ τῆς γυναικὸς καὶ παιδῶν ἐξ αὐτῆς δύο ἄρρενας ἐκύθησε.

(66, 16): Ὁ Σαβίνος ἐκεῖνος ὁ Γαλάτης ὁ Καῖσαρά ποτε ἑαυτὸν ὀνομάσας καὶ ἐς ὄπλα χωρήσας ἠττηθεὶς τε καὶ ἐς τὸ μνημεῖον κατακρυφθεὶς ἐφανερῶς τε καὶ ἐς τὴν Ῥώμην ἀνήχθη· συναπέθανε δὲ αὐτῷ καὶ ἡ γυνὴ Πεπονίλλα, ἥπερ πον καὶ διεσώσατο αὐτόν· καίτοι τὰ παῖδια τῷ Οὐεσπασιανῷ προβαλοῦσα καὶ ἐλευερότατον ἐπ' αὐτοῖς λόγον εἰπούσα, ὅτι ταῦτα, Καῖσαρ, καὶ ἐγέννησα ἐν τῷ μνημεῖῳ καὶ ἔθρεψα, ἵνα σε πλείονες ἵκετεύσωμεν. δακρύουσαι μὲν γὰρ αὐτόν καὶ τοὺς ἄλλους ἐποίησεν, οὐ μέντοι καὶ ἠλεήθησαν.

Nihil novi afferre potuerunt Secousse, *Histoire de Julius Sabinus et d'Erponina sa femme. Mémoires de l'académie des inscriptions* VI. p. 670 et Thierry, *Histoire des Gaulois* Éd. III. Vol. III. p. 447.

1) Supple eum Reiskio καὶ μηδὲν ἔλωσ παραλιπεῖν ὥστε πιθανήν, vel eum Wyttenbachio μηδὲν ἀνείναι, ἀλλὰ πιθανήν.

2) Wyttenb. ἀγγέλειεν, Winckelm. ἀλλ' ἄγειν. ἀπάγειν ὑπὸ γῆν aut ἀπάγειν R. πρὸς αὐτὸν ἀπάγειν Emperius, προσαιτεῖν ἀλλαγῆν Madvig.

fait inconnu, nous montre dans un mot, dans le nom de Sinopium ou Sinopiennne, donné sans doute en égyptien à la montagne des sables près de laquelle s'élevait le temple de Sérapis, le vrai secret de la légende suggérée à la vanité grecque par le rapport fortuit de ce nom avec celui de la ville de Sinope? A cette coïncidence toute verbale, qu'on en ajoute une autre également fortuite, également possible, celle du caractère et des attributs entre le Jupiter-Pluton de Sinope et Sérapis infernal du mont Sinopium à Memphis, alors la légende aura pris avec le temps, aux yeux des Grecs et des Égyptiens grécisants de la cour des Ptolémées, une consistance qui l'aura fait passer pour une réalité historique et incontestable. Et cependant le seul fait réel, le fait antique de l'origine memphitique du Sérapis d'Alexandrie, n'aura pu tellement s'obscurcir dans la mémoire des hommes, que la tradition ne s'en soit conservée à côté du récit en vogue.

Telle est la conjecture dont nous trouvons le germe dans Jablonski, mais dont les développemens nous sont propres en grande partie.

cf. etiam *Wilhelm Drexler*, Mythologische Beiträge. 1. Heft: Der Kultus der ägyptischen Gottheiten in den Donauländern. Leipzig, Teubner, 1890.

HISTORIARUM LIBER QUINTUS.

BREVIARIUM LIBRI.

Cap. 1. Interim Titus cum valido exercitu prope Hierosolyma castra facit. 2—5. Iudaicae gentis primordia, sacra, instituta, deque iis maligna profanorum iudicia. 6. 7. descriptio terrae finiumque, balsami, Libani, Iordanis, lacus bitumen egerentis, camporum torridorum, fructuum in cinerem vanescentium, Beli amnis, cuius arenae vitro iuservientes. 8. Hierosolyma genti caput. immensae opulentiae templum. Iudaeorum sub aliis gentibus et suis regibus fata; 9. varia sors sub Romanis. 10—12. bellum sub Gessio Floro procuratore ortum. Titus Iudaeos in urbem compulsos obsidet. Hierosolymorum munitiones, copiae, duces. 13. prodigia ante obsidium.

14. Interea Civilis reparato per Germaniam exercitu bellum renovat; 15. manum conserit cum Ceriale satis prospere. uterque ad maturandum summae rei discrimen erectus. 16. 17. aciem instruit, suos adloquitur. 18. fit atrox pugna, qua prodicione cuiusdam Batavi Germani vincuntur. 19. 20. Civilis in Batavorum insulam transgressus praesidia Romanorum invadit Verace, Classico, Tutore suffultus. 21. ambiguum proelium. subvenit Cerialis fortunamque vertit. 22. at parum providus ferme opprimitur. 23. Civilis navalem aciem ostentat, sed a Ceriale trans Rhenum pellitur. hic insulam Batavorum populatus superfuso anme novum discrimen adit. 24. 25. tum hostium animos oculis nuntiis labefactat. 26. Civilis petito colloquio ad deditionem se pronum profitetur. A. u. 823. post Chr. 70.

(1) Eiusdem anni principio Caesar Titus, perdomandae Iudaeae delectus a patre et privatis utriusque rebus militia clarus, maiore tum vi famaue agebat, certantibus provinciarum et exercituum studiis. atque ipse, ut super fortunam crederetur, decorum se promptumque in armis ostendebat, comitate et adloquiis officia provocans ac plerumque in opere, 5 in agmine gregario militi mixtus incorrupto ducis honore. tres eum in

1 Iudeq̄ 2 privatis Rhenanus: platis utrisq; (v superscr. 1m.) 4 super fortunam Lipsius: superiori unam

1. *delectus*] »Ernestius coniecit *relictus* e loco Suet. Tit. 5. nam *delectus* imperatoris filio non satis dignum esse verbum nimis anxie censebat. nihil tamen ignobile in eo v. esse video, immo praecipuum decus. cf. Ann. 1, 59: *ille delectus Tiberius.* WALTH. cf. 2, 4 et 4, 51. — *privatis*] »imperatorium ad fastigium nondum evectis. de militia eorum ante hoc tempus v. Suet. Vesp. 4. Tit. 4. DUEBN. corruptam Mediceae scripturam Tacitus II,

egregie emendavit Rhenanus ex 3, 65. *Flavius Sabinus aetate prior privatis utriusque rebus auctoritate pecuniaque Vespasianum antebat.* — *certantibus provinciarum et exercituum studiis*] cf. 2, 4 *suspensis provinciarum et exercituum mentibus.* — *super fortunam*] »superior esse ea fortuna, quam in solito rerum cursu expectare poterat. — *in armis*] hoc a compluribus haud intellectum recte interpretatus est Walther: »quando ducem agebat, ducis

Iudaea legiones, quinta et decima et quinta decima, vetus Vespasiani miles, excepere. addidit e Syria duodecumam et adductos Alexandria duoetvicensimos tertianosque; comitabantur viginti sociae cohortes, octo equitum alae, simul Agrippa Sohaemusque reges et auxilia regis Antiochi validaque et solito inter accolos odio infensa Iudaeis Arabum manus; multi quos urbe atque Italia sua quemque spes acciverat occupandi principem adhuc vacuum. his cum copiis fines hostium ingressus composito agmine, cuncta explorans paratusque decernere, haud procul Hierosolymis castra facit. (2) sed quoniam famosae urbis supremum diem tradituri sumus, congruens videtur primordia eius aperire.

Iudaeos Creta insula profugos novissima Libyae insedis memorant, qua tempestate Saturnus vi Iovis pulsus cesserit regnis. argumentum e nomine petitur: inclutum in Creta Idam montem; accolos Iudaeos aucto in barbarum cognomento Iudaeos vocitari. quidam regnante Iside exundantem per Aegyptum multitudinem ducibus Hierosolymo ac Iuda proximas in terras exoneratam; plerique Aethiopum prolem, quos rege Cepheo metus atque odium mutare sedes perpulerit. sunt qui tradant Assyrios convenas, indigum agrorum populum, parte Aegypti potitos,

2 duodecuma abductos dett. alexandriā (notam del. 1m.) 3 duoetvicensimo 5 Iudeis 6 multique Halm ex urbe Nipperdey queng; 8/9 hieru solimis (hiero superscr. 2m.) 9 quoniam b: q̄ ut 4, 5 et 73 (quia dett.) supmū 10 congruē (ns superscr. 1m.) (congruū b) 12 pulsussus (sic) 13 Inclutū (u in y mut. 2m.) 14 Iudeos 15 egyptū 16 etoneratā (et in ex corr. 1m.)

munia obibat. — quinta] est quinta Macedonia. — decima] decima Fretensis. — quinta decima] quinta decima Apollinaris. — duodecumam] est duodecima Fulminata. — duoetvicensimos tertianosque] sunt mille vexillarii legionis duoetvicesimae Deiotarianae et mille legionis tertiae Cyrenaicae. cf. Iosephus B. I. 5, 44 διαχίλιοι μὲν γὰρ αὐτῶ τῶν ἀπ' Ἀλεξανδρείας στρατευμάτων ἐπιλεχτοὶ — συνεῖποντο. — Agrippa] Herodes Agrippa II, rex Trachonitidis et partis Iudaeae. Ann. 13, 7. Hist. 2, 81. — Sohaemusque] rex Emesae (Syriae) et Sophenes (inter Cappadociam et Armeniam) Ann. 13, 7. Hist. 2, 81. — Antiochi] Epiphanis, regis Commagenes et partis Ciliciae 2, 81. Ann. 12, 55. 13, 7 et 37. 14, 26. — adhuc vacuum] locutio ex iure (de possessionibus) petita: »principis animum ac favorem, antequam ad alios inclinaret, sibi conciliandi.« DUEBN. significatione propria apud Ictos Gaius 4, 131: si velimus vacuum

possessionem nobis tradi. — haud procul Hierosolymis] Iosephus B. I. 5, 51: στρατοπεδεύεται κατὰ τὸν ὑπὸ Ἰουδαίων πατρῶως Ἀκανθῶν αὐλῶνα καλούμενον πρὸς τινὶ κώμῃ Γαβὰδ Σαοὺλ λεγομένη — διέχων ἀπὸ τῶν Ἱεροσολύμων ὅσον ἀπὸ τριάκοντα σταδίων.

2. Iudaeos] cum totus hic de Iudaeis locus ab interpretibus nimis adhuc sit neglectus, de pluribus eius capitibus fusiis a nobis fuit disputandum. sed rationibus etiam typographicis coactus pleraque in longiorem Excursum conlicere debui, quem ad singula conferat lector. — aucto in barbarum] »nomine per insertam litteram u ita aucto, ut eis τὸ βαρβαρικόν, in barbaram formam abiret.« DUEBN. cf. Ann. 6, 42: (Seleucia) civitas potens — neque in barbarum corrupta. — metus atque odium] emigrantium adversus regem suum Cepheum. — Assyrios convenas] hoc aliquatenus consentaneum est iis, quae de Abrahamo narrantur.

mox proprias urbes Hebraeasque terras et propiora Syriae coluisse. clara alii Iudaeorum initia, Solymos, carminibus Homeri celebratam gentem, conditae urbi Hierosolyma nomen e suo fecisse. (3) plurimi auctores consentiunt orta per Aegyptum tabe, quae corpora foedaret, regem Bocchorim adito Hammonis oraculo remedium petentem purgare regnum et id genus hominum ut invisum deis alias in terras avehere iussum. sic conquistum collectumque volgus, postquam vastis locis relictum sit, ceteris per lacrimas torpentibus, Moysen unum exulum monuisse, ne quam deorum hominumve opem expectarent utrisque deserti, sed sibimet duce caelesti crederent, primo cuius auxilio praesentes miseras pepulissent. 10 adsensere atque omnium ignari fortuitum iter incipiunt. sed nihil aequae quam inopia aquae fatigabat, iamque haud procul exitio totis campis procubuerant, cum grex asinorum agrestium e pastu in rupem nemore opacam concessit. secutus Moyses coniectura herbidi soli largas aquarum

1 hebraeasq; propiora (propiora 2m.) 2 Iudeorum 3 hierosolyma (ā 2m.) nomen e Rhenanus: nomine plurimi — pepulissent refert Orosius 1, 10 6 hauehere (litt. h erasa) 8 mosen (y superscr. 2m.) 9 utriq; (s superscr. 1m.) (utring; b) sed dett. et Orosius: et (corr. ex ex 1m.) duci b, Orosius; ut duci dett.; duces Iacob 10 caeleste id Rätter, caeleste Nipperdey (ducem caelestem Haase) praesentes Orosius: credentes psentes

DUEBN. — clara — initia] »illustria, utpote ex vulgari opinione iam ab Homero memorata.« — nomen e suo fecisse] sic Virg. Ge. 1, 137: Navita tum stellis numeros et nomina fecit. Aen. 3, 18 Aeneadasque meo nomen de nomine fingo.

3. tabe] Humilia nomina praetulit Iustinus 36, 2: Aegypti, cum scabiam et vitiliginem paterentur, responso moniti eum (Moysen) cum aegris, ne pestis ad plures serperet, terminis Aegypti pellunt. — Hammonis] Iovis Aegyptii. Plut. de Is. et Os. 9: τῶν πολλῶν νομιζόντων ἴδιον παρ' Αἰγυπτίους ὄνομα τοῦ Διὸς εἶναι τὸν Ἄμουν (ὁ παράγοντες ἡμεῖς Ἄμμωνα λέγομεν), Μανειῶς δ' Σεβεννύτης τὸ κεκρυμμένον οἶεται καὶ τὴν κρύψιν ὑπὸ ταύτης δηλοῦσθαι τῆς φωνῆς. recte autem scriptum est nomen illud Aegyptium Amun. cf. Bunsen Aegypten I. p. 96. — vastis locis] vastis Arabiae locis memoriter vel explicationis gratia hinc affert Tertullianus Apol. 16., sed ut Med. Orosius 1, 10, ubi exscribit vv. Plurimi auctores — pepulissent. — per lacrimas torpentibus] per lacrimas est inter lacrimas, et torpere nullum consilium vincendi mali reperire. ERN. (Tandis que ces exilés restaient

abattu et pleuraient etc. Louandre.) — sed sibimet — crederent] cf. Curtius 10, 7, 10 sibimet ipsis potissimum crederent. — duce caelesti] scil. eo futuro, cuius etc. sic enim Moyses recta oratione dixisse videtur: »a dis et hominibus deserti, vobis ipsis credite, quibus dux caelestis is erit, qui primus nunc laborantibus opem tulerit. duce caelesti asinus indicatur, quem ducem secutus Moyses aquam repperit. c. 4 quo monstrante errorem sitimque depulerant. — primo cuius auxilio — pepulissent] cf. Livius 21, 52, 8 continendis in fide sociis maximum vinculum esse primos, qui eguissent ope, defensos censebat. — pepulissent] in oratione recta pepulertis, futurum exactum, pro quo plerique nunc ponent simplex. illud vero maiorem etiam Moysis fiduciam exprimit. — sed nihil aequae — fatigabat] cf. Ann. 4, 49 sed nihil aequae quam sitis fatigabat. — totis campis] ut 4, 18 totis campis palantur. Curtius 3, 8, 18 ignes — totis campis conlucere 3, 13, 10 iacebant totis campis 5, 1, 11 totis iacentium campis 9, 9, 25 totis campis inundatis. Livius 37, 20, 5 sparserant se toto passim campo. — herbidi soli] inde, quod herbidi ibi solum erat, conciens ibidem

venas aperit. id levamen; et continuum sex dierum iter emensi septimo pulsus cultoribus optinere terras, in quis urbs et templum dicata. (4) Moyses quo sibi in posterum gentem firmaret, novos ritus contrariosque ceteris mortalibus indidit. profana illic omnia, quae apud nos sacra; 5 rursum concessa apud illos, quae nobis incesta. effigiem animalis, quo monstrante errorem sitimque depulerant, penetrati sacravere, caeso ariete velut in contumeliam Hammonis. bos quoque immolatur, quoniam Aegyptii Apin colunt. ^(venerunt; sues) suae abstinent memoria cladis, quod ipsos scabies quondam turpaverat, cui id animal obnoxium. longam olim famem crebris adhuc 10 ieiuniis fatentur; et raptarum frugum argumentum panis Iudaicus nullo fermento detinetur. septimo diei otium placuisse ferunt, quia is finem

1 reperit Huetius 4 illis Acidalius 5 animalis (s. onagri superscr. 2m.)
6 sitim erroremque; b in penetrati Ritter 7 quoniam Orelli: ἢ (quae superscr. 2m.) cf.
c. 2 (quia Bipontini) 8 sues (s. del. 1m.) meria (mo post me supra lin. add. 1m. et
memoria superscr. 2m.) quod (qua superscr. 2m.) scabies (b ex p. corr. 1m.) 11 diei
(die superscr. 2m.)

debere esse fontes. DUEBN. — *venas aperit*] »facit, ut repente scateant«; multo hoc significantius quam Huetii *reperit*. Hebraeorum autem hac de re narrationem vide Exod. 17. — *urbs et templum dicata*] pro vulgari: »urbs condita et templum dicatum:« Βραχυλογία autem hic imprimis apta, quoniam urbs ipsa quoque sacra habebatur a Iudaeis; quod tamen Tacitus consulto significare voluerit, ut rati sunt nonnulli, mihi perquam dubium videtur.

4. *nobis incesta*] verbi causa, patruum nuptiae cum fratris filia. DUEBN. verum cum colore quodam rhetorico latius etiam patet, ut dicat, singulos prope Iudaeorum mores prorsus contrarios esse Romanis. — *animalis*] asini, quem a Iudaeis cultum esse gentiles multi credebant. refutat Iosephus c. Apion. 2, 7. DUEBN. cf. Plutarch. Sympos. 4, 5, 2 καὶ ἴσως ἔχει λόγον, ὡς τὸν ὄνον ἀναφήναντα πηγὴν αὐτοῖς ὕδατος τιμῶσιν, οὕτω καὶ τὴν ὄν σέβασαι σπόρου καὶ ἀρότου διδάσκαλον γενομένην. ceterum de huius erroris origine vide Excursum. — *errorem sitimque*] frustra nonnulli haeserunt in hoc ὑστέρῳ προτέρῳ utique singulari. verum hoc dicit: »monstrantibus onagris primum sitim depulerunt Iudaei, dein paucos post dies domini terrae cultae facti, ab errore liberati sunt.« utrumque autem artissime iungit atque adeo invertit Tacitus. Iustin. 36, 2, 14 illa dies famem illis erroremque finierat. — *in contumeliam Hammonis*] fortasse

hoc referendum ad arietem et taurum anniculum piaculares atque ad binos illos hircos, alterum ἀποπομπάων, qui in desertum dimittebatur, alterum immolandum, de quibus omnibus cf. Levitic. 16, 3 seqq. — *memoria cladis*] immo, ut constat, lege ob valetudinem lata. sequentia re ipsa consentiunt fere cum sacris litteris, sed rationes falsae rebus subduntur. DUEBN. cf. 4, 18 *memoria cladis*. »ceterum *clades* non intelligenda de expulsionem ex Aegypto, sed de morbo ipso.« ERN. cf. Livius 2, 34, 6 *pestilentia ingens — ea clade conterritis — animis. — crebris — ieiuniis*] publica et ordinaria a Moyse non nisi quotannis magno expiationis die sancta decimo septimi mensis die; postea extraordinarii ieiuniorum dies in memoriam insignium calamitatum et postremo a Pharisaeis, probitatis sanctitatisque simulatoribus, duo in quaque hebdomade. RUFERTI. — *panis Iudaicus nullo fermento*] refertur hoc dumtaxat ad ferias azymorum. Levitic. 23, 5: Ἐν τῷ πρώτῳ μηνὶ ἐν τῇ τεσσαρεσκαίδεκάτῃ ἡμέρᾳ τοῦ μηνός — πάσχα τῷ Κυρίῳ· καὶ ἐν τῇ πεντεκαίδεκάτῃ ἡμέρᾳ τοῦ μηνός τούτου ἑορτὴ τῶν ἄζυμων τῷ Κυρίῳ· ἑπτὰ ἡμέρας ἄζυμα ἔδεσθε. — *septimo diei otium*] pertinet hoc ad ea, quae traduntur c. 3, extr. confundit autem Tacitus sabbata communia, de quorum ratione vide Genes. 2, 2. Levitic. 23, 3: Τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ σάββατα, ἀνάπαντες κλητὴ ἀγία τῷ Κυρίῳ· cum septem illis diebus τῆς

laborum tulerit; dein blandiente inertia septimum quoque annum ignaviae datum. alii honorem eum Saturno haberi, seu principia religionis tradentibus Idaeis, quos cum Saturno pulsos et conditores gentis accepimus, seu quod de septem sideribus, quis mortales reguntur, altissimo orbe et praecipua potentia stella Saturni feratur ac pleraque caelestium viam 5 suam et cursus septimos per numeros conneent.] (5) hi ritus, quoquo modo inducti, antiquitate defenduntur: cetera instituta, sinistra foeda, pravitate valere. nam pessimus quisque spretis religionibus patriis tributa

3 Idaeis Lipsius: Iudeis 4 syderibus mortales res Wurm, mortalia Nipperdey
5 potentia (corr. 1m. et potētia superscr. 2m.) viam Bezenberger: uim 6 cursus
dett. septenos Halm conneent Wölfflin: ὀμεarent (commeare dett., compleant Halm)
hi editio princeps: Is 7 antiquitatē (notam del. 1m.)

σκηνοπηγίας. Levitic. 23, 42: Ἐν σκηναῖς κατοικήσετε ἑπτὰ ἡμέρας — ὅπως ἴδωσιν αἱ γενεαὶ ὑμῶν, ὅτι ἐν σκηναῖς κατόκησα τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ, ἐν τῷ ἐξαγαγεῖν με αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου. — *septimum quoque annum*] de septimo anno deo consecrato vide Levitic. 25, 4: Ἐξ ἑτῆ σπερεῖς τὸν ἀγρόν σου καὶ ἐξ ἑτῆ τεμεῖς τὴν ἄμπελόν σου καὶ συνάξεις τὸν καρπὸν αὐτῆς· τῷ δὲ ἔτει τῷ ἑβδόμῳ σάββατα· ἀνάπαντος ἔσται τῇ γῆ, σάββατα τῷ Κυρίῳ. Τὸν ἀγρόν σου οὐ σπερεῖς καὶ τὴν ἄμπελόν σου οὐ τεμεῖς. — *honorem eum Saturno*] Dio 37, 17 de Iudaeis: καὶ τὴν ἡμέραν τὴν τοῦ Κρόνου καλουμένην ἀνέθεσαν. ibid. 16 de iisdem tempore belli a Pompeio adversus Aristobulum gesti a. u. 691: τὰς τοῦ Κρόνου δὴ ὀνομασμένας (ἡμέρας) διαλείποντες καὶ οὐδὲν τὸ παράπαν ἐν αὐταῖς δρῶντες παρέδωκαν τοῖς Ῥωμαίοις καιρὸν ἐν τῷ διακένῳ τούτῳ τὸ τεῖχος διασεισάσαι. »cum invalisset etiam inter Graecos et Romanos (Ovid. A. A. 1, 415. Horat. Sat. 2, 3, 290. Tibull. 1, 3, 18) Aegyptiorum usus (Dio 37, 18), ut hebdomadis dies a sideribus nuncuparentur, diesque septimus Saturno fuisset dicatus, tunc existimatum est honorem sabbati tanta cum religione culti Saturno haberi, id quod veri simillimum iis visum est, qui ab Idaeis sive Cretensibus Iudaeorum originem repetebant.« BRON. — *accepimus*] cf. c. 2. — *de septem*] de hoc usu praepos. de cf. Hand Turs. II. p. 196, qui inter exempla affert Suet. Dom. 13: Suram — tunc de oratoribus coronatum, ex oratorum numero, inter oratores; atque alia, ubi iungitur numeris, ut hic, Cic. Rose. Am. 35: de tribus et

decem fundis tres nobilissimos cet. — *feratur*] dignitas stili Tacitei sane requirit, ut hoc v. interpretemur: »cursum suum caelestem perficiat«, non cum aliis: »dicatur, a plerisque credatur«, id quod certe de altissimo orbe tunc omnes iamdudum compertum habebant. — *septimos per numeros*] cf. Cic. de rep. 6, 18 *septem efficiunt — sonos: qui numerus rerum omnium fere nodus est*. Clemens Alex. Strom. 6, 16, 140: Εὐκλότως τὸν ἑπτὰ ἀριθμὸν ἀμήτορα καὶ ἄγονον λογίζονται τὸ σάββατον ἐρμηνεύοντες κτλ. Zeller Die Philosophie der Griechen I⁸ p. 335 sq. — *conneent*] meare et commeare de sideribus frequens, de accusativo iuncto cf. Horat. Sat. 1, 6, 94 *aevum remeare peractum*.

5 *spretis religionibus patriis*] »polytheismo abiecto, Iudaeorum de uno deo doctrinam huiusque cultum amplexus.« intelliguntur *proselyti*, οἱ σεβόμενοι τὸν Θεόν (Act. App. 18, 7) sive οἱ σεβόμενοι Ἑλληνας (ib. 17, 4) sive οἱ σεβόμενοι absolute (ib. 13, 43), *metuentes religioni Iudaicae*. (Inscr. m. Lat. N. 2523) non solum autem Iudaei, iam tum per omnes terras dispersi (ἡ διασπορὰ τοῦ Ἰσραὴλ), sed transgressi etiam in eorum ritus, pecuniam quotannis Hierosolyma mittebant in templi thesauro deponendam. de qua re iam Cicero pro Flacco 28: *cum aurum Iudaeorum nomine quotannis in Italia et ex omnibus nostris provinciis Hierosolymam exportari soleret, Flaccus sanxit edicto, ne ex Asia exportari liceret*. alios Philonis et Iosephi locos vide in Excursu. et praeter hunc templi thesaurum in eodem sub fide publica deponabantur a locupletibus viduis ac pupillis ingentes pecuniae. II. Mac-

et stipes illuc congerebant; unde auctae Iudaeorum res, et quia apud ipsos fides obstinata, misericordia in promptu, sed adversus omnes alios hostile odium: separati epulis, discreti cubilibus, proiectissima ad libidinem gens, alienarum concubitu abstinent; inter se nihil illicitum. circumcidere genitalia instituerunt, ut diversitate noscantur. transgressi in morem eorum idem usurpant nec quidquam prius inbuuntur quam contemnere deos, exuere patriam, parentes liberos fratres vilia habere. augendae tamen multitudini consulitur; nam et necare quemquam ex agnatis nefas animosque proelio aut suppliciis peremptorum aeternos putant: hinc generandi amor et moriendi contemptus. corpora condere quam cremare e

more Aegyptio, eademque cura et de infernis persuasio, caelestium contra. Aegyptii pleraque animalia effigiesque compositas venerantur; Iudaei mente sola unumque numen intellegunt: profanos, qui deum imagines mortalibus materiis in species hominum effingant; summum illud et aeternum neque imitabile neque interitum. igitur nulla simulacra urbibus suis, nedum templis sistunt; non regibus haec adulatio, non Caesaribus honor. sed quia sacerdotes eorum tibia tympanisque concinebant, hedera vinciebantur, vitisque aurea templo reperta, Liberum patrem coli, dominum Orientis, quidam arbitrati sunt, nequaquam congruentibus institutis: quippe Liber festos laetosque ritus posuit, Iudaeorum mos absurdus sor-

1 congerebant *Puteolanus*: gerebant Iudeorum 4 alienigenarum *Heinsius*
nichil 6 cōtēpnere (p del. 1m.) 7 pari|triā (ri post pa del. 1m.) 8 multitudinis
(litt. s erasa) quenquam natis *Lipsius* 9 plio 10 condere *Tviller*

1 egyptio Aegyptio cura, eademque est de *Heracles* [cura] *Prammer* 3 unum
(om. que) 5 prophanos 4 [et aeternum] *L. Spengel* 5 imitabilē (notam del. 1m.)
6 sistunt *Döderlein*: sunt (sinunt *Io. Fr. Gronovius*) 7 is honor *Döderlein* concinebant
dett.: continebantur hedera 8 nunciebantur (v super n scr. 1m.) in templo *Ritter*

cab. 3, 6 seqq. — *congerebant*] hoc verbum frequens de accumulatis opibus, ut Tibull. 1, 1 *Divitias alius fulvo sibi congerat auro*, Horat. Sat. 1, 1, 70 *congestis undique saccis*. — et *quia*] βραχυλογία pro: »et auctae etiam propterea, quia.« — *misericordia in promptu*] erga suos, id quod ex oppositis intelligitur. *DUEBN.* sine causa *Acidalius* »ex suis *Codd.*« (?) malebat: *atque ut apud ipsos fides obstinata, misericordia in promptu, sic adversus cet.*; nemo item probabit *Ernestii* sententiam: »non satis apte cohaerere orationem in promptu est.« — *odium*] quod hinc etiam Christianis obiectum vidimus *Ann.* 15, 44. *DUEBN.* vulgo notum est acerrimum Iudaeorum odium in Samaritanos; et quantopere detestati sint gentiles, monstrat id quod narrat *Ioannes* 18, 28: Καὶ αὐτοὶ οὐκ εἰσηλθόν εἰς τὸ πραιτώριον, ἵνα μὴ μιανῶσιν. *Diodor.* 34, 1: (τοὺς Ἰουδαίους) μόνους ἀπάντων ἔθνων ἀκοινωνήτους εἶναι τῆς πρὸς ἄλλο ἔθνος ἐπιμιξίας καὶ πολεμίου ὑπολαμβάνειν πάντας κτλ. et 40, p. 543: διὰ τὴν ἰδίαν ξηνηλασίαν ἀπάνθρωπόν τινα καὶ μισόξενον βίον εἰσηγήσατο. *Philostr.* *Apoll.* *Tyan.* 5, 11: Οἱ Ἰουδαῖοι βίον ἄμικτον εὐρόντες καὶ οἷς μήτε κοινή πρὸς ἀνθρώπων τράπεζα μήτε σπονδαὶ μήτε εὐχαὶ μήτε θυσιαι, πλέον ἀφροσάειν ἡμῶν ἢ Σούσα καὶ Βάκτρα καὶ ὑπὲρ ταῦτα Ἰνδοί. — *alienarum*] id est, *alienigenarum*, quod v. frustra reponere tentabat *N. Heinsius*, cum hodie notum sit *alienos* dici etiam externos, peregrinos, ut *alieni mores, alienus orbis* cet.

ERN. — *circumcidere genitalia*] hunc morem ad dei ipsius iussum referebant Iudaei. *Genes.* 17, 10: Περιτμηθήσεται ὑμῶν πᾶν ἀρσενικόν· καὶ περιτμηθήσεσθε τὴν σάρκα τῆς ἀκροβυστίας ὑμῶν, καὶ ἔσται εἰς σημεῖον διαθήκης ἀνά μέσον ἐμοῦ καὶ ὑμῶν. — *augendae* — *multitudinē*] ut sterilitas ignominia, ita fecunditas coniugii apud Iudaeos honorifica erat, tamquam eximium dei donum et ardentissimis a deo votis precibusque expetebatur. *RUP.* — *ex agnatis*] *agnati* h. l. ut *Germ.* 19 sunt, qui post familiam constitutam, ubi heres iam est, deinde nascuntur. utrobique dictum est Romanorum mores respiciendo, qui, quos *tollere* nolebant infantes vel necandos vel exponendos curabant. usus hic vocabuli clarus fit ex *Cic.* de *Or.* 1, 57: *constat agnascendo rumpi testamentum*; et ex *Julio Paulo Sent.* 3, 4 B., 10: *nepos postumus, qui in locum patris succedere potest, ab avo aut heres instituendus est aut nominatim exheredandus, ne agnascendo rumpat testamentum*. — *suppliciis peremptorum*] *supplicia* h. l., quae quis propter perseverantiam in patria religione retinenda a tyrannis perpressus erat. cf. quae *μυθικῶς* narrantur de septem illis fratribus ab *Antiocho* necatis II. *Maccab.* 7, 9, ubi secundus ita loquens inducitur: Σὺ μὲν, ἀλάστωρ, ἐκ τοῦ παρόντος ἡμᾶς ζῆν ἀπολύσεις, ὁ δὲ τοῦ κόσμου βασιλεὺς ἀποθανόντας ἡμᾶς ὑπὲρ τῶν αὐτοῦ νόμων εἰς αἰώνιον ἀναβίωσιν ζωῆς ἡμᾶς ἀναστήσει. — *condere*] terrā potius quam cet. vv. *more Aegyptio* ad. v. *condere* pertinent.

DUEBN. — *eademque cura*] quae Aegyptiis; hi tamen cadavera intrinsecus condiebant (*Mumien*), extrinsecus ungebant Iudaei *Marc.* 16, 1: ἡγόρασαν ἀρώματα, ἵνα ἐλδοῦσαι ἀλείψωσιν τὸν κύριον. (»Crematio cadaverum aetate Mosaica ignominiosa (*Levit.* 21, 9, 22, 14. *Ios.* 7, 15, 25), neque ante *Sauli* regnum usitata (*Sam.* 1, 31, 11), dein magnifica et sumptuosa (*Ies.* 30, 33, 33, 12. *Ierem.* 34, 5. *Amos* 6, 10. *Chron.* 2, 16, 14. 21, 19), abolita tandem in exilio *Babylonico* sub imperio *Persarum*, quibus purissimum elementum erat ignis.« *RUP.*) — *de infernis*] nam uterque populus iudicium post mortem statuebat, Iudaei saltem post illud exsilium. — *caelestium contra. Aegyptiū*] variata constructione pro »contraria (persuasio) de caelestibus.« primus recte distinxit *Rhenanus*. — *Aegyptii pleraque*] »Aegyptii«, inquit »pleraque numinum caelestium ita venerantur, ut et in animalibus atque effigiebus monstruose compositis (veluti *latratoris Anubidis*) latere credant.« — *mente sola*] ut de *Germanis* dicit *G.* 9: *deorumque nominibus appellat secretum illud, quod sola reverentia vident*. »Quae dicit *Dio* 37, 17« (vide in *Excursu*). »sunt verissima pro Iudaeorum sano sensu; sed quia sub caelo et in illud suspicientes precabantur, gentiles rati sunt caelum ipsum ab iis adorari. *Iuvenalis* 14, 97: *nil praeter nubes et caeli numen adorant*. *Petronius* *Fragm.* 37: *et caeli summas*

advocat auriculas; quasi putarent caelum aures habere, idque invocarent.« *LIPS.* — *nulla simulacra*] deorum; nimirum effigiem illam asini (c. 4) a Iudaeis adoratam non esse statuit *Tacitus*, contra quam quod alii gentiles opinabantur, sed memoriae tantum gratia in penetrali collocatam. — *nedum templis*] unum dumtaxat habebant, verum hic eodem vocabulo complectitur etiam proeuchas sive synagogas per singula oppida extractas. — *sistunt*] *Ann.* 15, 72 *effigies eorum sisteret*. 14, 61 *Octaviae imagines* — *foroque ac templis statuant*. — *non regibus*] nec *priscis* neque posterioribus inde ab *Aristobulo I.* cf. ad c. 8. — *non Caesaribus*] vide *Philonem* per totum librum de legatione ad *Gaium*. — *tibia tympanisque*] *Levit.* 23, 24: τοῦ μηνός τοῦ ἑβδομοῦ μᾶ (pro πρώτῃ) τοῦ μηνός ἔσται ὑμῖν ἀνάπαυσις, μηνμόσυνον σαλπύγγων· κλητῆ ἀγία ἔσται ὑμῖν. *Psalm.* 150, 3: αἰνεῖτε τὸν θεὸν ἐν ἤχῳ σάλπιγγος, αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν ψαλτηρίῳ καὶ κιθάρα. αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν τυμπάνῳ καὶ χορῷ, αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν χορδαῖς καὶ ὄργάνῳ. αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν κυμβάλοις εὐήχοις, αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν κυμβάλοις ἀλαλαγμοῦ. quas *symphonias* ita expressit *Hitzigius* meus: *Stoss in die Posaune, Harfe und Oither, Parake und Reigen, Saiten und Schalmei, Oymbeln des Klanges, Oymbeln des Getöns*. de vite aurea *Liberique cultu* vide in *Excursu*.

(6) Terra finesque, qua ad Orientem vergunt, Arabia terminantur; a meridie Aegyptus obiacet; ab occasu Phoenices et mare; septentrionem e latere Syriae longe prospectant. corpora hominum salubria et ferentia laborum. rari imbres, uber solum, fruges nostrum ad morem praeterque eas balsamum et palmae. palmetis proceritas et decor, balsamum modica arbor: ut quisque ramus intumuit, si vim ferri adhibeas, pavent venae, fragmine lapidis aut testa aperiuntur; humor in usu medentium est. praecipuum montium Libanum erigit, mirum dictu, tantos inter ardores opacum fidumque nivibus. idem annem Iordanen alit funditque;

1 arabiā (notam del. 1m.) 2 fenices 3 sirię 4 fruges Lipsius: exuberant fruges | (b in p mut. 1m.) 5 palme 8 terra erigit Ritter 9 agm̄ (punctis del. et annem superser. 2m.)

6. Terra finesque] ad totum hunc locum geographicum cf. inter alios Relandi Palaestina, Traiecti Bat. 1774. Forbiger Handbuch der alten Geographie. Leipzig 1844. Vol. II. p. 673. Georgii alte Geographie. Stuttgart 1838. Vol. I. p. 209, imprimis autem Robinson Palaestina. Halle 1841. G. Ebers und H. Guthe Palaestina in Bild und Wort. Stuttgart 1882 sq. — Arabia] deserta. Forbiger II. p. 676. — Syriae] proprie Coele-syriae. tota autem descriptio satis artificiosa in vv. septentrionem longe prospectant ita explicanda: »cum Hierosolyma, caput gentis, propius fines Iudaeae meridionales sita sint, satis e longinquo urbis incolis est Syria septentrionem versus, unde sidus ursae maioris ab iis prospectatur, iis apparet.« ausus est imitari Burnouf: le septentrion apparait dans le lointain du côté de la Syrie. — corpora hominum salubria] causam indicat Iosephus contra Ap. 1, 2: τόπους οἰκοῦσιν ἤκιστα ταῖς ἐκ τοῦ περιέχοντος φθοραῖς ὑποκειμένους. — uber solum] ἀρίστην καὶ παμφορωτάτην Iudaeam vocat Hecataeus apud Ios. c. Ap. 1, 22. cf. Polyb. 5, 70. artem autem agros irrigandi optime callebant Iudaei. Salvador I. p. 368. — fruges nostrum ad morem] »eadem, quae apud nos in Italia, frumentum, vites, oleae, fici.« — palmetis] Horat. Epp. 2, 2, 184: ungi Praeferat Herodis palmetis pinguibus. Plin. 5, 70: Hiericentem palmetis consitam. Iosephus A. I. 9, 1, 2: ἐν Ἐγγάδῃ πόλει γεννᾷται φοινῆξ ὁ κάλλιστος καὶ ὀπωβάσταμον. Robinson II. p. 536. — balsamum] Strabo 16, p. 763: Ἱερικουὺς — ἔστι δ' αὐτοῦ — ὁ τοῦ βαλασάμου παράδεισος. Iustin. 36, 3: Opes genti ex vectigalibus opobalsami crevere, quod

in his tantum regionibus gignitur. Aegypto quoque hanc arbusculam tribuit Claudianus Epith. Palladii 121 probabiliter per licentiam poeticam. hodie in sola Arabia colitur. locus autem primarius est Plin. 12, 111: omnibus odoribus praefertur balsamum uni terrarum Iudaeae concessum. — ostendere arbutum hanc urbi imperatores Vespasiani. — servit nunc haec ac tributa pendit cum sua gente. — saeviere in eam Iudaei sicut in vitam quoque suam. contra defendere Romani et dimicatum pro frutice est. seritque nunc eum fiscus. — inciditur vitro, lapide osseive cultellis. ferro laedi vitalia odit: (imagine poetica perquam simili ei, qua utitur Tacitus: si vim ferri adhibeas, pavent venae, id est haesitant, quia arbusculae partes fibraeque intimae ac vitales laeduntur) emoritur protinus, eodem amputari supervacua patiens. elegantem fabulam Iudaicam refert Iosephus A. I. 8, 6, 6: λέγουσι δ' ὅτι καὶ τὴν τοῦ ὀπωβαλάμου ῥίζαν, ἣν ἔτι νῦν ἡμῶν ἡ χώρα φέρει, δούσης ταύτης τῆς γυναικὸς (βασιλείσης τῆς Αἰγύπτου καὶ τῆς Αἰθιοπίας τῷ Σολόμωνι) ἔχομεν. — erigit] scilicet terra, ex se in altum emittit. »montes eleganter attolli, erigi dicuntur. omnino magna est venustas in descriptionibus locorum et rerum naturalium deligere verba ab animantibus ducta, qualia plura posuit Tacitus.« ERN. — fidumque nivibus] pro vulgari: »in quo nives nunquam liquefiunt.« ad idem imaginum poeticarum genus haec quoque pertinet. Claudianus R. Proserp. 1, 167: scit nivibus servare fidem pariterque favillis Aetna. de altitudine Libani et Antilibani cf. Kiepert § 143. — idem — Iordanen] qui proprie quidem oritur ex monte Hermōn, summo cacumine Antilibani;

nec Iordanes pelago accipitur. sed unum atque alterum lacum integer perfluit, tertio retinetur. lacus immenso ambitu specie maris, sapore corruptior, gravitate odoris accolis pestifer, neque vento inpellitur neque pisces aut suetas aquis volucres patitur. inertes undae superiacta ut solido ferunt; periti imperitique nandi perinde attolluntur. certo anni 5 bitumen egerit; cuius legendi usum, ut ceteras artes, experientia docuit. ater suapte natura liquor et sparso aceto concretus innatat: hunc manu captum, quibus ea cura, in summa navis trahunt; inde nullo iuvante influit oneratque, donec abscindas. nec abscindere aere ferrove possis: fugit cruorem vestemque infectam sanguine, quo feminae per menses exsol- 10 vuntur. sic veteres auctores, sed gnari locorum tradunt undantes bitumine moles pelli manumque trahi ad litus; mox, ubi vapore terrae, vi solis

3 odoris (odo in rasura 1m.) 4 inertes Heinsius: Incertes (litt. s. erasa) (incertae dett.) super Iactaa | (ultima litt. a erasa) 5 post anni super lin. add. tpr 2m. 12 trai (h superser. 1m.) vique det.

sed etiam hic a scriptoribus subinde Libanus dicitur. de Iordane consule Robinson II. p. 498. Kiepert § 144 et 157. — unum atque alterum lacum] Samachonitum sive aquas Merom et Genesaram sive mare Tiberiadis, τὴν θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας Matth. 4, 18. — tertio retinetur] Asphaltite, de quo sequentia intelligenda; vocatur etiam Mare mortuum. Plin. 5, 71: Iordanes — amnis amoenus — velut invitus Asphaltiten lacum durum natura petiit, a quo postremo ebibitur aquasque laudatas perdit pestilentibus mixtas. Pausan. 5, 7, 4: ἐν δὲ τῇ γῇ ποταμὸν τῇ Ἑβραίων Ἰόρδανον καὶ αὐτὸς οἶδα λίμνην Τιβεριάδα ὀνομαζομένην διδοῦσαν, ἐς δὲ λίμνην ἑτέραν καλουμένην θάλασσαν νεκράν, ἐς ταύτην ἐσόντα καὶ ἀπὸ τῆς λίμνης αὐτὸν ἀναλούμενον (post cursum circiter LXX leucarum Galliarum. Salvador I. p. 151), cf. Robinson II. p. 448 seqq. Kiepert § 157. — immenso ambitu] in longitudinem Mare mortuum extenditur circiter X miliaria Germanica. cf. Carl Seché Das Tote Meer und die Hypothesen seiner Entstehung. Programm der höheren Bürgerschule zu Düsseldorf 1891. — accolis pestifer] item tradit Scriptor Sapientiae Sal. 10, 6 et 7: Ἡ σοφία δικαίων ἀπολλυμένων ἀσεβῶν ἐρρύσατο φυγόντα πῦρ καταβάσιον Πενταπόλεως, οἷς ἐπὶ μαρτυρίαν τῆς πονηρίας καπινοζομένη κατέστηχε χέρσος, καὶ ἀτέλεσον ὥραις καρποφοροῦντα φυτὰ, ἀπιστοῦσης ψυχῆς μνημεῖον ἐστηκυῖα

σθλή ἀλός. sed meram fabulam tradi a Brocardo Loc. Terr. S. cap. 7: mare illud semper fumum reddere et nebulam in modum camini infernalis docet Robinson II. p. 452 neque vero per se pestiferas esse huius lacus exhalationes. — neque pisces] verum hoc. idem p. 461. — inertes undae] cf. Agric. 10 mare pigrum et grave remigantibus — ne ventis quidem perinde attolli. Gerin. 45 aliud mare, pigrum ac prope immotum. Curtius 9, 4, 18 immobiles undas, in quibus emoriens natura defecerit. — ut solido] »ac si solidum aliquid subesset.« DUEBN — attolluntur] Iosephus B. I. 4, 8, 4 in his omnibus consentit cum Tacito, adeo ut narret, huius rei experimentum captum esse a Vespasiano iniectis in eum lacum hominibus nandi imperitis, manibus insuper post terga revinctis. atque etiam Robinson itidem nandi imperitis hoc in se ipse expertus est. II. p. 444. — certo anni] haec vera videtur Taciti manus; quod vulgo inculeatur tempore, ex manifesto est glossemate. vide Dräger Syntax § 66. ceterum de his bituminis eiectionibus nunc rarioribus quam olim consule Robinson II. p. 463, III. p. 164. — artes experientia docuit] cf. Aristot. Metaphys. 981a ἡ μὲν γὰρ ἐμπειρία τέχνην ἐποίησεν, ὡς φησὶ Πάλλος, ὀρθῶς λέγων, ἡ δ' ἀπειρία τύχην. — fugit cruorem] idem tradunt Plinius 7, 65. 28, 80. Iosephus l. l. — undantes bitumine moles] Iosephus l. l.:

inaruerint, securibus cuneisque ut trabes aut saxa discindi. (7) haud procul inde campi, quos ferunt olim uberes magnisque urbibus habitatos fulminum iactu arsisse; et manere vestigia terramque ipsam specie torridam vim frugiferam perdidisse. nam cuncta sponte edita aut manu sata, sive herba tenuis aut flore, seu solitam in speciem adolevere, atra et inania velut in cinerem vanescunt. ego sicut inclutas quondam urbes igne caelesti flagrasse concesserim, ita halitu lacus infici terram, corrumpi superfusum spiritum, eoque fetus segetum et autumnii putrescere reor, solo caeloque iuxta gravi. et Belius amnis Iudaico mari inlabitur; circa cuius os lectae arenae admixto nitro in vitrum excocuntur. modicum id litus et egerentibus inexhaustum.

1 haud procul — perdidisse et 6 ego — reor refert Orosius 1, 5 3 ictu b 3/4 torrida (solidam Orosius) 5 herba tenuis aut flore Rhenanus: herbas tenues aut flores sive] ubi (om. seu) Madvig solidam Salmasius qatra (litt. q. erasa) (putria Thomas, taetra Meiser) 6 Ego (Et superscr. 2m.) inclutas dett. et Orosius: Indicas 7 alitu 8 atūni (in marg. ē autūni 2m.) terram et corrumpi reor omisis mediis Orosius 9 [et] Haase, at Ritter bel Ius (bellus superscr. 2m) (Belus Rhenanus) 10 lecte harenę admixto uitro (o ui in rasura 2m.) 11 sed Rhenanus

τῆς μέντοι ἀσφάλτου κατὰ πολλὰ μέρη βώλους μελαίνας ἀναδίδωσιν (ἢ λιμνη)· αἱ δ' ἐπινηγόνται τό τε σχῆμα καὶ τὸ μέγεθος ταύροις ἀκεφάλοις παραπλήσιαι. — discindit] similia his tradit Posidonius apud Strab. 16. p. 764. 7. camp] Sodomorum et Gomorrhæ. Genes. 19, 24: καὶ Κύριος ἔβρεξεν ἐπὶ Σόδομα καὶ Γόμορρα ζεῖον, καὶ πῦρ παρὰ Κυρίου ἐξ οὐρανοῦ. Καὶ κατέστρεψε τὰς πόλεις ταύτας καὶ πᾶσαν τὴν περιχώρον καὶ πάντας τοὺς κατοικοῦντας ἐν ταῖς πόλεσι καὶ τὰ ἀνατέλλοντα ἐκ τῆς γῆς. v. 28: καὶ ἰδοὺ ἀνέβαινε φλόξ ἐκ τῆς γῆς ὡσεὶ ἀτμὸς καμίνου. Ioseph. A. I. 1, 11. B. I. 4, 8, 4. cf. Robinson III. p. 162. (Taciti locum excerpit Orosius 1, 5.) — fulminum iactu] noli dubitare cum Lipsio; nam eodem voc. utitur Cicero de Divin. 2, 18. Catil. 3, 8. — specie torridam] Strabo 16. p. 764. eandem terram τερρώδη dicit. specie autem est vis; eam torridam esse ipse adspectus docet. — aut flore] non ad plenam maturitatem pervenientia, quae alibi est solita species. Salmasii coniectura solidam sensui refragatur. nam quae inania sunt, eadem solida dici nequeunt. immo fruges solitam quidem speciem monstrant, sed revera inanes sunt et in cinerem vanescunt. — velut in cinerem] Iosephus B. I. 4, 8, 4: ἔτι δὲ κἀν τοῖς καρποῖς (ἔστιν ἰδεῖν) σποδιὰν ἀναγεννωμένην, οἱ χροιάν μὲν ἔχουσι τῶν ἐδωδῆμων

ὁμοίαν, δρεψαμένων δὲ χερσὶν εἰς καπνὸν διαλύονται καὶ τέφραν. sunt, quae vulgo vocant mala Sodomitica, id est, fructus Asclepiadis giganteae sive procerae Botanicorum, Oescher Arabum, uti docemur a Robinsonio II. p. 472, qui ipse accurate mirum hunc fructum examinavit: Die Frucht fiel jetzt schön und lockend ins Auge und fühlte sich weich an; aber wenn man sie drückt oder stösst, so bricht sie platzend auf, wie eine Blase, und nur die Fetzen der dünnen Schale und ein paar Fasern bleiben in der Hand zurück. — Belius] hodie Naamān. Strabo 16. p. 758. Plin. 5, 75: rivus Pacida sive Belus vitri fertiles harenas parvo litore miscens. ipse e palude Cendebia a radicibus Carmeli profuit. 36, 190: Phoenice — intra montis Carmeli radices paludem habet, quae vocatur Candebia. Ex ea creditur nasci Belus amnis quinque M. pass. spatium in mare perfluens iuxta Ptolomaidem coloniam. — modicum id litus] Plin. 1. 1.: quingentorum est passuum non amplius litore spatium, idque tantum multa per saecula gignendo fuit vitro. Fama est adpulsā nave mercatorum nitri, cum sparsi per litus epulas pararent nec esset cortinis attollendis lapidum occasio, glaebas nitri e nave subdidisse, quibus accensis, permixta harena litore, tralucetes novi liquoris fluxisse rivos et hanc fuisse originem vitri. τόπον ἐκατονταπήχη, — ἀναδίδωσιν δὲ τὴν ὑέλινθη

(8) Magna pars Iudaeae vicis dispergitur; habent et oppida. Hierosolyma genti caput. illic immensae opulentiae templum, et primis munitis urbs, dein regia, templum intimis clausum. ad fores tantum Iudaeo aditus; limine praeter sacerdotes arcebantur. dum Assyrios penes Medosque et Persas Oriens fuit, despectissima pars servientium: postquam Macedones praepolluere, rex Antiochus demere superstitionem et mores Graecorum dare adnisus, quo minus taeterrimam gentem in melius mutaret, Parthorum bello prohibitus est; nam ea tempestate Arsaces desciverat. tum Iudaei, Macedonibus invalidis, Parthis nondum adultis

2 caput erat Nipperdey 3 dein regia Mercerus: de | Ingia 5 persaxas (persas superscr. 2m.) 6 praepolluere Halm: praepotuerē 7 grecorum 8 tempestatē (notam del. 1m.) 8/9 [nam — desciverat] Ernesti

ψάμμον dicit Iosephus B. I. 2, 10, 2. cf. Forbiger II. p. 663. ceterum quoniam Iosephus l. l. habet ὁ καλούμενος Βῆλεος ποταμός, recte scripsisse Mediceus videtur Belius.

8. vicis dispergitur] pro vulgari: »per magnam partem vici passim dispersi sunt.« Iosephus B. I. 3, 3, 2 de Galilaea: μέρος αὐτῆς ἀργὸν οὐδέν, ἀλλὰ καὶ πέλεις πυκναὶ καὶ τὸ τῶν κωμῶν πλῆθος πανταχοῦ πολυάνθρωπον διὰ τὴν εὐθηνίαν, ὡς τὴν ἐλαχίστην ὑπὲρ πεντακισχιλίους πρὸς τοὺς μυριάς ἔχειν οὐκ ἠτόρας. — oppida] et quidem permulta, utpote in regione olim tam ubere ac felici. cf. Forbiger II. p. 693—727. — primis munitis] »cum prima sint munimenta, nimirum a mari vel e Syria ac Samaria venienti et accedenti Hierosolyma.« DUEBN. — intimis] »Ces mots ne signifient pas qu'il y avait trois enceintes concentriques, dont la première enfermait la ville, la seconde le palais, la troisième le temple, arrangement qui placerait le temple au centre, tandis qu'il était sur le mont Moria, à l'extrémité orientale de Jérusalem, à laquelle il servait comme de citadelle renfermée dans une enceinte particulière (intimis munitis).« BURNOUF. cf. Crome Jerusalem in Ersch u. Gruber Encyclopädie II. Vol. XV. p. 273. — ad fores tantum] illustratur hic locus Lucae 1, 9. 10, ubi dum sacerdos intus sacris operatur, populus precatur ἔξω, foris, ad fores. Transire limen nefas omnibus praeterquam sacerdotibus. ERN. Iosephus B. I. 5, 5, 6: περιέστερε δὲ τὸν τε ναὸν καὶ τὸν βωμὸν εὐλίβον τι καὶ χαρπὴν γέλασον ὅσον

πηχυαῖον ὕψος, ὃ διεῖργεν ἐξωτέρω τὸν δῆμον ἀπὸ τῶν ἱερέων. (»ceterum Ernestius pro arcebantur malebat arcentur. at Taciti temporibus haec res erat praeterita.« WALTH.) — Macedones] utrobique sunt Alexandri M. successores, Syriae reges a Seleuco, Macedoniae sub Alexandro duce, oriundi. — rex Antiochus] valet hoc de Antiocho IV. Epiphane, qui a. ante Chr. 172 foede profanavit templum Hierosolymitanum, uti constat ex I. Maccab. 1, 21 seqq. et Iosepho A. I. 12, 5, 3. hic autem Antiochus IV. non tam cum Parthis bellum gessit quam cum Armeniis, teste Appiano Syr. 45. 46: ἐστράτευσεν δὲ καὶ ἐπὶ Ἀρταξίαν, τὸν Ἀρμενίων βασιλέα, καὶ αὐτὸν ἔλων (a. a. Chr. 165) ἐτελεύτησεν (a. a. Chr. 164). cf. Clinton Fasti Hellenici III. p. 321. nummi eius inscripti sunt ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΘΕΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ. Visconti Iconografia greca II. p. 419. — nam ea tempestate Arsaces desciverat] Tacitus Antiochum IV. Epiphane confudit cum Antiocho II., cui cognomen usitatum quam quarto Θεός, sub quo Olymp. 132, 3, ante Chr. 250 Parthi a Macedonibus defecerunt; ex iisque unus imperavit Arsaces, a quo Arsacidae, teste Eusebio in Chron. ad illum annum. et hanc temporum rationem sequuntur Clinton Fasti Hellenici III. p. 18. Zumpt. in Annal. ed. II. p. 38; alii referunt ad a. a. Chr. 256. frustra vero Ernestius suspicionem de hoc loco movit tamquam subditicio; immo subest error non minus LXXXVII annorum, qui fortasse negligentia quadam ex

(et Romani procul erant) sibi ipsi reges inposuere; qui mobilitate vulgi expulsi, resumpta per arma dominatione fugas civium, urbium eversiones, fratrum coniugum parentum neces aliaque solita regibus ausi superstitionem fovebant, quia honor sacerdotii firmamentum potentiae adsumebatur. (9) Romanorum primus Cn. Pompeius Iudaeos domuit templumque iure victoriae ingressus est. inde volgatum nulla intus deum effigie vacuam sedem et inania arcana. muri Hierosolymorum diruti, delubrum mansit. mox civili inter nos bello, postquam in dicionem M. Antonii provinciae cesserant, rex Parthorum Pacorus Iudaea potitus interfectus-

1 si (bi supra lin. add 2m.) uolgis 2 epulsi 4 potentie 8 inter nos
Agricola: Intno (civili vel interno spurium videtur' Ernesti) 9 Orientis provinciae Ritter
Iudaea

ipso illo ambiguo cognomento Θεός oriri potuit. — reges inposuere] primus ex stirpe Hasmonaeorum Simon mortuus a. a. Chr. 135 honoris causa sese nuncupavit ἀρχιερέα μέγαν καὶ στρατηγὸν καὶ ἡγούμενον Ἰουδαίων I. Maccab. 13, 42. a. a. Chr. 142. Clinton *Fasti Hellenici* III. p. 329. et exstant eius nummi, in quorum inscriptione hebraica se vocat *nassi Israël*, principem; partis aversae inscriptiones sunt: Anno I. redemptionis Israël vel Anno II. liberationis Israël vel *Liberatio Sionis*. postea eius nepos Aristobulus I. τὴν ἀρχὴν εἰς βασιλείαν μεταθεῖναι δόξας — διάδημα πρῶτος ἐπιτίθειται. Iosephus A. I. 13, 11. hoc mortuo successit frater Alexander Iannaeus, de quo Strabo 16. p. 762: πρῶτος ἀνδ' ἱερέως ἀνέδειξεν ἑαυτὸν βασιλεῖα, non prorsus recte, cum Aristobulus ante eum, sed per annum dumtaxat unum regnum obtinuerit teste Iosepho l. 1. nummi huius nepotis Simonis inscripti sunt ΒΑΣΙΛΕΥΣ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. cf. Eckhel D. N. III. 465. — *mobilitate vulgi expulsi*] haec sunt intellegenda de bello civili, quod Iudaeos inter et regem eorum Alexandrum Iannaem per sex annos gestum est ab anno u. c. 663 ad annum 669 (a. a. Chr. 91—85). Iosephus A. I. 13, 12 sqq. B. I. 1, 4. *Kießling*. — *fratrum — neces*] Aristobulus I. matrem et tres fratres carcere inclusit, quartum et natu maximum, Antigonum, necari iussit. *Ruperti*.

9. Romanorum primus Cn. Pompeius Iudaeos domuit] suo pro instituto v. *domandi* sane uti poterat Tacitus, etsi tunc nondum in provinciae formam redacta est Iudaea, sed potentis sub dicione Romana tantum locis paritibus reliquum regnum mansit Hyrcano.

significatur autem bellum a Pompeio gestum adversus Aristobulum II. de sacerdote maximo et regno cum Hyrcano fratre certantem a. u. c. 691. cf. Cic. pro Flacco 28. Liv. Epit. 102. Strabo 16. p. 762 breviter rem, ut fuit, exponens: Ἀλεξάνδρου (Ἰανναίου) ἦσαν υἱοὶ Ὑρκανός τε καὶ Ἀριστόβουλος διαφερομένων δὲ περὶ τῆς ἀρχῆς, ἐπήλθε Πομπήιος καὶ κατέλυσε αὐτοὺς καὶ τὰ ἐρύματα αὐτῶν κατέσπασε καὶ αὐτὰ ἐν πρώτοις τὰ Ἱεροσόλυμα βίβη καταλαβών. pro quo accuratius Dio 37, 16: τὴν μὲν ἄλλην πόλιν, ἐσδεξαμένω αὐτὸν τῶν τὰ τοῦ Ὑρκανοῦ φρονούντων, ἀπραγμόνας ἔλαβεν. αὐτὸ δὲ τὸ ἱερὸν προκατασχόντων τῶν ἐτέρων (qui Aristobulo favebant), οὐκ ἀπόνως εἴλεν. cf. Iosephus A. I. 14, 3 seqq. Salvador I p. 148 seqq. — *templumque — ingressus est*] Iosephus l. 1. 14, 4, 4.: Παρῆλθεν εἰς τὸ ἐντός ὁ Πομπήιος καὶ τῶν περὶ αὐτὸν οὐκ ὀλίγοι καὶ εἶδον ὅσα μὴ θεμιτὸν ἦν τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ἢ μόνοις τοῖς ἀρχιερεῦσιν. — οὐδενός ἦψατο δι' εὐσέβειαν. — *inania arcana*] ein Geheimniss ohne sichtbaren Gegenstand. Louandre: que l'enceinte était vide, et qu'il n'y avait là qu'un vain mystère. — *diruti*] muros Hierosolymorum postea restituit Antipater Herodis Magni pater. Iosephus A. I. 14, 9, 1. — *civili inter nos bello*] cf. 2, 6 *validissima inter se civium arma*. — *provinciae*] orientis. — *rex Parthorum Pacorus*] non ipse rex, sed regis Parthorum Orodis filius, ut 2, 25: *rex Epiphanes*. Iosephus A. I. 14, 13—15. Plutarch. Ant. 34. Dio 48, 24, 49, 19. Clinton *Fast. Hell.* III. p. 218. rem sic exponit Ruperti: »Pacorus ab Antigono Aristobuli II. filio invitatus et in Palaestinam cum exercitu profectus a. u. c. 714 fugato Herode M. et

que a P. Ventidio, et Parthi trans Euphraten redacti: Iudaeos C. Sosius subegit. regnum ab Antonio Herodi datum victor Augustus auxit. post mortem Herodis nihil expectato Caesare Simo quidam regium nomen invaserat. is a Quintilio Varo optinente Syriam punitus; et gentem coercitam liberi Herodis tripertito rexere. sub Tiberio quies: dein iussi a C. Caesare effigiem eius in templo locare arma potius sumpsere; quem motum Caesaris mors diremit. Claudius, defunctis regibus aut ad modi-

1 a P.] ap. 3 simon 5 tyberio 5/6 a C.] ag.

direptis Hierosolymis Iudaea potitus erat et regnum tradiderat Antigono. sed P. Ventidius Bassus, homo infimi generis, rhedarius et mullo, deinde familiaris C. Caesari ac M. et L. Antonii, quorum gratia tribunatum plebis, praeturam, pontificatum, consulatum (a. u. c. 711) adeptus erat, a. u. c. 716 a M. Antonio adversus Parthos missus res tam feliciter gessit, ut illos aliquoties victor trans Euphraten redigeret et primus de iis triumpharet. (cf. Germ. 37. Baier Fast. triumph. p. CLXI: P. Ventidius P. F. pro Cos. ex Tauro monte e Partheis. A. DCCXXV. (716. Varr.) V. K. Dec.) — C. Sosius] Graecis Σόσιος, sed in nummo apud Morellium I. p. 396 in victoriae huius memoriam signato est C. SOSIVS IMP. (Tropaeum, in cuius imo duo captivi sedent, mulier maesta, caput manu sustentans (Iudaea), et vir nudus, manibus post tergum revinctis, ad tropaeum respiciens (Antigonus rex). — Iudaeos — subegit] Pacorus Iudaeorum regem constituerat Antigonum, ultimum ex Hasmonaeorum stirpe, qui caeso illo Romanis alacriter resistebat. multo labore Sosius expugnavit Hierosolyma, sexto demum mense post Ventidii victoriam Parthicam. in Herodis autem gratiam Antigonum Antonii iussu virgis caesus et obruncatus est a. u. c. 716. cf. Ioseph. A. I. 14, 16 et B. I. 1, 18. Dio 49, 22. Clinton l. 1. p. 220. Salvador I p. 283. — Herodi] Idumaeo, cognomine Magni, qui iam a. u. c. 714 per Antonium Iudaeae regnum acceperat senatus consulto (Ioseph. 14, 14, 5), a quo inde tempore vixit XXXVII annos (Ioseph. 17, 8, 1). — Augustus auxit] Ioseph B. I. 1, 20, 3: τῆ βασιλεία προσέθηκε τὴν τε ὑπὸ Κλεοπάτρας ἀποκτηθεῖσαν χώραν καὶ ἔξωθεν Γάσαρα καὶ Ἰππον καὶ Σαμαρείαν, πρὸς δὲ τοῦτοις τῶν παραλίων Γάζαν καὶ Ἀνθηδόνα καὶ Ἰόππην καὶ Στράτωνος πύργον. — Simo] servus Herodis, absente Archelao, filio et

successore Herodis, nixus Iudaeis, quos Sabini procuratoris rapinae irritaverant. Ioseph. 17, 10, 6: ἦν δὲ καὶ Σίμων δοῦλος μὲν Ἡρώδου τοῦ βασιλέως, ἄλλως δὲ ἀνὴρ εὐπρεπῆς καὶ μεγάλαι καὶ δόωμῃ σώματος ἐπὶ μέγα προὔχων τε καὶ πεπιστευμένος· οὗτος ἀρτίως τῆ ἀκρισίᾳ τῶν πραγμάτων διάδημά τε ἐτόλμησε περιέσθαι κτλ. — a Quintilio Varo] eodem, quem postea oppressit Arminius. Vellei 2, 117. a Grato, Vari praefecto, Simonem necatum tradit Iosephus l. 1. — liberi Herodis] Iosephus 17, 11, 4: Καῖσαρ Ἀρχέλαον βασιλεῖα μὲν οὐκ ἀποφαίνεται, τῆς δ' ἡμίσεως χώρας, ἥπερ Ἡρώδη ὑπέτελει, ἐνᾶν ἡγήνη καὶ ἵσταται. — τὴν δ' ἐτέραν ἡμίσειαν νεύμας διχῆ δυσὶν Ἡρώδου πασιον ἐτέροις παρεδίδου Φιλίππῳ καὶ Ἀντίπα. καὶ τούτῳ μὲν ἦ τε Περαιά καὶ τὸ Γαλιλαῖον ὑπέτελλον. — Βαταναία δὲ σὺν Τράχωνι καὶ Αὐρανίτις — Φιλίππῳ τάλαντα ἑκατὸν προσέφερεν· τὰ δ' Ἀρχελάῳ συντελοῦντα Ἰδουμαία τε καὶ Ἰουδαία τό τε Σαμαρειτικόν. — a C. Caesare] a. u. c. 793, post Chr. 40. cf. Philonis Liber de legatione ad Gaium et in Flaccum p. 966. Iosephus A. I. 18, 8. B. I. 2, 10. Tac. Ann. 12, 54. Clinton *Fasti Romani* l. p. 24. — *arma potius sumpsere*] contra Iosephum utroque loco docet rem Petronii intercessione esse compositam et mox Gaium necatum. — *defunctis regibus*] Herode Agrippa maiore a. u. c. 797, post Chr. 44. (Clinton *F. R.* l. p. 28. Visconti *Icon. gr.* III. p. 27.) et a. u. c. 801, post Chr. 48 Herode, Chalcidis rege. (Clinton p. 32. Visconti p. 30.) — *ad modicum redactis*] supererat unus Herodes Agrippa minor (cf. c. 1); is ultimus huius stirpis mortuus est tertio Traiani anno, teste certe Photio in Bibl. Cod. 33. p. 53. a. u. c. 853, post Chr. 100. de quo tamen dubitat Jost *Geschichte der Israeliten* II. p. 104, cum aliis statuens eum iam sub Domitiano decessisse cir-

cum redactis, Iudaeam provinciam equitibus Romanis aut libertis permisit; e quibus Antonius Felix per omnem saevitiam ac libidinem ius regium servili ingenio exercuit, Drusilla Cleopatrae et Antonii nepte in matrimonium accepta, ut eiusdem Antonii Felix progener, Claudius nepos esset. 5 (10) duravit tamen patientia Iudaeis usque ad Gessium Florum procuratorem: sub eo bellum ortum. et comprimere coeptantem Cestium Gallum Syriae legatum varia proelia ac saepius adversa exceperere. qui ubi fato aut taedio occidit, missu Neronis Vespasianus fortuna fama et egregiis ministris intra duas aestates cuncta camporum omnesque praeter Hiero- 10 solyma urbes victore exercitu tenebat. proximus annus civili bello intentus, quantum ad Iudaeos, per otium transiit. pace per Italiam parta et externa curae redire: augebat iras, quod soli Iudaei non cessissent; simul

1 Romanis] R. 2 per oia (a in e corr. et in marg. add. per omē 1m.)
 seuitiam 3 neptē (nota erasa) 3/4 matrimonia accepta 6 bellu ortu (notas superscr. 2m.)
 receptantē (re del. 1m.) 7 plia excipere 8 egregis (i superscr. 1m.)
 9 intra Rhenanus: int pref 9/10 hierosolyma (ā 2m.) 11 Iudeos parta Rhenanus: parata 12 redire cessessent (i superscr. 1m.)

citer a. u. c. 843, post Chr. 90. — permisit] id est, per procuratores administravit, subdita tamen notione his omnia licuisse, ut ex Iosepho constat de Antonio Felice et Floro. — Antonius Felix] Pallantis frater; Suet. Claud. 28: *trium reginarum maritum* vocat. — Drusilla] prima haec Felicis uxor, altera item Drusilla soror Agrippae II. regis et Berenices (cf. Ioseph. 20, 7, 2. Act. Apost. 24, 24), tertia ignota. — Claudius nepos] quippe qui ex Druso Germanico et Antonia minore, triumviri filia, natus esset. subest amara nescio quae ironia in his principis Romani necessitudinibus cum improbo liberto exponendis.

10. Gessium Florum] hominem crudelem atque avarum, qui saevitia sua Iudaeos tandem ad rebellionem compulsit. Iosephus A. I. 20, 11. B. I. 2, 14, 2. — bellum ortum] a. u. c. 819, post Chr. 66. Iosephus B. I. 2, 14, 4. Clinton *Fasti Romani* p. 48. — Cestium Gallum cet.] Suet. Vesp. 4: *Iudaei rebellant; caesoque praeposito legatum insuper Syriae consularem supplicium ferentem, rapta aquila, fugaverunt*; ubi v. praeposito significatur Gessius Florus. — saepius adversa] cf. imprimis Iosephus B. I. 2, 19, 8: ὄλιγου δὲ δεῦν πᾶσαν ἀνήρπασαν τὴν ἄμα Κεστίω δύναμιν, εἰ μὴ νῦξ ἐπέλαβεν, ἐν ἧ Ῥωμαῖοι

μὲν εἰς τὴν Βεζύραν κατέφυγον, Ἰουδαῖοι δὲ πάντα τὰ κύκλω περισχόντες ἐφρουροῦν αὐτῶν τὴν ἕξοδον. ἔνθα δὲ Κέστιος τὴν φανεράν ὁδὸν ἀπογνοῦς δρασμὸν ἐβουλεύετο. post Cestii autem mortem Vespasianus a Nerone exercitui Romano praefectus est eodem anno u. c. 820, post Chr. 67. Ios. B. I. 3, 1, 2. Clinton 1. l. — duas aestates] annos 67 et 68. — cuncta camporum] cf. Ann. 3, 35 *cuncta curarum*. 14, 60 *cuncta scelorum*. 11, 22 *cunctisque civium*. Dräger Syntax § 66. — proximus annus] u. c. 822, post. Chr. 69. — quantum ad Iudaeos] Agric. 44 *quantum ad gloriam, longissimum aevum peregit*. Germ. 21 *notum ignotumque, quantum ad ius hospitibus, nemo discernit*. Dräger Syntax § 180. — pace — parta] hoc rectum; Suet. Oct. 22: *terra marique pace parta*, et saepe alibi, Bachius tamen recepit Med. *parata* pro *parata*. — augebat iras — non cessissent] at ceterae nationes cunctae, quarum exemplum ut sequerentur enixe populares suos hortatur Agrippa rex apud Iosephum B. I. 2, 16, 4 (361): ἄλλα τε ἔννη μυρία πλειονος γέμοντα πρὸς ἑλευθερίαν παρήρησας εἰκει· μόνοι δ' ὑμεῖς ἀδοξεῖτε δουλεύειν, οἷς ὑποτέτακται τὰ πάντα. (380) πάντων δὲ σχεδὸν τῶν ὑφ' ἡλίω τὰ Ῥωμαίων ὄπλα προσκυνούτων ὑμεῖς μόνοι

manere apud exercitus Titum ad omnes principatus novi eventus casusve utile videbatur.

Igitur castris, uti diximus, ante moenia Hierosolymorum positae instructae legiones ostentavit. (11) Iudaei sub ipsos muros struxere aciem, rebus secundis longius ausuri et, si pellerentur, parato perfugio. missus 5 in eos eques cum expeditis cohortibus ambigue certavit; mox cessere hostes et sequentibus diebus crebra pro portis proelia serebant, donec assiduis damnis intra moenia pellerentur. Romani ad obpugnandum versi. neque enim dignum videbatur famem hostium opperiri; poscebantque pericula pars virtute, multi ferocia et cupidine praemiorum. ipsi Tito 10 Roma et opes voluptatesque ante oculos; ac ni statim Hierosolyma cederent, morari videbantur. sed urbem arduam situ opera molesque firmaverant, quis vel plana satis munirentur. nam duos colles in immensum editos claudabant muri per artem obliqui aut introrsus sinuati, ut latera

1 apt 2 utili (s superscr. 2m.) (utilius Pichena) 3 menia positus (is
 corr. 1m) 4 ipso muro Ph. Wagner aciēs (s del. 1m.) 6 ambigū 7 plia
 8 menia

πολεμήσετε; — eventus casusve] sic Ann. 2, 26: *satis iam eventuum, satis casuum*; utrobique eventus sunt res secundae, casus adversae. — uti diximus] c. 1.

11. sub ipsos muros] prima obsidionis initia noluit fusius exponere Tacitus; satis vero eius narrationem supplet Iosephus. cf. de h. l. Salvador II. p. 393. — ambigue certavit] atque adeo quidem ambigue, ut prope interciperetur a Iudaeis Titus. Ioseph. B. I. 5, 2, 2: τὸν δὲ Τίτον ἀποτέμνοντα σὺν ὀλίγοις. via tandem patefacta ἐπὶ τὸ στρατόπεδον διασώζεται. τοῖς μὲν οὖν Ἰουδαίοις πλεονεκτήσασιν κατὰ τὴν πρώτην ἐπίθεσιν, ἐπήγειρε τὰς διανοίας ἄσκειτος ἑλπίς. et § 4 legionem decimam castris pulsam esse tradit atque ingens in periculum venturam fuisse, nisi Titus ei mature opem tulisset. — pars virtute cet.] iuncta cum consilio Romanoque milite vere digna, cui opponitur ferocia, saevus impetus ac sanguinis hostilis effundendi cupiditas. — morari] pro vulgari »nimis diu ei desse«; sed praetulit voluptatum ipsarum veluti προσωποποιῶν. — duos colles] Ioseph. B. I. 5, 4, 1. sunt Acra et Sion. rem clare exponit Ferlet: »Jerusalem était bâtie sur un rocher qui formait trois collines, savoir: Sion, ou la ville de David, au midi; Acra au nord (c'était la ville haute,

qui cependant était devenue la ville basse depuis qu'on en avait coupé le sommet pour qu'il fût dominé par le temple), et Moria, au levant d'Acra, sur lequel le temple était bâti. L'auteur parle d'abord des deux premières collines seulement et de leurs fortifications extérieures et intérieures, les regardant comme le corps de la place dont le temple était la citadelle. Du côté nord-ouest, où était campé Titus, on voyait le premier mur extérieur qu'on avait devant soi, en suite un second mur qui régnait le long de la crête d'Acra; derrière ce second mur, le palais dans Acra, et les hauteurs de Sion vers le midi; puis, vers le levant, la tour Antonia et le temple, lequel dominait le tout et terminait l'horizon. cf. omnino Robinson II. p. 1 seqq. cum Tab. V et Salvador *Plan approximatif de Jérusalem fortifiée* in fine Vol. II. — in immensum] Germ. 6 *pedites et missilia spargunt — atque in immensum vibrant*. Dräger Syntax § 7, 2. — muri per artem obliqui] Veget. 4, 2: *ambitum muri directum veteres ducere noluerunt, ne ad ictus arietum esset dispositus, sed sinuosis anfractibus, iactis fundamentis, clausere urbes crebrioresque turres in ipsis angulis reddiderunt propterea, quia, si quis ad murum tali ordinatione constructum vel scalas vel machinas voluerit admove, non solum a fronte, sed etiam a lateribus et prope*

obpugnantium ad ictus patescerent; extrema rupis abrupta; et turre, ubi mons iuvisset, in sexagenos pedes, inter devexa in centenos vicenosque attollebantur, mira specie ac procul intuentibus pares. alia intus moenia, regiae circumiecta, conspicuoque fastigio turris Antonia, in honorem M. Antonii ab Herode appellata. (12) templum in modum arcis propriique muri labore et opere ante alios; ipsae porticus, quis templum ambibatur, egregium propugnaculum. fons perennis aquae, cavati sub terra montes, et piscinae cisternaeque servandis imbribus. providerant conditores ex diversitate morum crebra bella: inde cuncta quamvis adversus longum obsidium; et a Pompeio expugnatis metus atque usus pleraque monstrare. atque per avaritiam Claudianorum temporum empto iure muniendi struxere muros in pace tanquam ad bellum. magna

1 obpugnatiū 2 sexagenos Bekker: sexaginta vicenos Haase 6 opere det.: opera 8 cavati — montes ante fons ponit Nipperdey cisternaeq; 8/9 praeviderant dett. 10 adversus quamvis Heraeus 12 tum magna Iacob, mox magna Ritter

a tergo velut in simi circumclusus obprimatur. Salvador II. p. 362: Jérusalem, assise sur deux collines, dit Tacite, était fermée de murailles que l'art avait disposés en angles saillants et rentrants, afin que les troupes qui l'assiégeraient eussent toujours leur flancs découverts. — extrema rupis abrupta] sonus praefractor consulto quaesitus videtur ad huius rupis situm imitandum. — turre] et quidem quam plurimae, LX in primo muro, XIV in altero sive medio, XC in tertio, teste Iosepho B. I. 5, 4, 3. — regiae] ubi habitabant reges Hasmonaei, postea Herodes. — turris Antonia] in Moria monte exstructa primum ab Ioanne Hyrcano, et vulgo Βάρης vocata, postea novo sub nomine denuo multo amplius ac magnificentius condita ab Herode Magno. cf. Robinson II. p. 71. eam ita describit Iosephus B. I. 5, 5, 8: δεδόμητο δὲ ὑπὲρ πέτρας πεντηκονταπήχους μὲν ὕψος, περικρήμνου δὲ πάσης. — πυργοειδῆς δὲ οὐσα τὸ πᾶν σχῆμα κατὰ γωνίας τέσσαρσιν ἑτέροις διεληπτο πύργοις. — M. Antonii] fautoris Herodis Magni.

12. templum] in tertio colle inter Aeram et Sion situm, cui nomen Moria, ab orientali latere urbis. cf. Ioseph. B. I. 5, 5, 1. — labore et opere] cf. 3, 11 legiones — labore et opere fessae. Ann. 1, 20 Rufus — vetus operis ac laboris. — ante alios] »Templi murus prae caeteris optime munitus erat ac prope inexpugnabilis.« — porticus] Ioseph. ibid. § 2:

διπλαῖ μὲν γὰρ αἱ στοὰι πᾶσαι, κίονες δ' αὐταῖς εἰκοσιπέντε πηγῶν τὸ ὕψος ἐφ' ἐστῆκεσαν μονόλιθοι λευκοτάτης μαρμάρου, κεδρίνοις δὲ φατνώμασιν ὠρόφοντο. — ambibatur] Ann. 2, 19 silvas — palus ambibat. cf. Sirker, Taciteische Formenlehre p. 53. — fons perennis aquae] Σιλωάμ. Lucae 13, 4, ex quo fonte duo manabant rivuli effundentes se in duplex stagnum sive piscinam superiorem (Σολομῶνος κολυμβήθραν Ioseph. B. I. 5, 4, 2) et inferiorem (κολυμβήθραν τοῦ Σιλωάμ Ioann. 9, 7), e quibus aqua in ipsam urbem ducebatur. Hieronym. Comm. ad Ios. 8, 6: Siloë autem fontem esse ad radices montis Moria, qui non iugibus aquis, sed incertis horis diebusque ebulliat et per terrarum concava et antra saxi durissimi cum magno sonitu veniat, dubitare non possumus, qui in hac habitamus provincia. id Comm. ad Ier. 14: Unico fonte Siloë et hoc non perpetuo utitur civitas et usque in praesentem diem sterilitas pluviarum non solum frugum, sed et bibendi inopiam facit. vides Hieronymum contradicere Tacito de fonte perenni, nisi vero hoc interpretari velis de duobus illis receptaculis, quibus semper aqua suppetierit. ceterum cf. Robinson II. p. 142 seqq. — cavati sub terra montes] exquisitius quam »specus subterranea«, partim frumenti commeatibus thesaurisque ad servandis cavati, partim, ut ex his aqua clam hauriretur ab obsessis. Dio 66, 4. Ios. B. I. 6, 7, 3. — empto iure muniendi] id quod

conluvie et ceterarum urbium clade aucti: nam pervicacissimus quisque illuc perfugerat, eoque seditiosius agebant. tres duces, totidem exercitus: extrema et latissima moenium Simo, mediam urbem Ioannes [quem et Bargioram vocabant], templum Eleazarus firmaverat. multitudo et armis Ioannes ac Simo, Eleazarus loco pollebat: sed proelia dolus incendia inter ipsos, et magna vis frumenti ambusta. mox Ioannes missis per speciem sacrificandi, qui Eleazarum manumque eius obruncarent, templo potitur. ita in duas factiones civitas discessit, donec propinquantibus Romanis bellum externum concordiam pareret. (13) evenerant prodigia, quae

1 cluvia (b in v corr. 1m) (conluviae Nipperdey) 2 seditiosius 3 iohs (cum lineola in litt. h) quae in qua mut. 2m. 4 Bargioram Rhenanus: barba|giorā [quem — vocabant] Bipontini. post Simo transponit Salinerius alazarus firmaverant Ritter 5 iohs (cum lin. in litt. h) alazarus pollebant Ritter plia 6 frumtiā busta iohs (cum. lin. in litt. h) 7 lazaru (a superscr. 2m.)

liberales principes civitatibus gratuito concedebant, ut muros sibi extruerent adversus subitas hostium latronumve incursiones, Claudius per avaritiam vendere solebat. BACH. sine dubio autem magnam partem huius pecuniae sibi retinebant praesides Romani. — ceterarum urbium] intelliguntur urbes Iudaeae a Vespasiano iam captae, inter quas eminebant Iotapata, ubi curabat Flavius Iosephus B. I. 3, 7, 3, huic vicina Gabara (scilicet apud Iosephum B. I. 3, 7, 1: τῇ πόλει τῶν Γαβάρων pro Γαδάρων legendum docet Salvador II. p. 178) et Gadara caput Peraeae, Ios. B. I. 4, 7, 3. — Simo] hic postea triumpho de Iudaeis reservatus ac denique supplicio affectus. Ios. B. I. 6, 9, 4: ἐφυλάχθη δὲ ὁ μὲν (Σίμων) τῷ Ἰριάμβῳ σφάγιον, ὁ δ' Ἰωάννης δεσμοῖς αἰώνιοις. Dio 66, 7. — Ioannes, quem et Bargioram vocabant] immo Simo vocabatur Bargioras, id est, Giorae filius, ut certior in hac re testis refert Iosephus B. I. 2, 19, 2: ὁ τοῦ Γῶρα Σίμων. 4, 9, 3: Ὑἱὸς ἦν Γῶρα Σίμων τις Γερασηνὸς τὸ γένος, νεανίας πανουργία μὲν ἠπτόμενος Ἰωάννου τοῦ προκατέχοντος ἤδη τὴν πόλιν, ἀλκή δὲ σώματος καὶ τόλμη διαφέρων. contra Ioannes ὁ τοῦ Ληουεῖ. Vita 10. nec tamen ausus sum sequi Salinerii transpositionem ceteroqui faciliorem plerisque ab aliis alibi propositis. a glossatore vocabula adiecta videntur aut statuendum est Tacitum in re leviori erasse. cf. Salvador II. p. 275. — Eleazarus loco] quippe qui ex stirpe sacerdotali. Ioseph. B. I. 4, 4, 1 et 7, 6, 4: ἦν γὰρ ἐκ μεγάλης καὶ σφόδρα πολυανδρώπου συ-

γενείας. Simonis cuiusdam filium vocat Iosephus B. I. ubique (ut 2, 20, 3 cet.), quo eum distinguit a tot aliis Eleazaris eius aequalibus. de eodem 4, 4, 1: πῦρ ἀνάτοιο ἐδόκει τῶν ἐν τοῖς Ζηλωταῖς νοησῶν τε τὰ θεόντα καὶ τὰ νοηθέντα πρᾶξαι. — incendia inter ipsos] Ioseph. 5, 1, 4: Συνέβη — κατακαῆναι πλὴν ὀλίγου πάντα τὸν σίτον, ὃς ἂν αὐτοῖς οὐκ ἐπ' ὀλίγα διήρκεσεν ἔτη πολιορκουμένοις. Διμῶ γοῦν ἐάλωσαν, ὅπερ ἤμιστα δυνατὸν ἦν, εἰ μὴ τοῦτον αὐτοῖς προπαρεσκεύασαν. — missis — qui Eleazarum — obruncarent] Salvador II. p. 386: Pendant un jour de fête, Jean avait surpris et forcé Eléazar et les zéloteurs dans la seconde enceinte du temple. Tacite prétend que le chef et ses soldats y furent massacrés; c'est une erreur. Ils reconurent, au contraire, l'autorité de Jean de Giscala, passèrent sous ses ordres, et se firent remarquer parmi les instruments les plus audacieux de ses entreprises. cf. Iosephus B. I. 5, 6, 1: Ἰωάννης δὲ τὸ ἱερὸν κατεληφώς ἐξακισχιλίους ὅπλατας εἶχεν. προσεγένοντο δὲ αὐτῷ τότε καὶ οἱ Ζηλωταὶ παυσάμενοι τοῦ διαφέρειν, δισχίλιοι μὲν ὄντες καὶ τετρακόσιοι, χρώμενοι δ' ἄρχοντι τῷ καὶ πρότερον Ἐλεάζαρῳ καὶ Σίμωνι τῷ τοῦ Ἄρνου. ut autem Taciti vv. interpretemur: »missis, qui iussi erant Eleazarum obruncare, ni ultro se subiecisset, id quod re vera fecit«, vv. templo potitur nequaquam concedunt ac profecto nimia esset βραχυλογία.

13. prodigia] plura etiam narrat Iosephus B. I. 6, 5, 3 v. c.: κατὰ τὴν τῶν Ἀζύμων ἑορτὴν βουεῖ ἀχθεῖσα ὑπὸ τοῦ πρὸς τὴν Ἰουσίαν

neque hostiis neque votis piare fas habet gens superstitioni obnoxia, religionibus adversa. visae per caelum concurrere acies, rutilantia arma et subito nubium igne conlucere templum. apertae repente delubri fores et audita maior humana vox excedere deos; simul ingens motus excedentium. quae pauci in metum trahebant: pluribus persuasio inerat antiquis sacerdotum litteris contineri eo ipso tempore fore, ut valesceret Oriens profectique Iudaea rerum potirentur. quae ambages Vespasianum ac Titum praedixerant: sed vulgus more humanae cupidinis sibi tantam fatorum magnitudinem interpretati ne adversis quidem ad vera mutaban-

2 rutilantia (i add. infra 1m., supra 2m.) 3 experte sed ex in rasura 2m. (expasae alii) 7 poterentur Bekker cf. 3, 52. 4, 73. uespasianū (corr. ex uespanan; 1m.) 8 praedixerant dett.: praedixerat 9 magnitudine inīptati

ἔτεκεν ἄρα ἐν τῷ ἱερῷ μέσῳ. maxime autem horribile prodigium scriptori visum, est Iesus ille, Anani filius, homo rusticus, qui quotidie »Vae, vae Hierosolymis!« vociferabatur idque per annos septem et quinque menses continuos fecit, donec murum circumiens rursusque clamans »Vae, vae civitati et fano ac populo, vae etiam mihi!« lapide ictus occidit. — neque — fas habet] prodigia enim attendere severe vetabat lex divina. Levitic. 19, 26: οὐκ οὐκνεῖσθε οὐδὲ ὀρνεύσασθε. ceterum nota Tacitum loqui tantummodo de prodigiorum procuracione Iudaeis interdicta; siquidem alia piacula purificationis causa instituta apud eos non deerant. — apertae] porta orientalis templi interioris, χαλκῆ μὲν οὖσα καὶ στιβαρωτάτη, κλειομένη δὲ περὶ δειλὴν μόλις ὑπ' ἀνθρώπων εἶκοσι καὶ μοχλοῖς ἐπερειδομένη σιδηροδέτοις, noctis hora sexta suapte sponte patefacta est teste Iosepho l. 1. — excedere deos] Iosephus l. 1.: κατὰ τὴν ἑορτὴν, ἣ Πεντηκοστὴ καλεῖται, νύκτωρ οἱ ἱερεῖς παρελθόντες εἰς τὸ ἕθρον ἱερόν, ὡς περ αὐτοῖς ἔθος πρὸς τὰς λειτουργίας, πρῶτον μὲν κινήσεως ἔφασαν ἀντιλαβέσθαι καὶ κτύπου, μετὰ δὲ ταῦτα φωνῆς ἀβρόας, »Μεταβαίνομεν ἐντεῦθεν«. quod prodigium praecipuo tangere debuit Romanos ob ritum, quem sic exponit Plinius 28, 18: *Verrius Flaccus auctores ponit, quibus credat in obpugnationibus ante omnia solitum a Romanis sacerdotibus evocari deum, cuius in tutela id oppidum esset, promittique illi eundem aut ampliorem apud Romanos cultum. Et durat in pontificum disciplina id sacrum, constatque ideo occultatum, in cuius dei tutela Roma esset, ne qui hostium simili modo agerent. formulam*

autem ipsam, qua deos evocare solebant, servavit Macrobius Sat. 3. 9. — in metum trahebant] »accipiebant tamquam metum incutientia.« DUEBN. sic ANN. 1, 76. 3, 22 cet. Liv. 8, 21, 6: *ad meliora responsa trahere*, in melius interpretari. — antiquis sac. litteris] velut Danielis 2, 44: καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν βασιλέων ἐκείνων ἀναστήσει ὁ θεὸς τοῦ οὐρανοῦ βασιλείαν, ἣτις εἰς τοὺς αἰῶνας οὐ διαφθάρησεται, καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ λαῶ ἑτέρῳ οὐχ ὑπολειφθήσεται. adde cetera vaticinia, quae dicuntur Messianica. — ut valesceret Oriens] Iosephus B. I. 6, 5, 4: τὸ δ' ἐπᾶραν αὐτοὺς μάλιστα πρὸς τὸν πόλεμον ἦν χρησιμὸς ἀμφίβολος ὁμοίως ἐν τοῖς ἱεροῖς εὐρημένους γράμμασι, ὡς κατὰ τὸν καιρὸν ἐκείνον ἀπὸ τῆς χώρας αὐτῶν τις ἀρξεί τῆς οἰκουμένης. τοῦ δ' οἱ μὲν ὡς οἰκτεῖον ἐξέλαβον καὶ πολλοὶ τῶν σοφῶν ἐπλανήθησαν περὶ τὴν κρίσιν, ἐδήλου δ' ἄρα τὴν Οὐεσπασιανοῦ τὸ λόγιον ἡγεμονίαν ἀποδειχθέντος ἐπὶ Ἰουδαίας αὐτοκράτορος. Suet. Vesp. 4: *percrebruerat Oriente toto vetus et constans opinio, esse in fatis, ut eo tempore Iudaea profecti rerum potirentur. id de imperatore Romano, quantum postea eventu paruit, praedictum Iudaei ad se trahentes rebellarunt. — potirentur] de hac forma cf. Sirker, Taciteische Formenlehre § 61. — ambages] praeter ablativum ambage (Ann. 6, 46 et 12, 63) hoc vocabulum numero singulari non invenitur, sed plurale tantum est, cf. Sirker, Tacit. Formenlehre p. 26. — sibi] ut ad se pertinentem, ut de se praedictam et de adventu Messiae, Iosephi l. 1. ὡς οἰκτεῖον. RUF. — ad vera mutabantur] βραχυλογία pro*

tur. multitudinem obsessorum omnis aetatis, virile ac muliebre secus, sexcenta milia fuisse accepimus. arma cunctis, qui ferre possent; et plures quam pro numero audebant. obstinatio viris feminisque par; ac si transferre sedes cogentur, maior vitae metus quam mortis. hanc adversus urbem gentemque Caesar Titus, quando inpetus et subita belli locus abnueret, aggeribus vineisque certare statuit. dividuntur legionibus munia, et quies proeliorum fuit, donec cuncta expugnandis urbibus reperta apud veteres aut novis ingeniis struerentur.

(14) At Civilis post malam in Treveris pugnam reparato per Germaniam exercitu apud Vetera castra cedit, tutus loco, et ut memoria 10 prosperarum illic rerum augescerent barbarorum animi. secutus est eodem Cerialis, duplicatis copiis adventu secundae et sextae et quartae decimae

1 hominis secus (c in x mut. 2m.) 5 Inpetu (s superser. 2m.) 7 pliorum 8 ad hunc versum notat in margine deest 3m. 9 mala 10 castra om. Lipsius 12 cerialis (is corr. ex ē 1m.) sextae Mercerus: xvj. quartae decimae] xlvj.

»eorum mens et opinio vel spes ne adversis quidem ita mutabatur, ut veritatem agnoscerent«, his ambagibus non Messiam a se ardentissimis votis iam diu expectatum, sed Vespasianum, imperatorem Romanum, portendi. Id. — secus] ut Ann. 4, 62. cf. Nipperdey ad h. l. et Sirker § 39. — secenta milia] aliter Iosephus B. I. 6, 9, 3: τῶν μὲν οὖν αἰχμαλώτων πάντων, ὅσα κατ' ὄλον ἐλήφθη τὸν πόλεμον, ἀριζμός ἐννέα μυριάδες καὶ ἑπτακισχίλιοι συνήχθη. τῶν δὲ ἀπολομένων κατὰ πᾶσαν τὴν πολιορκίαν μυριάδες ἑκατὸν καὶ δέκα. τούτων τὸ πλεόν ὁμόφυλον μὲν ἀλλ' οὐκ ἐπιχώριον. ἀπὸ γὰρ τῆς χώρας ὅλης ἐπὶ τὴν τῶν Ἀζύμων ἑορτὴν συνεληλυθότες ἐξαπίνης τῷ πολέμῳ περιεσχέθησαν. Orosius 7, 9: *DC. milia Iudaeorum eo bello interfecta Cornelius et Suetonius referunt: Iosephus vero Iudaeus — scribit undecies centena milia gladio et fame perisse. utrumque testimonium refert etiam Hieronymus in Chron. p. 439. ed. Roncall. ceterum nota obsessorum, non interfectorum numerum tradi a Tacito. quomodo autem discrepantiam hanc aliquatenus exaequare conatus sit Salvador II. p. 374, vide in Excursu. — plures quam pro numero] «hoc valet: fuere obsessi secenta milia; credas quartam aut circiter partem (pro communi ratiocinatione) arma tulisse: at hic aliter fuit, et plures impetu atque ardore ceperunt. qui? infra aut supra legitimam aetatem, pueri senesque.« LIPS. — maior vitae metus] rhetorice hanc sententiam effert atque circumscribit Eleazarus, ἀπόγονος Ἰουδα, diversus*

ab eo, quem memorat Tacitus, apud Iosephum B. I. 7, 8, 6. de urbis expugnatione Dio 66, 6: οἱ μὲν ἔιφεσι σφας τοῖς τῶν Ῥωμαίων περιέπειρον, οἱ δὲ ἀλλήλους ἐφόνευον, ἄλλοι ἑαυτοὺς κατεχρώντο, οἱ δὲ ἐς τὸ πῦρ ἐσεπήδων. καὶ ἐδόκει πᾶσι μὲν, μάλιστα δὲ ἐκείνοις, οὐχ ὅτι ὄλεθρος, ἀλλὰ καὶ νίκη καὶ σωτηρία. εὐδαιμονία τε εἶναι, ὅτι τῷ ναφὶ συναπώλοντο. — novis ingeniis] »inventis«, quo ex vocabuli usu Itali etiamnunc interdum machinae significatione usurpant v. ingegno. Salvador II. p. 296: *Jamais on n'avait vu un luxe aussi effrayant de moyens d'attaque. Jusqu' alors les travaux de la prise de Syracuse étaient regardés comme le plus large développement de la mécanique militaire et de la balistique ou artillerie des anciens; mais le siège de Jérusalem laissa bien loin derrière lui le siège de Syracuse, et Tacite nous en a transmis la cause naturelle.*

14. malam in Treveris pugnam] cf. 4, 77. — reparato per Germaniam exercitu] uti iam ante (4, 76) consuluerat opperendas Transrhenanorum gentes, cui consilio exsequendo restiterat Tutor et Classicus. — Vetera] ab ipso prius capta direptaque. 4, 60. — duplicatis copiis] ante adventum legionum hic memoratarum habuerat quartam et duovicesimam (4, 71), item primam et sextam decimam (4, 72), deinde vicesimam primam (4, 70, 78), omnes igitur quinque, sed quoniam primae quattuor haud integrae (cf. 4, 22), trium novarum legionum accessione sane duplicatae sunt Cerialis copiae. — secundae cet.] cf.

legionum; cohortesque et alae iam pridem accitae post victoriam prope-
raverant. neuter ducum cunctator, sed arcebat latitudo camporum suo-
pente ingenio umentium: addiderat Civilis obliquam in Rhenum molem, cuius
obiectum revolutus amnis adiacentibus superfunderetur. ea loci forma, in-
certis vadis subdola et nobis adversa: quippe miles Romanus armis gravis
et nandi pavidus, Germanos fluminibus suetos levitas armorum et pro-
ceritas corporum attollit. (15) igitur lacessentibus Batavis ferocissimo cui-
que nostrorum coeptum certamen; deinde orta trepidatio, cum praealtis
paludibus arma equi haurirentur. Germani notis vadis persultabant, omissa
plerumque fronte latera ac terga circumvenientes. neque ut in pedestri
acie comminus certabatur; sed tanquam navali pugna, vagi inter
undae aut, si quid stabile occurrebat, totis illic corporibus nitentes,
volnerati cum integris, periti nandi cum ignaris in mutuam perniciem
implicabantur. minor tamen quam pro tumultu caedes, quia non ausi
egredi paludem Germani in castra redire. eius proelii eventus utrumque
ducem diversis animi motibus ad maturandum summae rei discrimen
erexit. Civilis instare fortunae, Cerialis abolere ignominiam: Germani
prosperis feroces, Romanos pudor excitaverat. nox apud barbaros cantu
aut clamore, nostris per iram et minas acta. (16) postera luce Cerialis
equite et auxiliariis cohortibus frontem explet; in secunda acie legiones
locatae; dux sibi delectos retinuerat ad improvisa. Civilis haud porrecto
agmine, sed cuneis astitit: Batavi Cugernique in dextro; laeva ac pro-
piora flumini Transrhenani tenere. exhortatio ducum non more con-
ditionis apud universos, sed ut quosque suorum advehebantur. Cerialis
veterem Romani nominis gloriam, antiquas recentesque victorias: ut per-

4 obiecturę uolutus 8 ceptū 9 armę qui auri|rentur (h superscr. 1m.) (arma
equi] amneque b) 11 cōmin; min; (comminus eminus Iac. Gronovius) 12 illuc Madvig
13 uolneratis 14 caedes dett.: ceres 15 plii 16 sūme 17 cerealis Ignominia
(ā 2m.) ignominiam properabat Nipperdey Germanis (litt. s. erasa) 18 pudore (litt.
e. erasa) 19 cerealis 21 locatę porrecto (po in rasura 1m.) 22 leua
23 flumini Nipperdey: fluminis 24 Cerialis 25 gla cum lineola in litt. 1 (ā 2m.)
antiquas om. b victorias memorabat Nipperdey

c. 16. — sed arcebat] »sed utrumque aequè im-
pediebat sive prohibebat ab hostili congressu.«
— suo-
pente ingenio] cf. 1, 51. 2, 4; ob ingenium
montis. sed iamdiu ante Sallustius Hist. 3, 17
Kr. ingenio loci. — molem] ex lapidibus trabi-
busve constructam, Damm, contra agger, Deich,
ex humo dumtaxat congestus. cf. Ukert, Gal-
lien p. 162. — levitas armorum] de qua Germ.
6. Ann. 2, 14: non lorica Germano, non
galeam; ne scuta quidem ferro nervoove firmata.

15. arma] imprimis graves clipei haurie-
bantur, quando miles inter undas trepidus et
nandi pavidus eos omittebat, suae ut saluti
prospiceret. — notis vadis persultabant] sc.
paludes usque ad Romanos i. q. sprangen durch.
A. Greef, Lexicon Taciteum sub voce.
16. Cugernique] cf. 4, 26. — Transrhenani]
Brueteri, Teneteri, alii, ut 4, 23. — Cerialis
— victorias] sc. commemorabat: notabilis el-
lipsis, sed post exhortatio ducum minus dura.

fidum ignavum victum hostem in aeternum excinderent, ultione magis
quam proelio opus esse. pauciores nuper cum pluribus certasse, ac tamen
fusus Germanos, quod roboris fuerit: superesse qui fugam animis, qui
vulnera tergo ferant. proprios inde stimulos legionibus admovebat, domi-
tores Britanniae quartadecumanos appellans; principem Galbam sextae
legionis auctoritate factum; illa primum acie secundanos nova signa no-
vamque aquilam dicaturos. hinc praevectus ad Germanicum exercitum
manus tendebat, ut suam ripam, sua castra sanguine hostium recupera-
rent. alacrior omnium clamor, quis vel ex longa pace proelii cupido vel
fessis bello pacis amor, praemiaque et quies in posterum sperabatur.
(17) nec Civilis silentem struxit aciem, locum pugnae testem virtutis ciens:
stare Germanos Batavosque super vestigia gloriae, cineres ossaque legi-
onum calcantes. quocumque oculos Romanus intenderet, captivitatem cla-
demque et dira omnia obversari. ne terrerentur vario Treverici proelii
eventu: suam illic victoriam Germanis obtitisse, dum omissis telis praeda

1 exciderent 2 plio 5 britannie sexta 6/7 novam (om. que) b 7 puctos
(pervectus Agricola) 9 alacris Nipperdey, alacer Agricola plii 10 sperabantur dett.
11 silens Pichena, silentio Muretus, silenter Lipsius instruxit Pichena pugne sciens
12 gle cum lineola in litt. 1 14 dyra oia (omina dett.) plii 15 euentū (notam del. 1m.)

— hostem — excinderent] Ann. 2, 25 excidit
non ausum congregi hostem. — nuper] in
Treviris 4, 77 sq. — quod roboris fuerit] ut
4, 76: quod roboris sit, Belgas. cf. 4, 33
caesorum eo die in partibus nostris maior
numerus et inbellior; e Germanis ipsa robora.
— domitores Britanniae] Ann. 14, 34. —
auctoritate] sextae legionis in Hispania tenden-
tis (3, 44) exemplum secutas esse ceteras,
quae Galbae partes amplexae sint. — se-
cundanos nova signa] nam recens erant con-
scripti. 4, 68. est ergo: »nunc primum signa
aquilamque (ut numen vestrum) dicabitur«. —
praevectus] equo praetervectus secundam,
sextam, quartam decumam legiones. cf. Hist.
2, 2: laeva maris praevectus. Ann. 14, 23:
illum fines suos praegredientem. — sua castra]
Vetera. — pace proelii cupido — bello pacis
amor] de figura ἀντιμεταβολῆς cf. 2, 37 et
3, 38. — sperabatur] de numero singulari cf.
3, 60 colloquia — et proditio sperabatur, item
1, 76 et 84. 2, 70 et 78.

17. nec C. silentem] respicit ad alacrior
omnium clamor et paulo post explicatur verbis
sono armorum tripudiisque — approbata sunt

dicta. ipsum Civilem non tacuisse inest in verbis
locum pugnae testem virtutis ciens. nec veri-
simile est Tacitum scripsisse silens — ciens et
supra iam (c. 16) dixerat exhortatio ducum.
— super vestigia] loquitur de Veterum reliquiis
cineribusque Romanorum ibi incendio haustor-
um. 4, 60. — dira omnia] »nihil nisi dira«:
sic aliquoties laeta omnia Ann. 1, 42. 11, 15.
Hist. 2, 80. 4, 49. Liv. 24, 16, 10: bona
omnia populo Romano — precarentur: quibus
in locis paene omnibus existere vel librarii
vel critici, qui frustra mallent omina. —
suam illic victoriam] »ob ipsam victoriam illic
primum partam, qua propter nimiam fiduciam
atque praedae cupiditatem temere abusi sint,
postmodo victos esse.« cur v. victoriam Lipsio
vitosum sit visum, curque Acidalius voluerit
avaritiam, Herbstius incuriam, difficile est
intellectu. cf. 4, 78 terga victores vertere et
obstitit vincendis pravum — certamen — spolia
consectandi. — dum — impediunt] Ernestius
proposuit »impediant vel potius impedirent«,
immemor videlicet solitae huius constructionis
etiam in oratione obliqua. Ann. 2, 81: oravit,
ut — maneret in castello, dum Caesar — con-

manus impediunt; sed cuncta mox prospera et hosti contraria evenisse. quae provideri astu ducis oportuerit, providisse, campos madentes et ipsi gnaros, paludes hostibus noxias. Rhenum et Germaniae deos in aspectu; quorum numine capesserent pugnam, coniugum parentum patriae memores. illum diem aut gloriosissimum inter maiores aut ignominiosum apud posteros fore. ubi sono armorum tripudiisque (ita illis mos) approbata sunt dicta, saxi glandibusque et ceteris missilibus proelium incipitur, neque nostro milite paludem ingrediente et Germanis, ut elicerent, lacessentibus. (18) absumptis quae iaciuntur et ardescente pugna pro-

10 cursum ab hoste infestius. immensis corporibus et praelongis hastis fluitantem labantemque militem eminus fodiebant; simul e mole, quam eductam in Rhenum retulimus, Bructerorum cuneus tranavit. turbata ibi res, et pellebatur sociarum cohortium acies, cum legiones pugnam excipiunt, suppressaque hostium ferocia proelium aequatur. inter quae per-

15 fuga Batavus adiit Cerialem, terga hostium promittens, si extremo paludis eques mitteretur: solidum illa, et Cugernos, quibus custodia obvenisset, parum intentos. duae alae cum perfuga missae incauto hosti circumfunduntur. quod ubi clamore cognitum, legiones a fronte incubuere, pulsique Germani Rhenum fuga petebant. debellatum eo die foret, si Romana

20 classis sequi maturasset; ne eques quidem institit, repente fuis imbris et propinqua nocte.

1 cōtraria evenisse 2 providisse dett: preise in rasura (litt. p primitus fuit caudata) (provisa Agricola) 3 [paludes] et noxios Eussner deos in rasura 4 capesseret patrie 5 Iī (in Nipperdey) maiorum Heraeus 6 mox 7 missib; (li superser. 1m.) 8 Ingredientē (notam supra e del. 1m.) 9 lacessentib; absumptisq; 10 astis 12 stranatauit (in margine scr. trans 1m.) 14 plū Interq; 15 batan; 16 immitteretur Halm gugeruos (sic)

sulitur. 13, 15, 14, 58. — hosti contraria] 4, 79 quae modica, sed crebra damna famam victoriae nuper partae lacera-

bant. — quae provideri — oportuerit, providisse] Sall. lug. 49, 2 quae ab imperatore decuerint omnia suis provisa. — quorum numine] »quorum auspiciis, favore, auxilio freti«; ut saepe, apud poetas imprimis. ERN. — illum diem] Sall. lug. 49, 3 illum diem aut omnis labores et victorias confirmatarum aut mazumarum aerumnarum initium fore. — inter maiores] »illo die aut plus gloriae consecuturos, quam maiores ipsorum antea (maxime per cladem Varianam) consecuti

sint, aut tantum ignominiae, ut etiam posteri male de ipsis existimaturi sint.« ERN. cf. Dräger, Syntax § 238 (p. 105). — ita illis mos] Germ. 11. — elicerent] Romanos ex sua statione in paludem. DUEBN. — lacessentibus] non tam conviciis (ut opinabatur Broterius), quam potius saxi glandibusque et ceteris missilibus. RUPERTI.

18. retulimus] c. 14. — terga hostium] se duce ibi hostes a tergo circumveniri posse — solidum] Ovid. Fast. 4, 404 nunc solida est tellus, sed lacus ante fuit. — illa] 3, 8 ne pervium illa — foret. — si Romana classis] cf. c. 21.

(19) Postera die quartadecima legio in superiorem provinciam Gallo Anno missa; Cerialis exercitum decima ex Hispania legio supplevit. Civili Chaucorum auxilia venere. non tamen ausus oppidum Batavorum armis tueri, raptis quae ferri poterant, ceteris iniecto igni, in insulam concessit, gnarus deesse naves efficiendo ponti neque exercitum Romanum aliter transmissurum. quin et diruit molem a Druso Germanico factam Rhenumque prono alveo in Galliam ruentem, disiectis quae morabantur, effudit. sic velut abacto amne tenuis alveus insulam inter Germanosque continentium terrarum speciem fecerat. transiere Rhenum Tutor quoque et Classicus et centum tredecim Trevirorum senatores; in 10

2 Anno Puteolanus: anjmo 3 caucorum oppida dett. Batavodurum Lipsius
4 que 6 diluit 7 facta albo (b in v mut. 1m.) 8 albeus 10 centū XIIJ.

19 Gallo Anno] cf. 4, 68. — oppidum Batavorum] audiamus hoc de oppido Batavorum, ut Ann. 1, 36 est oppidum (caput) Ubiorum, disputantem Walckenaer Géographie des Gaules I. p. 498: Si du temps de César les Bataves avaient une capitale, il est probable que c'est celle à laquelle les Romains donnèrent le nom de Batavodurum et dont la position à Wyk-by-Duurstede est prouvée par les mesures de la route romaine qui suit le Rhin. Batavodurum dont Tacite a parlé (Ch. 20) doit être distinguée de Batavorum oppidum, dont il est fait aussi mention, et que la ressemblance du nom moderne et le récit de Tacite ont fait placer à Batenbourg, précisément à l'endroit où nous avons prouvé que le Wahal se joignait à la Meuse. Mais Tacite lui-même nous apprend (Germ. 29) que les Bataves étaient originaires de la Germanie, que c'était une division des Cattes, lesquels avaient pris refuge dans l'île à laquelle ils avaient donné leur nom; par conséquent Batavodurum, située dans la partie septentrionale de l'île, et du côté de la Germanie, doit être plus ancienne que Batavorum oppidum, située au midi, et du côté de la Gaule. (alii referunt ad Noviomagum, h. Nimwegen. contra Ukert Gallien p. 528 acriter pugnat pro lectione oppida, intelligens Arenacum, Batavodurum, Grinnes et Vadam.) — diruit molem a Druso G. factam] anno vitae ultimo, id est, a. u. c. 745. cf. Ann. 13, 53. verum Ukert Gallien p. 162 urgens verborum proprietatem (nam Ann. l. 1 est agger, hic moles) diversum opus utrumque fuisse contendit. rem ipsam sic explanat Thierry Histoire des Gaulois III.

p. 439: Le premier soin de Civilis fut de détruire la digue élevée autrefois par Drusus à l'endroit où le Rhin commence à se partager en deux bras. Ces branches sont inégales; et la pente des eaux se portant sur le Wahal, le bras droit, qui conserve le nom de Rhin, demeure le plus faible. Drusus aux vues duquel il convenait de grossir cette branche droite, qu'il joignait à l'Issel par un canal, avait dirigé sa digue de manière qu'elle rejetait les eaux du côté de la Germanie. Civilis, ayant un intérêt contraire, la ruina; et de cette opération il tira deux avantages: en grossissant le Wahal, il fortifiait la barrière qui le séparait des Romains; et le bras qui bornait l'île au nord, se trouvant réduit presque à sec, ouvrait une libre communication entre les terres bataves et la Germanie. Ukert Gallien p. 162: Wie Cap. 14 ein in den Fluss gebauter Damm den Strom hemmt und das Land zu überschwemmen nöthigt, so scheint dieses ein Bau ähnlicher Art gewesen zu sein, der den Fluss abhielt, mit der grösseren Wassermasse in die Wahalis zu strömen, damit eine reichlichere Fülle dem nördlichen Arm zukäme, und dieser, nebst dem zur Issel gehenden Canal, reichlich Wasser erhielt; so war dadurch diese östliche Gränze mehr gedeckt und die Fahrt in den nördlichen Oceanus, die dem Drusus so wichtig war, gedeckt. cf. von Veith Vetera Castra mit seinen Umgebungen p. 18 sq. et p. 37. — Rhenum] h. e. Vahalem, Ann. 2, 6. — Tutor quoque] »ut fecerat Civilis«, id quod hac una particula quoque satis significatur. — senatores] honestius vocabulum pro decurionibus coloniae Tre-

quis fuit Alpinus Montanus, quem a Primo Antonio missum in Gallias superius memoravimus. comitabatur eum frater D. Alpinus; simul ceteri miseratione ac donis auxilia concibant inter gentes periculorum avidas. (20) tantumque belli superfuit, ut praesidia cohortium alarum legionum uno die Civilis quadripertito invaserit, decimam legionem Arenaci, secundam Batavoduri et Grinnes Vadamque, cohortium alarumque castra, ita divisit copiis, ut ipse et Verax, sorore eius genitus, Classicusque ac Tutor suam quisque manum traherent, nec omnia patrandi fiducia, sed multa ausis aliqua in parte fortunam adfore: simul Cerialis neque satis cautum et pluribus nuntiis huc illuc cursantem posse medio intercipi. quibus obvenerant castra decumanorum, obpugnationem legionis arduam rati egressum militem et caedendis materiis operatum turbavere, occiso praefecto castrorum et quinque primoribus centurionum paucisque militibus: ceteri se munimentis defendere. et interim Germanorum manus Batavoduri interrumpere inchoatum pontem nitebantur: ambiguum proelium nox diremit. plus discriminis apud Grinnes Vadamque. (21) Vadam Civilis, Grinnes Classicus obpugnabant: nec sisti poterant interfecto fortissimo quoque; in quis Briganticus praefectus alae ceciderat, quem fidum Romanis et Civili avunculo infensum diximus. sed ubi Cerialis cum delecta equitum manu subvenit, versa fortuna praecipites Germani in amnem aguntur. Civilis dum fugientes retentat, agnitus petitusque telis relicto equo tranavit; idem Veraci effugium; Tutorem Classicumque adpulsae

4/5 legionē modie 5 quadripertito *Ernesti*: quadripertita 7 diuisi 8 traheret
 10 pluris 14 ceteris eminentis et *dett.*: a (om. b) 15 interrumpere *Th. Kiessling*:
 Inrūpere | (rumpere *Iac. Gronovius*) plū 16 uox (sic) 17 Infacto 18 brigantib;
 ale 19 duximus 22 tnataū | (a *super pr. t ser. 2m.*) Veraci *Ritter*: germani
 (Veracis *Iac. Gronovius*)

virorum ab Imp. Claudio deductae, unde primum a Pomponio Mela 3, 2 ita memoratur: *urbes opulentissimae in Treviris Augusta* cet. — *memoravimus*] 3, 35. 4, 31; ubi in Germaniam missus dicitur, non in Gallias. — *concibant*] de forma contracta cf. *Sirker Taciteische Formenlehre* p. 53. Livius 32, 13, 6 *excibat*.

20. *Arenaci*] h. *Aerth* sive *Arth* prope *Herven*. Ukert *Gallien* p. 531. Walckenaer II. p. 307. alii volunt esse *Arnheim*. — *Batavoduri*] Ukert *Gallien* p. 530 putat situm hoc oppidum fuisse prope *Batenburg* septentrionem versus. — *Grinnes*] Ukert l. l. ponit prope *Drueten*, Walckenaer *Warich* et *Bochstein*. — *Vadamque*] Ukert ponit prope *Drueten*

orientem versus, Mannert II. p. 243 *Wamen*, vicum e regione oppidi *Tiel* esse censet. Ukert arbitratur fuisse haec quattuor loca ex quinquaginta illis castellis, quae Drusus per Rheni ripam direxit. Flor. 4, 12, 26. *von Veith* Vetera Castra p. 38 sq. putat esse Arenacum *Oleve*, Batavodurum *Nymwegen*, Grinnes *Cranenburg*, Vadam *Bedburg* aut infra *Cranenburg* prope *Wylar*. — *interrumpere* — *pontem*] 1, 70 *interruptis fluminum pontibus*, item Caesar B. G. 7, 19 et 34 et quattuor locis in libris de bello civili.

21. *diximus*] 4, 70. cf. 2, 22. — *in amnem*] hunc amnem esse *Vahalem*, in quo tunc plurima Rheni aqua, ex his et subsequentibus liquet. *Ritter*. — *Civilis* — *tranavit*] *tranavit*

linitres vexere. ne tum quidem Romana classis pugnae adfuit, ut iussum erat, sed obstitit formido et remiges per alia militiae munia dispersi. sane Cerialis parum temporis ad exequenda inperia dabit, subitus consiliis, sed eventu clarus: aderat fortuna etiam ubi artes defuissent; hinc ipsi exercituique minor cura disciplinae. et paucos post dies, quanquam periculum captivitatis evasisset, infamiam non vitavit. (22) profectus Novaesium Bonnamque ad visenda castra, quae hiematuris legionibus erigebantur, navibus remeabat, disiecto agmine, incuriosis vigiliis. animadversum id Germanis et insidias composuere. electa nox atra nubibus; et prono amne rapti nullo prohibente vallum ineunt. prima caedes astu adiuta: incisus tabernaculorum funibus suis tentoriis coopertos trucidabant; aliud agmen turbare classem, inicere vincla, trahere puppis; utque ad fallendum silentio, ita coepta caede, quo plus terroris adderent, cuncta clamoribus miscebant. Romani vulneribus exciti quaerunt arma, ruunt per vias, pauci ornatu militari, plerique circum brachia torta veste et strictis mucronibus. dux semisomnus ac prope intectus errore hostium servatur. namque praetoriam navem vexillo insignem, illic ducem rati, abripiunt: Cerialis alibi noctem egerat, ut plerique credere, ob stuprum Claudiae Sacratae mulieris Ubiae. vigiles flagitium suum ducis dedecore excusabant, tanquam iussi silere, ne quietem eius turbarent; ita intermisso signo et vocibus se quoque in somnum lapsos. multa luce revecti hostes captivis navibus, praetoriam triremem flumine Lupia

1 linitres transvexere *Halm*, avexere *Heracus* ut *editio princeps*: et (etsi *L. Spengel*) 3 exequendi (exequendū b) 4 set (et *Heinsius*) 6 mutavit (euitavit b) 7 bonāq; 10 cedes 11 intercisis *Ritter* suis met toriis 13 cepta cede 14 romanis que 15 ornatu *editio princeps*: ornati 17 nanq; 18 noctem *dett.*: nave | (uane b) (alia navi noctem *Candidus*) 19 Ubiae *Rhenanus*: ubi e (et 2m.) 21 labso 21/22 lucere uecti 22 Inpia sed *primitus lupia fuit*

ex laeva Vahalis ripa, in quam ad oppugnanda castra cohortium et alarum transcenderat, in dextram oram et insulam Batavorum: eodem Verax, etiam Tutor et Classicus se recepere, ibi omnibus fidum effugium, quia Romani nondum ingressi et pontes ab iis inchoati nondum perfecti erant. *RITTER*. — *ut iussum erat*] Ann. 2, 40 *exsequuntur, ut iussum erat*, Caesar B. G. 5, 7, 9 *ut erat imperatum*.

22. *hiematuris*] cf. c. 23 *flexus autumnii et crebris per aequinoctium imbribus*. — *disiecto agmine, in curiosis vigiliis*] agmen non de navibus dictum est, sed de militibus pedestri itinere remeantibus. navibus igitur tantum Cerialis et pars comitum rediit. *disiecto agmine* diurni temporis, *incuriosis vigiliis* nocturni cura intermissa denotatur. *RITTER*. — *vallum*

ineunt] vallum et castra in laeva fluminis ripa posita. paulo ante *prono amne* de Rheno, quo vectus est Cerialis, intellegendum, quod non monerem, nisi de Lupia Rupertium (et nuper *von Veith* l. l. p. 40) cogitasse viderem. *RITTER*. — *silentio*] scil. agebant, cf. *Joh. Müller Beiträge* etc. 4. p. 43. *Georg Olemm* de breviloquentiae Taciteae quibusdam generibus, Lipsiae 1881. p. 45. — *per vias*] castrorum. — *strictis mucronibus*] gladiis, ut 1, 27 *consalutatim imperatorem* — *strictis mucronibus rapiunt*. — *Cerialis alibi noctem egerat*] 4, 77 *in cubiculo ac lectulo Cerialis* (neque enim noctem in castris egerat). — *mulieris Ubiae*] in Ubiorum igitur agro, qui Romanis fidi erant, nocturnae illae insidiae a Germanis factae esse videntur. — *signo*] bucinæ in

donum Velaedae traxere. (23) Civilem cupido incessit navalem aciem ostentandi. complet quod biremium quaeque simplici ordine agebantur; adiecta ingens lintrium vis (tricenos quadragenosque vexere); armamenta Liburnicis solita; et simul aptae lintres sagulis versicoloribus haud indecore pro velis iuvabantur. spatium velut aequoris electum, quo Mosae fluminis os amnem Rhenum Oceano adfundit. causa instruendae classis super insitam genti vanitatem, ut eo terrore commeatus Gallia adventantes interciperentur. Cerialis miraculo magis quam metu derexit classem numero inparem, usu remigum, gubernatorum arte, navium magnitudine potioem. his flumen secundum, illi vento agebantur: sic praevecti, temptato levium telorum iactu dirimuntur. Civilis nihil ultra ausus trans Rhenum concessit. Cerialis insulam Batavorum hostiliter populatus agros villasque Civilis intactas nota arte ducum sinebat, cum interim flexu au-

1 Inuasi Incessit (inanis incessit *Pichena*, inde incessit *Heinsius*) 2 remorum ordine
 Ritter 3 lyntriū quadragenosve *L. Spengel* vexere *Meiser*: seī (super seī arma mta
 scr. 2m. seu mo mta) (ferentium *Bipontini*, [tricenos quadragenosque ferunt] *Joh. Müller*;
lacunae signum posuit Ritter) quis armamenta *Heraeus* 4 solite aptae *Bipontini*:
 captis (actae *Heraeus*, post captae lacunam notat *Nipperdey*) lyntax 9 remigiū
 10 provecti *Puteolanus* 11 nichil haus;

irevitione vigiliarum usitato. cf. Ann. 1, 63. 15, 30. Polyb. 6, 35: ἡ τῆς ἐφοδείας πλοῖς εἰς τοὺς ἵππους ἀνατίθεται. — ὁ γὰρ ταξίλαρχος τὴν ἐπιμέλειαν ποιεῖται τοῦ κατὰ φυλακῆν βουκανᾶν. voces intellige vigillum ipsorum.

23. cupido incessit] 2, 2 atque illum cupido incessit adeundi visendique templum Paphiae Veneris. — quod biremium] scil. erat. — quaeque simplici ordine agebantur] scil. naves moneres. Livius 38, 38, 8 monerem. — tricenos — vexere] cf. c. 21 Tutorem Classicumque adpulsae lintres vexere. Lucan. 3, 754 ast aliae mutato remige puppes Victores vexere suos. — Liburnicis] 2, 16 trierarchum Liburnicarum ibi navium, 2, 35. 3, 12. 14. 42. 43. 47. 48. 77. — aptae lintres] de navibus a Germanis captis Tacitus narrat c. 22 (praeterea 4, 16 et 79), de lintribus nusquam ergo vocabulum corruptum captae Bipontini in aptae correxerunt, quod participium (= aptatae) in re navali frequens hoc loco non alienum videtur. sunt enim aptae lintres nautico instrumento aptae, hoc loco armamentis Liburnicarum instructae. cf. Livius 21, 22, 4 aptae instructaeque remigio triginta et duae quinqueremes erant, 21, 27, 8 paratas aptataeque habebat — lintres, 30, 10, 3 agili et

nautico instrumento aptae et armatae classis, Caesar B. C. 3, 111 quinqueremes aptae instructaeque omnibus rebus ad navigandum. — sagulis versicoloribus] solitus hic vestitus nobilium Gallorum. cf. supra 2, 20. Thierry III. p. 329: saies à carreaux brillans. et h. l. p. 442: saies bigarrées de mille couleurs. — amnem Rhenum] cf. Ann. 2, 6. Plinius N. H. 4, 101 inter Helinium ac Fluvium. ita appellantur ostia, in quae effusus Rhenus a septentrione in lacus, ab occidente in amnem Mosam se spargit, medio inter haec ore modicum nomini suo custodiens alveum. — miraculo magis] magis, quia mirabatur Civilem hoc audere, quam quod timeret; nam re vera Romanis rei navalis peritissimis inde nihil periculi. LIPS. — praevecti] una classis alteram praetervecta est, nec post unum telorum iactum ultra pugnare. (en se croissant Thierry). — trans Rhenum] h. e. trans tenuem alveum insulam inter Germanosque (c. 19). Civilis ad Frisios se recepit, unde c. 24 exulem eum et estorrem nominat. — nota arte ducum] quae nimirum apud suos suspectus et invidiosus redderetur. similia exempla apud Thucydidem 2, 13 sive Iustinum 3, 7, Livium 2, 39. 22, 23. DUEBN. — flexu autumnii] post medium tempus autumnii. metaphora a flexu

tumni et crebris per aequinoctium imbris superfusus amnis palustrem humilemque insulam in faciem stagni opplevit. nec classis aut commeatus aderant castraque in plano sita vi fluminis differebantur. (24) potuisse tunc opprimi legiones et voluisse Germanos, sed dolo a se flexos inputavit Civilis; neque abhorret vero, quando paucis post diebus deditio insecuta est. nam Cerialis per occultos nuntios Batavis pacem, Civili veniam ostentans, Velaedam propinquosque monebat fortunam belli tot cladibus adversam opportuno erga populum Romanum merito mutare: caesos Treviros, receptos Ubios, ereptam Batavis patriam; neque aliud Civilis amicitia partum quam vulnera fugas luctus. exulem eum et exitorem recipientibus oneri; et satis peccavisse, quod totiens Rhenum transscenderint. si quid ultra moliantur, inde iniuriam et culpam, hinc ultionem et deos fore. (25) miscebantur minis promissa; et concussa Transrhenanorum fide inter Batavos quoque sermones orti: »non prorogandam ultra ruinam nec posse ab una natione totius orbis servitium depelli. quid profectum caede et incendiis legionum, nisi ut plures validioresque accirentur? si Vespasiano bellum navaverint, Vespasianum rerum potiri; sin populum Romanum armis vocent, quotam partem generis humani Batavos esse? respicerent Raetos Noricosque et ceterorum onera sociorum: sibi

1 per aequinoctium *Orelli*: in codice rasura, sed ita, ut legi possit per equin. tiū (pro c fuisse videtur l), 2m. superscr. pertinaciū, quod ipsum deletum est animis (2m. superscr. ānis) 8 oportum (litt. o foramine membranae absumpta) pplm R. (cum lineola in litt. l) 9 cesos 10 partum *Ritter*: paratū 12 Iuriā (iniuriā superscr. 2m.) 13 transrhenorū (post e superscr. na 1m.) 16 plures dett.: fures 17 naverint (post a superscr. ua 1m.) 18 provocent det.

metae. Id. — aut commeatus] quos classis advehere debebat.

24. inputavit] sibi tamquam meritum tribuit postea apud Romanos. eodem usu verbi ac 1, 38. — propinquosque] qui ministerii praestandi causa Velaedae semper aderant, ipsa cum in edita sua turri abdita esset neque in publicum prodiret. cf. 4, 65. — opportuno — merito] obscuro hoc modo Germanos invitavit ad tradendum ipsi Civilem, quippe cum incertum adhuc esset, utrum is veniam ostentatam accepturus esset, neque. — mutare] mutarent malebat *Heinsius*, at saepe Tacitus verbum moneo ut iubeo construit, cf. locos plurimos apud *A. Greef* Lexicon Taciteum p. 860. — partum] legebatur paratum. simile huic vitium supra 5, 10, ubi erat pace parata, a Rhenano vere correctum esse omnes consentiunt. vulnera non parata, sed parata

dicimus, si agitur de vulneribus acceptis. parat vulnera, qui studet infligere alteri. vulnera a Batavis parata sunt, quae illi hostibus paraverunt (vorberetete), parata, quae ipsi sibi pepererunt. *RITTER*. — Rhenum transscenderint] cf. 4, 73 eadem semper causa Germanis transcendendi in Gallias.

25. bellum navaverint] pro vulgari: »operam in bello gerendo navaverint«. similiter 4, 59. *DUEBN*. »si bellum pro Vespasiano susceperint, non amplius gerendum esse, cum ille rerum iam potitus sit.« *BIPONT*. *Vespasiani* nomen cum emphasi repetitum. *RUP*. *Dial*. 13: populus, qui auditus in teatro *Vergilii* versibus surrexit universus et forte praesentem spectantemque *Vergilium* veneratus est. — vocent] provocent, cf. Ann. 6, 34. *Hist*. 4, 80: adrogantia vocare offensas. — quotam partem] cf., si vacat, simillimam *Agrippae* regis ad

non tributa sed virtutem et viros indici. proximum id libertati; et si dominorum electio sit, honestius principes Romanorum quam Germanorum feminas tolerari. « haec volgus, proceres atrociora: » Civilis rabie semet in arma trusus; illum domesticis malis excidium gentis obposuisse. tunc infensos Batavis deos, cum obsiderentur legiones, interficerentur legati, bellum uni necessarium, ferale ipsis sumeretur. ventum ad extrema, ni resipiscere incipiant et noxii capitis poena paenitentiam fateantur. « (26) non fefellit Civilem ea inclinatio, et praevenire statuit, super taedium malorum etiam spe vitae, quae plerumque magnos animos infringit. petito colloquio scinditur Nabaliae fluminis pons; in cuius abrupta progressi duces, et Civilis ita coepit: » si apud Vitelli legatum defenderer, neque facto meo venia neque dictis fides debebatur: cuncta inter nos inimica; hostilia ab illo coepta, a me aucta erant. erga Vespasianum vetus mihi

3 rabies (s. del. 1m.) 4 Inarmatos (post t. superscr. r. 1m.) 7 pena penitentia
8 tediū 9 etiam post plerumque transponit Acidalius spē et magnos Meiser
11 cepit vitelliū (Vitellianum Döderlein) 13 cepta auctę

Iudaeos suos orationem apud Iosephum B. I. 2, 16, 4. — *virtutem et viros*] exquisite dictum pro » milites auxiliares, bellica fortitudine insignes. Ed. Wolff confert Verg. Aen. 1, 565 *Quis genus Aeneadam, quis Troiae nesciat urbem Virtutesque virosque.* ad rem cf. 4, 12, Germ. 29: *Batavi exempti oneribus et collationibus et tantum in usum proeliorum sepositi velut tela atque arma bellis reservantur.* — *Germanorum feminas*] fatidicas, ut Velaedam 4, 61. — *domesticis malis*] cf. 4, 13 et 32. de Caecina 1, 53 *privata vulnera reipublicae malis operire statuit.* — *noxii capitis poena*] Civile interfecto aut Romanis tradito.

26. *inclinatio*] animorum conversio, ut Ann. 1, 28. — *spe vitae*] cf. Ann. 2, 63 de Maroboduo: *consenuitque multum imminuta claritate ob nimiam vivendi cupidinem.* — *Nabaliae*] fluctuat Ukert *Gallien* p. 165 inter flumina *Yssel* et *Vecht*; v. Ledebur *Bructerer* p. 238 et Walckenaer II. p. 297 fidenter habent pro fl. *Yssel* (ou la branche orientale du Rhin). Ptolemaeus quidem Geogr. 2, 11 ad eandem Rheni (sive *Yssel*) ripam memorat stationem primam Germaniae, *Navalia*, oppidum igitur, non flumen; verum utrum huc pertineat necne, prorsus incertum est, cum hoc videatur vocabulum Latinum, *Nabalia* Gallicum. Walckenaer I, p. 499 ex Chronico

Hollandico Sec. XII. scripto a Nicolao Colino de hoc ipso Civilis cum Ceriali colloquio hos versiculos affert: *Zo dat te male Op tie brugge van di Nau-Wale. (Ce Colinus finit sa chronique au même endroit de la guerre de Civilis que Tacite; ce qui prouve qu'au XII^e siècle Tacite n'était pas plus complet qu'aujourd'hui.* WALCK. de Nicolao Colino vide Excursum.) alii habuerunt pro Vahali, cui hic locus esse nequit, alii pro Fossa Drusiana. cf. A. Dederich Ueber die Nabalia des Tacitus (Monatschrift für die Geschichte Westdeutschlands, herausgegeben von Rich. Piek. 4. Jahrgang, 1878, p. 213—219). *Völker* Der Freiheitskampf der Bataver p. 12. von Veith *Vetera Castra* p. 37 et 41. — *pons, in cuius abrupta*] ex antiquo Germanorum more ita interdum foedera fiebant, ut rex vel dux uterque veluti suo in solo tutus consisteret atque, si de condicionibus haud conveniret, statim ad suos reverteret. proximum post Tacitum exemplum praebet Carmen Ruodlieb 3, 22: *obvius ad pontem venit is tibi nos dirimentem, Pax ibi firmatur.* Grimm *Lat. Ged.* Praefat. p. XIV, ubi alia similia subiungit. — *Vitelli legatum*] Vitelli scripsi, ut 4, 49 est *adfinitate Vitelli*, 4, 54 *mors Vitelli*; nam Medicei scriptura *Vitelliū* ortum videtur ex terminatione sequentis voca-

observantia; et cum privatus esset, amici vocabamur. hoc Primo Antonio notum, cuius epistulis ad bellum actus sum, ne Germanicae legiones et Gallica iuventus Alpes transcenderent. quae Antonius epistulis, Hordeonius Flaccus praesens monebat. arma in Germania movi, quae Mucianus in Syria, Aponius in Moesia, Flavianus in Pannonia. * * *

1 essēt (notam del. 1m.) 2 eplis cum *lineola* in litt. 1 (item v. 3) 4 presens
mouit (litt. t. deleta videtur) 5 pan'nia post *pannonia* in b sequuntur *spatio trium*
versuum relicto 4, 20 illi veteres — 4, 25 *vocula mira deinde iterum eodem spatio relicto*
4, 42 *toleremus istorum* — 4, 53 *temeraretur opus; deinde sequitur in b subscriptio*
CORNELII TACITI. LIBER. XXI. EXPLICIT.

buli legatū. — et cum privatus esset] de hoc loco sensit Sidonius in Epistolis 4, 14. ad Polemium scribens: *C. Tacitus, unus e maioribus tuis, Ulpianorum temporum consularis, sub verbis cuiuspiam Germanici ducis in historia sua retulit dicens: » Cum Vespasiano mihi vetus amicitia (sic) et, dum privatus esset, amici vocabamur.* LIPS. (In vv. *Ulpianorum* cet. inest error; nam Tacitus fuit consul suffectus sub Nerva a. u. c. 850, post Chr. 97.) — *actus*] incitatus. vide 4, 13. — *arma in Germaniam movi*] supple: » eadem« (pro Vespasiano). DUEBN. Civilis orationem truncatam ita supplet Thierry III, p. 445: » *Si j'ai pris les armes, c'est parce qu'Antonius dans ses lettres et Hordéonius de vive voix m'y excitaient sans cesse: je n'ai fait en Germanie que ce que firent en Syrie Mucien, Aponius en Mésie, Flavianus en Pannonie, et toi-même, Cerialis, aux portes de Rome.* » ceterum de reliqua Civilis fortuna nihil certi constat, nisi quod ex verbis c. 24: *Cerialis Civili veniam ostentans* hoc colligit Thierry I 1: » *Les raisons de Civilis probablement n'auraient pas suffi seules à convaincre Cerialis; mais les promesses qu'il avait fait faire en secret au Batave, les engagements pris avec Velléda, et surtout le besoin de terminer les hostilités avant l'hiver, le forçaient à s'en contenter. Civilis, reçu en grace, obtint la permission de vivre tranquille dans sa patrie.* » atque hic finis istius imperii

Galliarum plenam libertatem a Romanis sibimet ipsis vindicare conantium. diversi prorsus generis fuit postea Tetrici imperium Gallicoromanum novem demum post annos ab Aureliano imperatore oppressum a. post Chr. 274. operae autem pretium est videre, qua incredibili adulatione Domitiano totam huius rebellionis oppressae gloriam tribuerit Iosephus B. Iud. 7, 4, 2. ed. Niese p. 582: » *Ἐμελλον δὲ οἱ Γερμανοὶ καὶ τοῦ Κερραλλίου μὴ ὑάττον εἰς τοὺς τόπους παραβαλόντος δίκην οὐκ εἰς μακρὰν ὑπέξεν· ἦν γὰρ ἡ τῆς ἀποστάσεως αὐτῶν ἀγγελία τῇ Ῥώμῃ προσέπεσε, Δομετιανὸς Καῖσαρ πυθόμενος οὐκ ὡς ἂν ἕτερος ἐν τούτῳ τῆς ἡλικίας (νέος γὰρ ἦν ἔτι παντάσῃ) τηλικούτου ἀραστῆαι μέγετος πραγμάτων ὠκνησεν· ἔχων δὲ πατρόθεν ἔμφυτον τὴν ἀνδραγαθίαν καὶ τελειοτέραν τὴν ἄσκησιν τῆς ἡλικίας πεπονημένος ἐπὶ τοὺς βαρβάρους εὐδύς ἤλαυνεν. οἱ δὲ πρὸς τὴν φήμην τῆς ἐφόδου καταπεσόντες ἐπ' αὐτῶ σφῶς αὐτοὺς ἐποίησαντο μέγα τοῦ φόβου κέρδος εὐράμενοι τὸ χωρὶς συμφορῶν ὑπὸ τὸν αὐτὸν πάλιν ζυγὸν ὑπαχθῆναι. πᾶσιν οὖν ἐπιτεῖς τοῖς περὶ τὴν Γαλατίαν τάξιν τὴν προσήκουσαν Δομετιανός, ὡς μὴδ' αὐτῆς ἂν ποτε ῥαδίως ἔτι τάκει παραχθῆναι, λαμπρὸς καὶ περιβλεπτός ἐπὶ κρείττοις μὲν τῆς ἡλικίας, πρέπουσι δὲ τῷ πατρὶ κατορθώμασιν εἰς τὴν Ῥώμην ἀνέξευξεν.*

EXCURSUS AD C. II. SEQQ.

Consului Fr. Caroli Meier Iudaica seu veterum scriptorum profanorum de rebus Iudaicis fragmenta. Ienae 1832. Chr. Iac. Schmitthenner de rebus Iudaicis quaecunque prodiderunt scriptores Graeci et Latini. Part. I. Wilburgi 1844. I. G. Müller *Kritische Untersuchung der Taciteischen Berichte über den Ursprung der Juden, in Theologische Studien und Kritiken*. 1843. IV. Heft p. 893. Salvador *Histoire de la domination romaine en Judée et de la ruine de Jérusalem*. Paris 1847. Vol. II. Bunsenii Aegyptiacorum Liber IV, cum commentarium in haec Historiarum capita in manibus habui, nondum erat editus.

2. Iudaeos] »Quae sequuntur omnia e scriptoribus petita sunt gentilibus, manca aut prorsus falsa referentibus. dudum Graece legebantur sacri Iudaeorum libri, exstabat Iosephi opus: sed Tacitus in partem venisse videtur eius contemptus, quo populus terrarum dominus afficiebat Iudaeos, neque cognitos habuisse aut voluisse noscere illos libros, ex quibus solis vera peti poterant. DUEBN. merito tamen dubitare licet, an Tacitus uti potuerit Iosepho, cum hic Traiani demum initio Antiquitates suas Iudaicas ediderit curaque tam vastae molis tunc a bibliopolis illico multiplicari et a viris doctis acquiri nequirent. atque de Iosepho tanto magis etiam hoc valet, quia libros suos ipse venumdare solebat (Contra Apion. 1, 9). et si vel maxime Tacitus vidit opus illud, quid impedit, quominus ipse quoque fuerit inter illos συγροῦς τοῖς περὶ τὴν ἀρχαιολογίαν ὑπ' ἐμοῦ γεγραμμένοις ἀπιστοῦντας; (ibid. 1, 1). a perlegendis autem LXX interpretibus eum sane repellere debebat ipsum Graeco-hebraicum scribendi genus et quod explanatoribus prorsus destitutus pleraque intelligere nequibat. — Iudaeos Creta — profugos] Hunc μῦθον memorat Tacitus solus. origo eius quaerenda in populis Creti et Plethi (ut nunc plerique scribunt, alii Crethi et Plethi) primum memoratis II. Samuelis 8, 18; sunt autem isti Cretes et Philistaei, ut nos docet amicus meus Hitzig *Urgeschichte und Mythologie der Philistäer*. Leipzig 1845. p. 17. hi vero Cretes, quandocumque in Asiae continentem immigrarant, eorumque vicini Philistaei inter Iudaeam ac Phoenicem habitantes iunguntur etiam apud Ezechielem 25, 16 et Sophoniam 2, 5: Cretim et Pelistim; priore loco LXX versio: ἐξολεθρεύσω Κρήτας, καὶ ἀπολωῶ τοὺς καταλοιποὺς τοὺς κατοικοῦντας τὴν παραλίαν· altero πάροιχοι Κρητῶν — Χαναάν, γῆ ἄλλοφύλων. Rückert: *Hui, Wohner des Strichs am Meere, Volk der Kretim! Das Wort Jehovas über euch, Land der Philistäer!* hi autem Bibliorum Cretes videntur Eteocretes (αὐτόχθονες, indigenae) Homeri Od. τ, 176. Diod. 5, 64. hos vero eiusdem stirpis cum Phoenicibus fuisse arbitratur Müller p. 946. (quod vero dicit Müller p. 947, Polemonem tradere Libyes esse Cretes, ortum est ex falsa lectione ed. Franzii p. 184: οἱ μὲν Αἰθῖνες Αἰθιοπῶν ὅμοιοι· οἱ δ' εἰσὶ Κρητες· ubi necessario restituendum ex Adamantio p. 411: οἱ μὲν Αἰθῖνες Αἰθιοπῶν ὅμοιοι· οἱ δὲ Ἰβηρες Κελτοῖς.) cf. etiam Höck *Kreta* III. p. 411.

Novissimus etiam harum originum investigator, Röth *die Aegyptische und die Zoroastrische Glaubenslehre*. Mannheim 1846. *Noten* p. 5. bibliorum Creti et Plethi pro eiusdem gentis nomine habet, atque adeo unos eosdemque fuisse putat atque Cretes, Cares, Philistaeos, Phoenices, Pelasgos, quippe quae vocabula omnia significant fugitivos, exsules, qui emigrarunt. dein p. 13. Taciti locum sic illustrare conatur: *Es muss zu irgend einer Zeit ein ganzer phönizischer Volksstamm in die ausgedehnte Küstenstrecke von Nordafrika ausgewandert sein. Genauere Nachrichten finden sich über eine geschichtliche Begebenheit aus so früher Zeit bei den griechischen und römischen Schriftstellern begrifflicher Weise nicht, weil ihre eigene Geschichte fast erst*

um ein Jahrtausend später beginnt. Originalnachrichten der Phöniker und Karthager fehlen aber gänzlich, weil ihre Literaturen untergegangen sind. Man ist also ganz auf wenige dunkle Sagen und auf kargliche abgebrochene Nachrichten beschränkt, die der Zufall erhalten hat. Zu den ersten gehört die Angabe des Tacitus (Hist. 5, 2): Iudaeos, Creta — cesserit regnis, d. h. berichtigt und erklärt: die Phöniker — denn dass hier die Juden mit den benachbarten Philistäern verwechselt werden, ist klar — hätten, aus der Insel Kreta vertrieben, die äussersten Grenzen von Nordafrika bewohnt, zu der Zeit, als der bis dahin allgemein herrschende Dienst des Saturnus (des bei allen arianischen Völkern in der ältesten Zeit als höchste Gottheit verehrten Zeitgottes), verdrängt von dem neuen Dienste des Zeus (des von den Phönikern aus Aegypten mitgebrachten Götterdienstes), aufgehört habe. So dunkel und zum Theil entstellt auch diese Nachricht ist, so geht doch zweierlei aus ihr mit Klarheit hervor: einmal die mit der ältesten Geschichte von Kreta in Verbindung stehende Ausbreitung des phönikischen Stammes bis an die äussersten Grenzen Nordafrikas und zweitens ein mit dieser Auswanderung der Phöniker gleichzeitiger Wechsel der Glaubenslehre und des Gottesdienstes. (simili dein modo exponit atque illustrat Sallust. Iug. c. 17.)

qua tempestate Saturnus vi Iovis profugus] cf. inter alios Diod. 5, 70, qui vim istam quantum potest mitigat, ut tandem remaneat Ζεὺς παραλαβὼν τὴν βασιλείαν παρὰ Κρόνον. ii quidem, quibus placent naturales fabularum explicationes, idem fere statuunt ac (similiter sane cum Röthio) Müller p. 942: *In kreta kam der Zeusdienst mit der alten Kronosreligion in Streit, und zwar in der Minoischen Zeit, und daraus gestaltete sich der Mythos von der Entthronung des Kronos in Kreta. — adeolas Idaeos] refer huc vv. c. 4: Idaeis, quos cum Saturno pulsos et conditores gentis accepimus. Idaei Dactyli plerumque cum Iove consociantur, ut genii, huius dei ministri; hic vero Saturni sunt comites, ut apud Plutarch. de Facie in orbe Lunae 26, 12: τοὺς δαίμονας ἐκείνους περιέπειν καὶ θεραπεύειν τὸν Κρόνον, εταίρους αὐτῶ γενομένους, ὅτε δὴ θεῶν καὶ ἀνθρώπων ἐβασίλευε. iam auctor μύθου a Tacito hic narrati ex geniiis illis fecit populum, Idae montis accolam; etsi ut populus nusquam alibi memorantur Idaei. — regnante Iside] quadam cum discrepantia hic μῦθος refertur a Plutarcho de Iside et Os. 31: οἱ δὲ λέγοντες ἐκ τῆς μάχης (adversus Horum, Osiridis et Isidis filium) ἐπὶ ὄνον τῶ Τυφῶνι τὴν φυγὴν ἐπτά ἡμέρας γενέσθαι, καὶ σωθέντα γεννηῖσαι παῖδας Ἱεροσόλυμον καὶ Ἰουδαῖον, αὐτόθεν εἰσὶ κατάδηλοι τὰ Ἰουδαϊκὰ παρέλκοντες εἰς τὸν μῦθον. Plutarchus igitur non magis auctorem suum nominat quam Tacitus nec Müller eum indagare potuit; attamen ex μύθῳ Aegyptiaco haec repetit p. 932. (»ut Graecarum urbium pleraeque heroem ipsis cognominem (ἐπώνυμον) venerantur tamquam conditorem suum, ita Hierosolyma quoque tali conditore ἐπώνυμῳ donarunt illi scriptores.« DUEBNER.) — rege Cepheo] ignotus item est huius μῦθου fons. Cepheus autem vocatur rex Aethiopiae, id est, Phoenices, quoniamquidem Persei certamen cum belua marina pro eius filia Andromeda initum ab omnibus ad Ioppen refertur. Pomponius Mela 1, 11: *in Syria est Ioppe —, ubi Cephea regnasse eo signo accolae affirmant, quod titulum eius fratrisque Phinei veteres quaedam arae cum religione plurima retinent. quin etiam rei celebratae carminibus ac fabulis servataeque a Perseo Andromedae clarum vestigium, beluae marinae ossa immania ostentant.* Plin. 5, 69: *Iope Phoenicum* cet. id. 9, 11: *beluae, cui dicebatur exposita fuisse Andromeda, ossa Romae apportata ex oppido Iudaeae Iope.* igitur rursus μῦθος Phoenicius hic cum rebus Iudaicis permixtus est. cf. Müller p. 935. — Assyrius convenas] hunc μῦθον explicat Iustinus 36, 2: *Iudaeis origo Damascena,**

*Syriae nobilissima civitas; unde et Assyriis regibus genus et reginae Semiramidi fuit. nomen urbi a Damasco rege inditum. — post Damascum Azelus, mox Adores et Abrahames et Israhel reges fuere. sed Israhel felix decem filiorum proventus maioribus suis clariorem fecit. itaque populum in decem regna divisum filiis tradidit, omnesque ex nomine Iudae, qui post divisionem decesserat, Iudaeos appellavit colique memoriam eius ab omnibus iussit, cuius portio omnibus accesserat. Trogius autem Pompeius narrationem suam hausisse videtur partim ex aequali scriptore Nicolao Damasceno, qui Histor. 4. ed. Orelli p. 114: Ἀβράμης ἐβασίλευσε Δαμάσκον ἐπηλύς σὺν στρατῷ ἀφιγμένος ἐκ τῆς γῆς τῆς ὑπὲρ Βαβυλῶνος Καλδαίων λεγομένης. μετ' οὐ πολὺν δὲ χρόνον μεταναστὰς καὶ ἀπὸ ταύτης τῆς χώρας σὺν τῷ σφετέρῳ λαῷ εἰς τὴν τότε μὲν Χαναταίαν λεγομένην, νῦν δὲ Ἰουδαίαν, μετόκησε καὶ οἱ ἀπ' ἐκείνου πληθύνσαντες. — τοῦ δὲ Ἀβράμου ἔτι καὶ νῦν ἐν τῇ Δαμασκηνῶν τὸ ὄνομα δοξάζεται. id quod nescio quam vere de cultu divino Abrahamo reddito interpretatur Müller p. 855; immo simpliciter est »celebratur, cum honore memoratur«. partim autem Trogius consuluisse videtur Alexandrum Polyhistorum, cuius de Abrahamo exstat testimonium apud Iosephum A. I. 1, 15. qui scriptor, quatenus colligi potest ex Euseb. Praep. evang. 9, 17 et 21, fortasse ipse legerat versionem LXX Graecam vel saltem alios secutus est, qui eam inspexerant (Müller p. 957). quos auctores ipse habuerit Tacitus, non satis liquet in tanta scriptorum sese exseribentium, plurium narrationes modo permiscendum, modo mire in unum contrahentium multitudinem. siquidem Alexander apud Euseb. Praep. evang. 9, 17 affert testimonia ex Eupolemo, Artapano, Cleodemo aliisque scriptoribus rerum Iudaicarum. cf. Iustini Mart. Cohortat. ad gentes 9. — *Solymos*] Lyciae plerisque est populus, Pisidiae Plinio 5, 94, quem populum eodem teste 5, 127 cum aliis Asiae minoris interisse tradiderat Eratosthenes. *Clara Iudaeorum initia* hoc ex μύθῳ dicit, quia clara omnia habebantur, quae Homerus celebraverat; significat autem II. Z, 184: Δεύτερον αὐτὸ Σολύμοισι μαχήσατο κυδαλλμοισιν. Od. ε, 282: Τὸν δ' ἐξ Αἰθιοπίων ἀνιῶν κρείων ἐνοσίχθων Τηλόθεν ἐκ Σολύμων ὄρεων ἴδεν. primus vero Solymos pro Iudaeis habuisse videtur Choerilus Samius (a. a. Chr. 472, ut vult Naekius, 479—399, Clinton *Fasti Hellenici* II, p. 31). eius versiculos huc pertinentes servavit Iosephus contra Ap. 1, 22, Poet. epic. ed. Duebn. p. 24: Τῶν δ' ὅπιθεν διέβαινε γένος θαναμαστόν ἰδέσθαι Γλῶσσαν μὲν Φοίνισσαν ἀπὸ στομάτων ἀφιέντες. Ὡκυον δ' ἐν Σολύμοις ὄρεσι πλατέη παρὰ λίμνην Ἀγμάλειο κορυφὰς τροχοκουράδες, αὐτὰρ ὑπερθεῖν Ἴππων δαρτὰ πρόσωπ' ἐφόρουν ἐσκληρότα καπνῷ. sed Choerilus quoque Iudaeos cum Phoenicibus confudit, id quod maxime apparet ex voc. τροχοκουράδες: etenim in orbem tonsi erant Phoenices et Arabes, non Iudaei, quibus hic mos severe interdictus erat. Levitic. 19, 27: Οὐ ποιήσετε σισόην ἐκ τῆς κόμης τῆς κεφαλῆς ὑμῶν, οὐδὲ φθερεῖτε τὴν ὄψιν τοῦ πάγωνος ὑμῶν. contra λίμνην, quam memorat, τὴν Ἀσφαλιτίνην esse testatur Iosephus l. 1. et Eusebius Praepar. evang. 9, 9. — ceterum item de Iudaeis cogitasse videtur Quintus Smyrnaeus, memorans 2, 122: Ἀρχαλέων Σολύμων ἱερὸν στρατόν. inter poetas Latinos hoc voc. utuntur Iuven. 6, 544: *Interpres legum Solymarum*, Martial. 7, 55. — *Hierosolyma*] hac forma ad v. ἱερὸς a Graecis detorta, ut significaret »urbs sacra vel templum Solyorum«. primus usus esse videtur Hecataeus Abderita apud Ioseph. contra Ap. 1, 22; reperitur etiam in libro Tobiae et secundo Maccabaeorum; apud ceteros LXX est Ἱερουσαλήμ. cf. Müller p. 949. et Aristoteles apud Iosephum l. 1, qui hoc hausit ex Clearcho: τὸ δὲ τῆς πόλεως αὐτῶν ὄνομα πάννυ σκολιόν ἐστιν. Ἱερουσαλήμην γὰρ αὐτὴν καλοῦσιν.*

3. 4. *plurimi auctores*] primae partis quintae huius narrationis praecipuus auctor est Lysimachus Alexandrinus, scriptor saeculi ante Chr. secundi vel primi ineuntis. cf. Müller p. 914. cum hoc in singulis fere, quae narrat, consentit maxime usque ad vv. *Moysen, unum exulum*, Tacitus, ut colligitur ex illius narratione servata a Iosepho contra Ap. 1, 34. nam is quoque expulsionem τῶν Ἰουδαίων λεπτῶν καὶ ψαρῶν ad Bocchorim regem refert, qui adierit Hammonis oraculum ab eoque hoc responsum tulerit: τὰ ἱερά καθάραι ἀπ' ἀνθρώπων ἀνάγκων καὶ δυσσεβῶν ἐκβάλλοντα αὐτοὺς ἐκ τῶν ἱερῶν εἰς τόπους ἐρήμους κτλ. cum Taciti verbis ne quam deorum hominumve opem cet. quadamtenus concinunt haec Lysimachi: Μωσῆν παρακλεῦσασθαι αὐτοῖς μήτε ἀνθρώπων τινὶ εὐνοήσειν μήτε ἄριστα συμβουλευσεῖν ἀλλὰ τὰ χεῖρονα θεῶν τε ναοὺς καὶ βωμοὺς, οἷς ἂν περιτύχωσιν, ἀνατρέπειν. id autem perquam memorabile est tantopere a nostris Annalibus, qui ex novissimis investigationibus Hitzigii (*Philistäer* p. 170.) Moysis emigrationem assignant anno ante Chr. 1492, abire rationem Lysimachianam; siquidem Bocchoris unicus rex dynastiae vicesimae quartae a. ante Chr. 763—720 (Bunsen *Aegypten* III. p. 128, contra a. 725—720 Böckh *Manetho* p. 393) in urbe Sai fertur regnasse, cum Aethiopes Aegyptum per quadraginta annos sub Sabbacone suo tenuerunt, qui Bocchorin cepit vivumque cremavit; discrimen igitur est annorum circiter DCCXL. cf. I. Reg. 6, 1, ubi numerantur anni CCCCLXXX ab exitu Israelitarum ex Aegypto usque ad conditum a Salomone templum. at Böckhii (*Manetho* p. 190) hoc testimonium, quod tamen post Iosephum (ibid.) inculcatum esse nequit in contextum Hebraicum et versionem τῶν ο', suo arbitratu, ut suspectum reiiciens, ac Iustinum Martyrem, Tatianum, Clementem Alexandrinum (Strom. 1, 21, 101) secutus, exitum illum refert ad a. 1667 ante Chr., ita ut discrimen foret annorum circiter DCCCCX. Müller p. 916. causam tantae discrepantiae quaerit in Aegyptiorum invidia adversus Iudaeos, qua transversum acti, secundo ante Chr. saeculo inceperint, quoad eius fieri posset, deprimere atque extenuare antiquitatem gentis invisae.

Altera pars de Moysis emigratione, varios per rivulos ad Tacitum deducta, repetenda est ex Manethonis, qui vixit sub Ptolemaeo Philadelpho, primitus duplici narratione, altera de Hycis apud Iosephum c. Ap. 1, 14 hausta, ut hic dicit c. 16: ἐκ τῶν ἀδεσπότως μυθολογουμένων, in qua nulla Moysis mentio; altera ἐκ τῶν παρ' Αἰγυπτίοις γραμμάτων, in qua de Moysē haec leguntur: λέγεται δὲ, ὅτι τὴν πολιτείαν καὶ τοὺς νόμους αὐτοῖς καταβαλλόμενος ἱερεὺς, τὸ γένος Ἡλιοπολίτης, ὄνομα Ὁσαρφίφ, ἀπὸ τοῦ ἐν Ἡλίῳ πόλει θεοῦ Ὁσίρεως, ὡς μετέβη εἰς τοῦτο τὸ γένος, μετετέθη τοῦνομα καὶ προσηγορέθη Μωυσῆς. Theophilus ad Autolyicum 3, 21 p. 392: Μαναιθῶς δὲ ὁ κατ' Αἰγυπτίους πολλὰ φλυαρήσας, ἔτι μὴν καὶ βλάσφημα εἰπὼν, ὥστε Μωσῆα καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ Ἑβραίους, ὡς δῆθεν διὰ λέπραν ἐκβληθέντας ἐκ τῆς Αἰγύπτου, ποιμένας αὐτοὺς εἰπὼν καὶ πολεμίους Αἰγυπτίων, οὐχ εὖρεν τὸ ἀκριβὲς τῶν χρόνων εἰπεῖν. sequitur Chaeremon (cf. Ideler Hermapion. Lipsiae 1841. Append. p. 55, ubi affertur etiam Cosmae Indicopleust. Topogr. Christ. XII. p. 341. D. ed. Montfauc. Bunsen *Aegypten* I. p. 128) apud Iosephum c. Ap. 1, 32: ἡγεῖσθαι δ' αὐτῶν γραμματέας Μωσῆν τε καὶ Ἰώσηπον καὶ τοῦτον ἱερογραμματέα. Αἰγύπτια δ' αὐτοῖς ὀνόματα εἶναι, τῷ μὲν Μωσῆ Τισιθέν, τῷ δὲ Ἰωσήφῳ Πετσήφ. proximus scriptor hic memorandus est Diodorus in *Fragm.* L. 34 et 40. ed. Lud. Dindorf. II. p. 49 et 73, qui item de vitilagine Iudaeorum, Moysis emigratione, asinique apud populares cultu narrat. tum inspicere Strabonem L. 16 p. 760, qui item tradit a Moysē ex Aegypto deductos esse Iudaeos in Palaestinam. agmen claudat Trogius Pompeius sive Iustinus 36, 2, ubi de Moysis itinere per deserta Arabiae.

collato autem Iosepho in A. I. 1, 7, 2 et 1, 15, item contra Ap. 2, 7 probabile fit Trogum consuluisse de rebus Iudaicis Posidonium, Nicolaum Damascenum et Alexandrum Polyhistorum. restat, ut notemus extrema huius capitis *sex dierum iter emensi septimo cet.* et Iustini l. l. *Moses montem Sinaeum occupat, in quo septem dierum ieiunio per deserta Arabiae — fatigatus cum tandem venisset, probabiliter ex Posidonio petita esse, qui ab antiquiore sine dubio auctore inductus Moysis iter confuderit cum Typhonis fuga septem per dies continuata, de qua Plutarchus de Is. et Os. 31, quem locum ad c. 2 exscripsimus. ex eadem confusione repetenda, quae mox c. 4 de asini cultu apud Iudaeos traduntur. quam ad rem cf. Diodorus Fragm. L. 34: Ἀντίοχος ὁ Ἐπιφανής — εἰσῆλθεν εἰς τὸν ἄδυτον τοῦ θεοῦ σηκόν —· εὐρών δὲ ἐν αὐτῷ λίθινον ἄγαλμα ἀνδρὸς βαθυπάγωνος καθήμενον ἐπ' ὄνου μετὰ χειρᾶς ἔχων βιβλίον, τούτο μὲν ὑπέλαβε Μωυσέως εἶναι τοῦ κτίσαντος τὰ Ἱεροσόλυμα καὶ συστησασμένου τὸ ἔθνος. ex quibus patet, unde et quando haec fabula orta sit. Iosephus c. A. 2, 7. Tertullianus Apolog. 16. nimirum cultus Typhonis translatus est a nescio quo ad Iudaeos. Plut. de Is. et Os. 30: τὴν τοῦ Τυφῶνος ἡμαρτωμένην καὶ συντετριμμένην δύναμιν, ἔτι δὲ καὶ ψυχορράγουσαν καὶ σφαδάζουσαν, ἔστιν αἷς παρηγοροῦσι θυσίαις καὶ πρᾶ- ἴνουσιν· ἔστι δ' ὅτε πάλιν ἐκταπεινοῦσι καὶ καθυβρίζουσιν ἐν τισιν ἑορταῖς — ὄνον — κατακημιζόντες, ὡς Κοπιτῆται, διὰ τὸ πυρόδον γεγονέναι τὸν Τυφῶνα καὶ ὀνάδῃ τὴν χροάν κτλ. cf. Mueller p. 921. attamen, verum ut fatear, probabilius originem istius erroris de asino a Iudaeis culto alii repetere mihi videntur a *Cherubim* illis, quae proprie sunt *tonitrua*, animalia sphingica Aegyptiorum ex alite, homine et quadrupede composita, tonanti dei curru iuncta et primum in sancti tabernaculi operculo (Exod. 25, 18), deinde in templo eiusque adyto a parietibus efficta (1. Reg. 6, 23). vide Rupertium. — *septimo diei otium*] dignus est, qui hic inseratur locus Rutilii Namatiani 1, 387. ed. Bährens, ubi poeta apud *querulum* cauponem Iudaeum devertitur, *Humanis animal dissociate cibis: Reddimus obscaenae convicia debita genti, Quae genitale caput propudiosa metit (Radix stultitiae), cui frigida sabbata cordi, Sed cor frigidius relligione sua: Septima quaeque dies turpi damnata veterno, Tamquam lassati mollis imago dei: — Victoresque suos natio victa premit.**

5. *tributa et stipes*] Philo Leg. ad Gaium 23: ἡπίστατο (Τιβέριος) καὶ χρῆματα συναγαγόντας ἀπὸ τῶν ἀπαρχῶν ἱερὰ καὶ πέμποντας εἰς Ἱεροσόλυμα διὰ τῶν τὰς θυσίας ἀναξόντων. et 31: καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἱεροπομποὶ στέλλονται χρυσὸν καὶ ἄργυρον πλείστον κομίζοντες εἰς τὸ ἱερόν, τὸν ἀθροισθέντα ἐκ τῶν ἀπαρχῶν, δυσβάτους καὶ ἀτριβεῖς καὶ ἀνηνύτους ὁδοὺς περαιούμενοι, ὡς λεωφόρους εἶναι νομίζουσιν, ὅτι πρὸς εὐσέβειαν ἄγειν δοκοῦσι. Iosephus A. I. 14, 7, 2: θαυμάσιον δὲ μηδεὶς, εἰ τοσοῦτος ἦν πλοῦτος ἐν τῷ ἡμετέρῳ ἱερῷ, πάντων τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην Ἰουδαίων καὶ σεβρομένων τὸν θεόν, ἔτι δὲ καὶ τῶν ἀπὸ τῆς Ἀσίας καὶ τῆς Εὐρώπης εἰς αὐτὸ συμφερόντων ἐκ πολλῶν πάνυ χρόνων. certis autem argumentis colligitur habitasse ultra 4 000 000 Iudaeos terras peregrinas. atque notabile est testimonium Philonis in Flacc. 6. p. 971: οὐκ ἀποδέουσι μυριάδων ἑκατὸν οἱ τὴν Ἀλεξάνδρειαν καὶ τὴν χώραν Ἰουδαῖοι κατοικοῦντες ἀπὸ τοῦ πρὸς Αἰθῶν καταβαθμοῦ μέχρι τῶν ὀρίων Αἰθιοπίας. — *Iudaei mente sola*] dignus est, qui conferatur, Strabo 16. p. 760: Ἐφη γὰρ Μωυσῆς καὶ ἐδίδασκεν, ὡς οὐκ ὀρθῶς φρονοῖεν Αἰγύπτιοι θεοῖσι εἰκάζοντες καὶ βοσκῆμασι τὸ θεῖον, οὐδ' οἱ Αἰθῶνες· οὐκ εὖ δὲ οὐδ' οἱ Ἕλληνες, ἀνθρωπομόρφους τυποῦντες· εἴη γὰρ ἐν τούτῳ μόνον θεὸς τὸ περιέχον ἡμᾶς ἅπαντας καὶ γῆν καὶ θάλατταν, ὃ καλοῦμεν οὐρανὸν καὶ κόσμον καὶ τὴν τῶν ὄντων φύσιν. τούτου δὲ τίς ἂν εἰκόνα πλάττειν θαρσύνῃσι νοῦν ἔχων ὁμοίαν τινὶ τῶν παρ' ἡμῖν; ἀλλ' ἔαν δεῖ πάσαν ξοανο-

ποιτῶν, τέμενος ἀφορίσαντας καὶ σηκὸν ἀξιόλογον τιμῶν εἶδους χωρῆς. ἐγκοιμᾶσθαι δὲ καὶ αὐτοὺς ὑπὲρ ἑαυτῶν καὶ ὑπὲρ τῶν ἄλλων ἄλλους τοὺς εὐνοείρους· καὶ προσδοκᾶν δεῖν ἀγαθὸν παρὰ τοῦ θεοῦ καὶ δῶρον αἰεὶ τι καὶ σημεῖον τοὺς σωφρόνως ζῶντας καὶ μετὰ δικαιοσύνης, τοὺς δ' ἄλλους μὴ προσδοκᾶν. Dio 37, 17: ἄγαλμα οὐδὲν ἐν αὐτοῖς ποτὲ τοῖς Ἱεροσολύμοις ἔσχον· ἀρρήθον δὲ δὴ καὶ αἰεὶδῆ αὐτὸν νομίζοντες εἶναι περισσώτατα ἀνθρώπων θρησκείουσι. καὶ αὐτῷ νεῶν τε μέγιστον καὶ περικαλλέστατον, πλην καθ' ὅσον ἀχανῆς τε καὶ ἀνώροφος ἦν, ἔξεποίησαν. dei nomen memorat Diodorus 1, 94: παρὰ δὲ τοῖς Ἰουδαίοις (ἱστοροῦσι) Μωυσῆν τὸν Ἰαῶ ἐπικαλούμενον θεὸν (προσποίησασθαι τοὺς νόμους αὐτῷ διδόναι). multo sane subtilius veriusque Tacitus religionis Iudaicae intimam vim atque praecipuum caput perspexit quam Diodorus 40. p. 543: ἄγαλμα δὲ θεῶν τὸ σύνολον οὐ κατεσκεύασε διὰ τὸ μὴ νομίζειν ἀνθρωπόμορφον εἶναι τὸν θεόν, ἀλλὰ τὸν περιέχοντα τὴν γῆν οὐρανὸν μόνον εἶναι θεὸν καὶ τῶν ὄλων κύριον· et Iuvenalis 14, 97: *Nil praeter nubes et caeli numen adorant. — vitisque aurea*] Iosephus B. I. 5, 5, 4. ed. Niese: ἡ διὰ τοῦ οἴκου πύλη κεχρυσῶτο μὲν πάσα, καὶ ὅλος ὁ περιὶ αὐτὴν τοίχος· εἶχε δὲ καὶ τὰς χρυσᾶς ὑπὲρ αὐτῆς ἀμπέλους, ἀφ' ὧν βότρυες ἀνδρομήμεις κατεκρέμαντο. idem A. I. 15, 11, 3, ubi narrat, quomodo Herode iubente sumptusque praebente exstructum sit tertium templum: θύρας δὲ ἐπὶ τῆς εἰσόδου σὺν τοῖς ὑπερθυρίοις ἴσον ἔχουσας τῷ ναῷ ποικίλοις ἐμπετάσμασιν κεκόσμητο, τὰ μὲν ἀνθη ἀλουργέσι, κίονας δὲ ἐνυφασμένους. καθ' ὑπερθε δ' αὐτῶν ὑπὸ τοῖς τριχώμασιν ἀμπελοσ διετέτατο χρυσῇ τοὺς βότρυας ἀπαιωρομένους ἔχουσα, θαῦμα καὶ τοῦ μεγέθους καὶ τῆς τέχνης τοῖς ἰδοῦσιν, οἷον ἐν πολυτελείᾳ τῆς ὕλης τὸ κατασκευασθῆναι ἦν. — *Liberum patrem coli*] multus est in hac opinione exponenda atque defendenda Plutarchus in Quaest. Conv. 4, 6: πρῶτον μὲν τῆς μεγίστης καὶ τελειοτάτης ἑορτῆς παρὰ τοῖς Ἑβραίοις ὁ καιρὸς ἔστι καὶ ὁ τρόπος Διονύσω προσήκων. τὴν γὰρ λεγομένην νηστείαν ἄγοντες ἀμαΐζοντι τρογγητῶ τροπέζας τε προτίθενται παντοδαπῆς ὀπώρας ὑπὸ σκηναῖς καὶ καλιάσιν ἐκ κλημάτων μάλιστα καὶ κίττου διαπεπλεγμέναις· καὶ τὴν προτέραν τῆς ἑορτῆς σκηνὴν ὀνομάζουσιν. ὀλίγαις δ' ὕστερον ἡμέραις ἄλλην ἑορτὴν, οὐκ ἂν δι' ἀνιγμάτων ἀλλ' ἀντικρὺς Βάκχου καλουμένην, τελοῦσι κτλ.

13. *sexcenta milia*] Salvador II. p. 374: *Pendant la conquête de Titus, Tacite, renseigné par des témoins oculaires porte à six cent mille les assiégés de Jérusalem, de tout âge et de tout sexe. Le nombre de Josèphe est passé presque en axiôme: onze cent mille individus auraient trouvé la mort dans cette cité. Mais pour donner quelque vraisemblance au nombre de Tacite et à celui de l'historien juif, il est nécessaire d'admettre que l'engorgement et la mortalité ne commencèrent pas seulement au siège de Titus. Dans le cours des trois années précédentes, la flamme et le fer, promenés à travers tous les districts du pays par Vespasien et ses lieutenans, avaient fait refluer des milliers d'habitans sur la ville centrale. La douleur morale, la souffrance physique, la violence des discordes y avaient précipité les atteintes répétées de ces maladies pestilentielles, si fréquentes en Orient, qui ont le fatal pouvoir de réduire en solitude, et avec une surprenante rapidité, les quartiers les plus populeux.*

De rebus Iudaicis praetera consulendi sunt: L. Geiger: *Quid de Iudaeorum moribus atque institutis scriptoribus Romanis persuasum fuerit.* Berolini 1872. — John Gill: *Notices of the Jews and their country by the classic writers of antiquity.* 2. ed. London 1872. — Labhardt: *Quae de Iudaeorum origine indicaverint veteres* (Programm des Gymnasiums St. Stephan

in Augsburg 1881). — *Thiaucourt*: Ce que Tacite dit des Juifs au commencement du livre V. des Histoires (Revue d'études juives 37. 1889). — *Abraham Geiger*: Das Judentum und seine Geschichte. Breslau 1865. — *R. Kittel*: Geschichte der Hebräer. Gotha, Perthes, 1888. — *Ad. Weifs*: Die römischen Kaiser und ihr Verhältniss zu Juden und Christen (Programm des akademischen Gymnasiums in Wien. I. 1882. II. 1883.) — *J. Wellhausen*: Prolegomena zur Geschichte Israels. Berlin, Reimer 1883. — *Emil Schürer*: Geschichte des jüdischen Volkes im Zeitalter Jesu Christi. Leipzig, Hinrichs 1886. — *Bernhard Stade*: Geschichte des Volkes Israel. Berlin, Grote. — *A. Hausrath*: Neutestamentliche Zeitgeschichte. — *Reinhold Röhrich*: Bibliotheca Geographica Palaestinae. Berlin, Reuther und Reichard. — *Guthe*: Ausgrabungen bei Jerusalem. Leipzig, Bädcker 1883. — *W. Lotz* und *Steinschneider*: Ueber die Juden im Altertum (Jahresbericht der Geschichtswissenschaft von J. Hermann und J. Jastrow. 6. Jahrgang 1883. Berlin, R. Gärtner 1888).

* * *

Ad Cap. 26. in Henrici Cannegieteri Dissertatione de Brittenburgo cet. Hagae-Comitum 1734. p. 3. reperi certiora quaedam de Colino: »Nicolaus Colinus in Chronico rhythmico, quod saeculo duodecimo scriptum haud ita pridem edidit Gerhardus Dumbar, praeclare nuper de Daventria patria sua meritis, Brittenburgum etiam Romanis vindicat. — — tanto autem maior fides huic homini habenda, quicumque ille fuit, quanto antiquior et fide integritateque praestantior. nihil enim se scriptis consignare dicit, nisi quod ex certis monumentis cognoverat, proscriptis reiectisque prodigiosarum fabularum monstris, quibus ceterorum Chronicorum sarcinatores nimium indulgent, immo eo tempore vixit, quo in monasterio Egmondano exstabant prisca Bardorum carmina, quod unum apud Germanos, ut scribit Tacitus de moribus Germanorum c. II, addo etiam apud Gallos plerosque, memoriae et Annalium genus fuit. ita namque Colinus in loco mutilato p. 252, sic tamen mutilato, ut illa, quam dixi, sententia perspicatur:

*En ti Barden woizen lezen
Ti nog overich haben wezen
Minen daghen binnen Hegmonden
Zolckes hab ie zo bevonden.*

quam vellem, etiam Taciti Historias pleniores habuisset Colinus, quam nos hodie habemus, saltem in illo loco, in quo is Civilis conatus adversus Romanos narrat. in ea enim causa desinit Colinus res gestas Civilis memorans, ubi hodie Taciti Historiae desinunt, id est, in colloquio inter Civilem et Cerialem de pace in ponte Nabaliae, sive, ut Tacitus scribit, ad recisum pontem eius amnis. quae res indicio est, aut ipsum Tacitum opus hoc imperfectum reliquisse« (hoc certe nemo iam putabit) »aut Colini aetate illam partem iam interiisse; in hunc namque modum hic versificator:

*Zo dat te male
Op die brugge van die Nau-Wale
Wurt gedatinget van den peyse;
Wuer hy sturf en op wat weyze
Adel Greve Glaude Schevelen
Vint ix ni in geene delen.«*